Aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu de
aurato circūdata varietate Veſtitus deau
ratus ſunt opa in caritate facta Veſtitus
vero luto circūdatus ſunt opa extra carita
tem facta Varietate vero circūdatus ē or
natus ille quando abundat diuerſis generi-
bus bonoꝝ opeꝝ Prouer.iij. Stragulatā
veſtem fecerunt ſibi id eſt variaꝝ ꝛ multa-
rum virtutum. Et hoc ſic innuitur cum di-
citur Lucis Lux enim ornat Eſt enim ſe
cundum ph̄um ypoſtaſis coloꝝ. Unde quā
do mulieres volunt pulcre apparere. tunc
ornant ſe ſeu colorant Quartum ē qꝛ fide
lem exhibent nobis ſocietatem Ipſe enim
non deſerunt nos quādo alia omnia nos d̄
ſerunt ſcȝ in morte. Diuitie delicie ꝛ hono
res ꝛ omnia nos deſerunt Apo.xiiij. Opa
enim illoꝝ ſequūtur illos Peccatores fa-
ciūt ſicut columba nidificans in feneſtra
vbi plures pullos amiſit Thezauriſant cū

mundo iſto vbi omnes anteceſſores ſui tan-
tum theſaurum amiſerūt. Oſee. vij. Et fa-
facta eſt quaſi columba ſeducta non habēs
cor id eſt ſenſum. Mundus iſte eſt ſaccus
pertuſus. de quo dicitur aggei. j. Qui merce-
ces congregauit miſit eas in ſaccū pertuſū.
Foramen mundi eſt mors per quam omnia
recedunt. et ideo nullo modo theſaurizan-
dum eſt in mundo. Matth. vj. c. Nolite vo-
bis theſaurizare theſauros in mundo iſto
ſiue in terra vbi erugo et tinea demolitur.
et vbi fures effodiunt et furantur. Theſau-
rizandum eſt ergo operibus bonis que in
celo conſeruantur et nunꝙ nos deſerunt.
Matth. eodem. c. Theſaurizate vobis the-
ſauros in celo vbi nec erugo nec tinea de-
molitur. et fures non effodiunt nec furātur
Et hoc innuitur cum dicitur ſic. Ut in die
honeſte ambulemus. In die ſcʒ domini qñ
veniet ad iudicium particulare in morte
vniuſcuiuſqʒ. et ad iudicium vniuerſale in
fine mundi. Tūc enim honeſte ambulat hō
quando bonam ſocietatem habet. Si ergo
habuimus opera virtutum que ſola nos co-
mitantur tunc in die domini honeſte ambu-
lemus. Et ſic patet terciū. Quarto oſten-
dit que ſunt indigne ornamenta q̄ abijcere
debemus ad eundum obuiam regi noſtro.

V. Indigna vero ornamenta ſunt ope-
ra mala que naſcuntur ex duplici radice. ſ.
ex carnis concupiſcentia. Et hoc ſic primo
tangitur cum dicitur. Non in cōmeſſatiōe
Et ex ſpūali malicia. et hoc ſic tangitur ſe-
cundo cum dicitur. Nō in contentione. Ad
hanc duplicem radicem omnia mala redu-
cuntur. Dicit ergo ſic. Abijciamus opera
tenebrarum et induamuſ arma lucis vt ho-
neſte ambulemus et procedamus digne ob-
uiam regi noſtro venienti non ambulantes
in cōmeſſationibus. Cōmeſſationes ſūt mu-
tue inuitationes et conuiuia facta per ſim-
bola. que prohibet ſalomon prouer. xxiij.
Noli eſſe in conuiuijs potatorū nec in cō-
meſſationibus eorū qui carnes ad veſcēdū
conferunt. quia vacantes potibus et dātes

ſimbola cōſumentur. Et ebrietatibus. Lu-
ce. xxj. Uidete ne grauentur corda veſtra
crapula et ebrietate. X. Ebrietas eſt ni-
mia potatio. a qua propter tria cauere de-
bemus. Primo quia ad luxuriā prouocat.
prouer. ij. Luxurioſa res eſt vinū et tumul-
tuoſa ebrietas. Hiero. Uēter mero eſtuās
facile ſpumat in libidinē. id eſt in luxuriā.
Secundo quia ſpiritū ſuffocat. Oſee. iiij.
Fornicatio et vinum et ebrietas auferunt
cor. Ideo enim ebrius ē quaſi beſtia. et nō
diſcernit. Propter quod noe iacuit denuda-
tus in tabernaculo. gen. ix. Et loth cū filia-
bus dormiuit. vt patet in eodem. Tercio qꝛ
ſubſtantiam minuit et annihilat. Eccl. xix.
Operarius ebrius non locupletabit. Sic
ānihilauit ſubſtantiam ſuam ille filius p-
digus viuendo luxurioſe. vt dicitur luc. xv.
Neqʒ ambulemus in cubilibus. hoc ē ſm
morem pigritantium in lectis ſuis. vigilan-
tibus em̄ prouenit regnū celorū et non dor-
mientibus quibus dicitur amos vj. Ue vo-
bis qui dormitis in lectis eburneis et laſci-
uitis in lectis veſtris. Cogitare em̄ deberēt
tales ꝙ chriſtus dicit matth. viij. Uulpes
foueas habēt et volucres celi nidos. filius
autem hominis ⁊c. Neqʒ ambulemus in
impudicicijs. hoc eſt in immūdicijs carnis
ad quas inducunt cubilia. Eph. iiij. Non
ambuletis ſicut gentes que tradiderunt ſe
impudicicijs. Eccl. xxiij. Aufer a me vētriſ
concupiſcentiam et cōcubitus concupiſce-
tie non apprehendet me. Similiter nō am-
bulemus in peccatis ſpūalibus ſcʒ conten-
tione que ex ſuperbia naſcitur. prouer. ij.
Honor eſt homini qui ſeparat ſe a conten-
tione. Yſid. In nulla cauſa contendas. qa
contentio lites paſcit. fauces odiorū accen-
dit. et concordiam rumpit. Et emulatione
que naſcitur ex inuidia. Uel contentio re-
fertur ad verbum. emulatio autē ad factū.
Jaco. iij. Ubi zelus et contentio. ibi incō-
ſtantia et omne opus prauū. Poſtꝙ po-
ſuit que debemus abijcere. ponit ornamēta
que debemus induere dicens. Sed induimi-
dominum ieſum chriſtum. id eſt formam et



conuerſationem domini noſtri ieſu chriſti,
vt quō chriſtus ambulauit in ſanctitate et
iuſticia coram deo ⁊ omni populo. ita ⁊ nos
pro modulo noſtro ambulemus. Ad quod
tenemur. galath. iij. Quod baptiſati eſtis ī
chriſto ieſu chriſtū induiſtis. id eſt inouere
promiſiſtis. coll. iij. Induite vos ſicut electi
dei viſcera miſericordie. Sic erat indutus
apſus qui dicebat galath. ij. Uiuo ego iam
non ego. viuit vero in me chriſtus. Sic er-
go induti digne ⁊ honeſte ibimus obuiam
regi noſtro. Et tantum de epiſtola.

¶ Dn̄ica ſecunda de euāgelio ſermo. iij.

Erunt ſigna in ſole. et luna. et
ſtellis. Luc. xxj. Sancta mater
eccleſia ſicut pia ⁊ ſapiens ma-
ter omnes fideles chriſtianos
amore et timore tanꝙ chariſſimos filios
nititur ad viā veritatis reducere ⁊ ad vir-
tutum opera promouere. nūc in proſperis
blandiens. nūc terrens aduerſis. vt per dul-
cedinem premiorū inducat ad opera virtu-
oſa. ⁊ per terrorem tormentorum auertat
ab iniquitate malorum. Eſt enim in homi-
nibus ſicut in arboribus. Nam homo bōe
⁊ male arbori aſſimilatur. Eſt nanqʒ que-
dam arbor ſicut oliua que leniter debet tra-
ctari et fructus eius manibus colligi. et nō
ꝑtica excuti. al's ſequenti anno minus fru-
ctificaret. Eſt autem alia arbor vt nux cui-
us fructus non debet leniter manu colligi.
ſed ꝑtica excuti. vt ſequēti āno melius fru-
ctificet. Sic ſunt quidam tam bone natu-
re vt non indigeant verbere ſed ſolis ver-
bis veraciter corrigūtur. ⁊ quidam ſunt tā
peruerſe nature quibus verba nil conferūt
ſed indigent forti verbere. Exemplum pa-
tet in petro ⁊ paulo ⁊ alijs diſcipulis. Nā
petrus ⁊ iohannes ad ſolum chriſti verbū
omnia reliquerunt ⁊ ad deū veraciter ſunt
conuerſi. ⁊ alij diſcipuli. Paulus vero nō
verbo ſed forti verbere ē cōuerſus. proſtra-
tus ⁊ excecatus. Sic ergo ſancta mater ec-
cleſia in precedenti dominica ad conſolatio-
nem bonorum aduentum filij dei in mundū
ad memoriam reduxit. vt eos ad magnum
amorem alliceret. Qui quidem aduentus

totus fuit mellifluus et humilis ⁊ deuotus
ac a nimia charitate circumfluus. In hac
vero dominica ad terrorem malorum aduē-
tum filij dei ad iudicium generale in fine
mundi fiendum recolit ⁊ affirmat. vt eos
magno timore percuciat. vt per hoc a ma-
lis caueant perpetrādis. ⁊ ad bona excitēt
ſemetipſos. ⁊ ſi contingat. quia poſſibile eſt
noſtro tempore dictū iudicij euenire. ſimus
edocti de his que tunc euenire dicuntur.
Qui quidem aduentus totus erit horribi-
lis ⁊ amaritudine plenus. quia talis tunc
erit tribulatio qualis nunꝙ fuit. nec poſt-
modum eſt futura. vt dicitur matth. xxiiij.
De hoc ergo aduentu preſens euāgelium
tractat. ⁊ hunc in toto officio eccleſia ſuis
fidelibus recitat perhorrendū. In quo
quidem euangelio quinqʒ principaliter cō-
tinentur. Primū eſt ſignorum generale iu-
dicium precedentiū euentus. ⁊ hoc in prin-
cipio euangelij. Secundum eſt filij homis
ſcʒ chriſti ad iudiciū venientis aſpectus. ibi.
Et tūc videbunt filiū homis venientē ⁊c.
Tercium eſt ad iuſtos diuine conſolationis
afflatus. ibi. His autem fieri incipientibus
reſpicite ⁊c. Quartū eſt cuiuſdam ſimilitu-
dinis ad antedicta cernenda annexus. ibi.
Uidete ficulneam ⁊ omnes arbores. ⁊c.
Quintū eſt omniū predictorum certiſſime
adimpletionis tempus. ibi. Amen dico vo-
bis quoniam non preteribit generatio hec
donec omnia fiant ⁊c. Primo ergo poni-
tur ſignorū generale iudiciū precedentium
euentus. quia erunt ſigna in ſole ⁊ luna ⁊c.

Y. Et ponūtur euentura ſigna in fine
mundi circa quadruplicem creaturam. Et
primo circa creaturam celeſtem cum dicit.
Erunt ſigna in ſole ⁊ luna. Que autem ſint
iſta ſigna hic nō determinatur ſed in matth.
xxiiij c. vbi dicitur. Sol obſcurabitur ⁊ lu-
na non dabit lumen ſuum. Hoc eſt ſignum
in ſole ꝙ obſcurabitur. Qui quidem qua-
druppliciter obſcurabitur. Primo ad lrām
tunc erit generalis eclipſis ſcʒ virtute diui-
na in tota terra. Illa enim eclipſis ab alijs
differt. tum quia erit vniuerſalis. oēs autē
alie ſunt particulares. tū quia diu durabit.

ſed alie tam diu durant donec ſol tranſierit lunam interpoſitam inter ſolem et terram tum quia non fiet per lune interpoſitionem ſicut omnes alie. ſed per diuinam virtutem ſicut et in chriſti paſſione factum ē. Secūdo dicitur obſcurari propter maioris luminis ſuperuentionem. Nam vt dicit Hiero. ſol obſcurabitur nō diminutione ſue lucis abſcedente. ſed maiori luce ſuperueniente. ſcʒ chriſto qui eſt vera lux. Criſo. Sicut ī hoc ſeculo luna ⁊ ſidera obſcurantur orto ſole. ſic chriſti glorioſa apparitione ſol obtenebreſcit. ⁊ luna non dabit propriū iubar Et hoc erit poſt finem mundi. dū chriſtus ad iudicium veniet. ſed ad litterā obſcurabitur ante finem mundi. Tercio obſcurabitur metaphorice vt dicatur ſol obſcurari. quia ſeueram vindictam iudicis reſpicere non audebit. ſicut in paſſione chriſti radios ſue lucis retraxit. q2 chriſtū pendentem in cruce reſpicere non audebat. Augu. Merorem diei iudicij ⁊ tormenta pereuntiū neqʒ ſol neqʒ luna aſtra neqʒ terra aſpicere poterunt. ⁊ retrahent ſplendorem ſuū. Quarto poteſt intelligi ſol obſcurari miſtice. ſol enim miſtice chriſtus eſt qui tunc valde obſcurus erit. quia miraculis ⁊ predicatione non erit clarus. apoc. vj. Sol factus eſt niger quaſi ſaccus cilicinus. Antichriſtus autem erit valde clarus. quia vbiqʒ predicabit et miracula facere videbitur. quia vt dicit yſid. tunc omnia mirabilia auferentur a fidelibus. ⁊ antichriſtus ⁊ diſcipuli eius ea facere videbūt demonum operatione. ij. theſ. ij. Cuius aduentus erit ſm operatiōʒ ſathane in omni virtute ⁊ ſignis ⁊ prodigijs mendacibus. Apoc. xiij. c. Faciet ſigna magna vt etiam faciet ignem de celo deſcēdere in terrā in conſpectu hominū. et ſeducit habitantes in terra ꝓpter ſigna que data ſunt illi facere. Obſcurabitur eñ chriſtus quantū ad diuinitatem ꝙ nullus audebit ipſum predicare fuiſſe deum ſed purum hominem. Item quātū ad veritatem. quia nullus audebit ipſum predicare doctorem veritatis ſed falſitatis. Item quantum ad ſpūſſancti plenitudinē. quia nullus audebit ipſum confiteri plenum fuiſſe ſpūſancto. ſʒ ſpiritu maligno. Et ſic valde obſcurus erit chriſtus in mundo. Luna nō dabit lumē Ad litterā ſic erit. conſueuit enim lucere luna occulto ſole vel obſcurato. ſed tunc non ſic erit. ⁊ in horribilibus tenebris mundus inuoluetur. Vel miſtice per lunam ſancta eccleſia deſignatur. que tunc lumen doctrine non dabit. nec ſanctitas eccleſie miraculis fulgebit. Subtrahetur etiā ab ea lumē obedientie. quia omnia regna romano imperio rebellabunt. ⁊ omnes eccleſie rebellabunt eccleſie romane prope finem mundi. vt dicit glo. ſuper illud. ij. theſſa. ij. Niſi venerit diſceſſio primum et reuelatus fuerit homo peccati filius perditionis. Luna etiā vertetur in ſanguinē vt dicitur Iohelis. ij. quod ſolum miſtice accipiendum eſt. quia tunc eccleſia magnaʒ perſecutionem patietur ab antichriſto ⁊ eius nuncijs. et cruore maximo perfundetur. Apocalip. xiij. Et faciet vt quicunqʒ non adorauerit imaginem beſtie id eſt antichriſti occidatur. In eodem xvij. Et vidi mulierem ebriam de ſanguine ſanctorum ⁊ de ſanguine martyrum ieſu. Quoſdam autem antichriſtus trahit ad ſe timore tormētorū. dañ. xj. Ruent in gladio et in flāma et in captiuitatē ⁊ rapinā ʒ Et propter hoc tradet frater fratrē. et pater filium. eligentes potius in bonis ducere dies ſuos q̄ ſub tanta tribulatione rerum et perſonarum damna pati. Quoſdā trahit largitate munerū. quia inueniet theſauros abſconditos. quos demones reuelabunt. Dañ. viij. In copia rerū occidet plurimos Item multiplicabit gloriam. et dabit eis poteſtatem in multis et terram diuidet gratuite. In codē. vj. Quoſdam trahit deceptione miraculorum ſicut ſimplices et populares. Matth. xxiiij. Surgēt pſeudo chriſti. id ē falſi chriſti qui dicent ſe eſſe chriſtos ⁊ pſeudo prophete id eſt falſi prophete. et dabūt ſigna magna ⁊ prodigia magna. ita vt in errorem inducantur ſi fieri poteſt etiam electi. Et ſic chriſti eccleſia vndiqʒ confundetur. et lumen non dabit. ⁊ vndiqʒ ſāguine perfundetur. Stelle autem de celo cadēt



non quidem ſm ſubſtantiam que perpetue ſunt. Sed tripliciter dicuntur cadere. ſcʒ ꝓprie ſimilitudinarie et miſtice A. Proprie autem dicuntur cadere dupliciter. ſcʒ igneas comas emittendo. omnia eñ ſidera magnas comas a ſe emittent. vt circa vicinum aduentum alicuius magni domini ſolent euenire comete. et lumen ſuum retrahendo per aliquos dies ante iudiciū retrahent lumen ſuum. vt non videantur. Iohel. j. Stelle retraxerunt ſplendorem ſuū. Stelle autem ſimilitudinarie dicuntur vapores igniti in aere. qui cadendo coruſcāt in aere De quibus ſeculares dicunt ꝙ ſtelle cadūt quia tunc frequenter per aerem diſcurrent ad terrorem. Sap. v. Ibunt directe emiſſiones fulgorū. Miſtice autē ſancti doctores dicuntur ſtelle. iuxta illud dañ. xij. Qui ad iuſticiam erudiunt multos quaſi ſtelle in ꝑpetuas eternitates. Qui tunc obſcurabuntur et cadent. quia nō docebunt. Et multi propter timorē tormentorū ex celo eccleſie cadent. quia vt dicitur apoc. xij. Draco ille magnus traxit cauda ſua terciam partem ſtellarum et miſit eos in terrā. Secundo ponuntur ſigna circa creaturam terreſtreʒ tam terre q̄ maris cū dicitur. Et in terris preſſura gentium Tunc enim maior ꝑſſura erit q̄ vnq̄ fuit vel poſtmoduʒ ſit euētura Quadruplicem enim tribulationē paſſura eſt eccleſia. ſcʒ tyrānorum. hereticorum. et ypocritarū. quas iam paſſa eſt. quarta erit antichriſti ceteris maior. quam in fine mūdi patietur vt patet dañ. vij. Videbā inquit in viſu noctis et ecce beſtie quattuor magne aſcendebant de mari. Primā quaſi leena. Iſta eſt crudelitas tyrānorū. Secūda ſimilis vrſo. Iſta eſt verſucia hereticorū. Tercia ſimilis pardo. Iſta ē varietas ypocritarū et dolus. Quarta terribilis et fortis nimis. Iſta ſignat antichriſtū. Erit ergo tunc in toto mundo magna preſſura et in anima et in corpore. Nam cū perſecutione antichriſti erūt magne peſtilentie et fames et guerre et ſeditiones et terremotus. In mari etiaʒ erit ſignū magne et inaudite confuſionis et turbationis que nunq̄ ante fuit vt infra patebit. Tercio ponuntur ſigna circa rationalem creaturam. videlicet homines. Areſcent enim et erūt ſicci et pallidi quaſi mortui propter timorem eoꝝ que videbunt et expectabunt. quia ſpūs triſtis exiccat oſſa. prouer. xvij. Et que erunt illa B. Vbi nota ꝙ hiero. dicit ſe inueniſſe in ānalibus hebreoruʒ in quibus ſcriptum reperit ꝙ in fine mundi. xv. ſigna erūt in xv diebus ante diem iudicij. ſed an cōtinui ſint illi dies an interpellati non expreſſit. Nam prima die erigūt ſe maria omnia ſuper omnes montes. xl. cubitis ſtantia in loco ſuo quaſi murus. Secunda tantum deſcendent ꝙ vix videri poſſūt. Tercia maria redibūt in locum priſtinū. Quarta omnes piſces et belue maris et omnia que mouentur ī aqs congregabūtur ſuper aquas et dabūt vſqʒ ad celum rugitus. Quinta aues et omnia volatilia celi congregabūtur in campis inuicem plorantes et vlulantes et nō guſtantes cibū neqʒ bibētes. Sexta flumina ignea ſurgent ab occaſu ſolis vſqʒ ad ortum currentia. Septima oīa ſidera errantia et fixa ſpargent ex ſe comas igneas ſicut comete. Octaua erit magnus terremotꝰ ita vt oīa animalia proſternātur. Nona omnes lapides tam magni q̄ parui diuidentur in quattuor partes vnamquāqʒ aliam collidentē. Decima omnes planete et herbe et arbores ſanguineū fluent rorem. Vndecima oīa animalia exibunt de cauernis et ſiluis et venient ad campos rugientia et nihil guſtantia. Duodecima omnes mōtes et colles et edificia proſternentur et in puluerem redigentur. Tredecima exibūt homines q vivi remanſerunt de cauernis et ibūt velut amētes et non loquentes. Decimaquarta oīa corpora mortuorū ſtabunt ſupra ſepulcra parata ad reſurgēdum. Quintadecima cōburetur mundus et omnia habentia vitaʒ morientur. et ſtatim poſtea fiet iudicium. Nam ſtatim quattuor angeli ibūt ad quattuor partes terre dicentes. Surgite mortui venite ad iudicium. Matth. xxiiij. Mittet angelos ſuos cum tuba et voce magna. et congregabit electos a ſūmis celorum vſqʒ

ad terminos coꝝ. Hec autem mirabilia ꝑue
niunt propter duo. Primo vt magnū malū
futurum preueniant. Grego. Ultima tri-
bulatio multis tribulatiōibus ꝑuenitur. vt
per crebra mala que preueniunt indicentur
mala perpetua que ſubſequētur. multa em̄
debent mala precurrere vt malum ſine fine
valeant nunciare. Secundo vt ſint incita-
menta doloris et hominibus cōpati videā-
tur. Omnes enim creature cōpatiētur hōi
in iudicio. Nam ſol obſcurabitur. luna con
uertetur in ſanguinem. et ſic de alijs. cuius
rationem aſſignat criſo. dicēs. Patrefami-
lias moriēte domus tota turbatur. familia
plangit et nigris veſtimentis ſe induit. Sic
humano generi propter quod omnia facta
ſunt. circa finem conſtituto. totus deſtruit
mundus celi miſteria lugent et candore de
poſito tenebris induuntur. Durior eſt ergo
lapidibus qui hodie non plorat. ad cōpaſſi
onem non mouetur. hiere. vj. Luctū vnige
niti fac tibi planctū amarū. Quarto po-
nuntur ſigna cir a creaturam intellectualē
ſcꝫ circa angelos cum dicitur. Nā virtutes
celorū mouebuntur. ¶ Que cōmotio
ex tribus cauſabit. Primo ex timore cui-
uſdam reuerentie. iob. xxvj. Columne celi
contremiſcunt et pauent ad nutū eius. Be
da. Quid faciunt tabule qn̄ tremunt colū-
ne. quid virga deſerti patitur cū cedrus pa
radiſi percutitur. Secundo ex ꝑparatione
pugne. Criſo. Si rex proceſſurus cōtra ali
quem ad bellum expeditionem mandat in
populo dignitates omnes mouebuntur. et
exercitus excitantur et tota ciuitas fremet
quantomagis regi celeſti exurgente iudica-
re viuos et mortuos angelice virtutes cō-
mouebuntur. terribiles miniſtri terribilem
dominum precedentes. ante ipſum fulgura
viua pro lumine precedunt. pro tubis toni-
trua horrenda. Tercio ex horrore diuine
vindicte. Criſo. Quāuis angeli conſcij ſibi
non ſint. videntes tamen infinitas multitu-
dines damnari non intrepidi illic ſtabūt. Et
ſic patet primū. Tūc videbunt filiū hōis. ⁊c
In hac ſecunda parte ponitur filij homis
ſcꝫ chriſti ad iudiciū venientis aſpectus. et

hoc eſt. Et tunc videbunt filiū hominis ve
nientem ſcꝫ ad iudicium in nube materiali.
Actuū. j. Et nubes ſuſcepit eum ab oculis
eorum. Et ſequitur. Queadmodū vidiſtis
eum aſcendentem in celum ſic veniet. yſaie
xix. Aſcendet deus ſuper nubem leuē. Itē
in nube id eſt cum multitudine ſanctorum
et angelorum. yſa. ij. Dominus ad iudiciū
veniet cum ſenatoribus populi ſui. Cū po-
teſtate magna. quo ad humanitatē ſm̄ quā
dedit ei pater omne iudiciū facere. et maie-
ſtate quo ad diuinitatem. Primus aduēt⁹
fuit in humilitate magna et infirmitate. ſe-
cundus vero erit in poteſtate magna et ma
ieſtate. ¶ Circa hoc iudicium nota ꝙ
ad omne iudiciū quattuor requiruntur. ſcꝫ
iudex reus accuſator et teſtis. Iudex autē
erit chriſtus. Iudex autē debet iudiciū fa-
cere vbi ſcelus eſt cōmiſſum. Et ideo deſcē
det ad terrā. Item debet facere in loco cō-
muni. et ideo iudiciū fiet in valle ioſaphat.
Item debet ſedere. et ideo deſcendet in ſe-
de maieſtatis in nubibus candidis ſedens.
Ipſe enim fuit iudicatus ſtans et ipſe iudi
cabit ſedens. Itē debet eſſe potēs vt poſſit
ſententiam executiōni mandare. Ecc̄i. vij.
Noli velle fieri iudex niſi valeas virtute ir
rumpere iniquitates. Et ideo deſcēdet cum
poteſtate et omnes ſancti et angeli cum eo.
non ſicut alia vice quādo venit humilis ad
ſaluandum et non ad iudicandum: Iōh. iij
Non miſit deus filium ſuum in mūdum vt
iudicaret mundum ſed vt ſaluaretur mun-
dus per ip̄m. Item debet videre et videri.
Ideo veniet in forma humana. Apocal. j.
Videbit eum omnis oculus et qui eum pu
pugerunt. Item debet eſſe iuſtus. Et ideo
oſtendet vulnera lanceam et clauos et cru
cem. in quibus maxima eius iuſticia de-
monſtratur. Nam vt ita fieret ſatiſfactio
voluit in cruce mori. Que omnia vſqꝫ mō
celauit clamans miſericordiam et non iuſti
ciam. Propter quod dicit apo. hebre. xij.
ꝙ ſanguis chriſti melius loquitur ꝙ̄ abel.
quia ille clamat vindictam. Matth. xxiiij.
Tunc apparebit ſignū filij hominis in celo
ſcꝫ crux et claui. Vn̄ cantamus. Hoc ſignū
crucis erit in celo cum dn̄s ad iudicandum



eſſe cum chriſto. Prius autē pro magno
munere vita longa promittebatur homini
Exo. ij. Honora patrē tuum et matrē tuā
vt ſis longeuus ſuper terrā. Decimo quia
in natiuitate chriſti natura hūana omni ꝑ
fectionis genere fuit dotata vel perfecta.
Nam fuit perfecta in natura. quia princi-
pium eſt coniunctū fini. ſcꝫ deus hōi. Vnū
quodqꝫ em̄ tūc perfectū eſt qn̄ coniungitur
ſuo principio. et nō quieſcit donec ad idem
redit. ſicut aqua ad mare. Sic hō nō poteſt
quieſcere niſi cōiungatur deo. Augu. feci-
ſti nos dn̄e ad te. et inquietū eſt cor noſtrū
donec requieſcat in te. Itē perfecta fuit in
gratia. qꝛ ip̄a plenitudo gratie tota hūane
nature ſe infudit. nec vnꝙ̄ humana natura
potuit maiorē gratiā obtinere ꝙ̄ vt filius
dei eā aſſumeret et in ea naſceretur. Item
perfecta fuit in gloria. qꝛ filius dei verus
hō ſtatim natus eſt in gloria et ſemper ī vi
ta beata fuit. ſimul em̄ fuit viator et comp̄
henſor. Multū ergo in xp̄i natiuitate gau
dere debemus in qua decē magna bona q̄
hō ſūme deſiderat conſecuti ſumus. Nam
ſūme homo deſiderat exaltari ſi ſit dep̄ſſus.
pacificari ſi ſit in periculoſa diſcordia. dita
ri ſi ſit miſeria circūſeptus. illuminari ſi ſit
tenebris obumbratus. ſanari ſi ſit graui in
firmitate proſtratus. liber fieri ſi ſit duriſſi
ma ſeruitute ſubiugatus. a debito abſolui
pro quo ſit in duro carcere religatus. forti
ficari ſi ſit in viribus deſtitutus. ad ciuita-
tem ſuā redire ſi ſit in exilio condemnatus.
et in omnibus perfici ſi ſit mirabiliter imꝑ
fectus. Hec autē oīa per xp̄i natiuitatem
conſecuti ſumus vt dictū eſt. et ideo gaude
amus. phil. vlti. Gaudete in dn̄o ſemper.
iterum dico gaudete. Gaudere ergo hodie
debemus in xp̄o ad memoriā p̄dicta benefi
cia reducendo. ſed nō debemus hodie vane
gaudere in mundo. in choreis. et ludis. et
ſpectaculis demoniorū. et cōmeſationibus.
quibus hodie gaudet mundus. qui verum
gaudiū in vanum gaudium cōmutat. cuius
finis eſt luctus. prouer. xiiij. Extrema gau
dij luctus occupat. Et ſic patet ſecundum.
Tercio ponitur natiuitatis cōmunitas.
cum ſubditur. quod erit omni populo ¶

Natiuitas em̄ chriſti omnibus ē cōmūis
vt ab omnibus ametur et veneretur. Pri
mo enim fuit cōmunis deo et hominibus.
Nam filius dei ſumens carnem humanam
in genere hominum. natus eſt verus deus
et verus homo. Galath. iiij. At vbi venit
plenitudo temporis miſit deus filium ſuū
factum ex muliere. factum ſub lege vt eos
qui ⁊c. Decebat enim vt filius dei cui at-
tribuitur ſapientia inter homines naſcere-
tur. vt humanam naturam que tota deor-
dinata erat per ſapientiam ſuam reordina-
ret. et ſuperbum humani generis inimicū
ſua prudentia debellaret. et viam ſapientie
hominibus demonſtraret qui vbiqꝫ erra-
bundi viuebant. Et quia ſic communis eſt
ideo deus et homo hoc natale venerantur
Secundo fuit communis angelis et homi
nibus. Nam perſona filij dei que nata eſt
ieſus. eſt cum angelica natura maximā affi
nitatem habens. Iohā. iiij. Spiritus ē de-
us. Eadem tamen perſona carnem induēs
et verus homo natus eſt. in qua carne per
oīa ſimilis hominibus fuit. Phil. ij. In
ſimilitudinem hominum factus eſt habitu
inuentus vt homo. Et ideo angeli et homi
nes debent hoc natale deuotius venerari.
Et propterea angeli deſcendentes dixerūt
Gloria in excelſis deo. Et paſtores omnes
bethleem iuerunt. et ip̄m venerati ſunt. vt
patet luce. ij. Natus eſt etiā vt ruinas āge
lorum hominibus repleret. et ideo commu
nis vtriſqꝫ. Tercio fuit cōmunis patri-
bus ve. te. et hominibus noui. Ab illis em̄
ſm̄ carnem deſcendit. ſcꝫ abraam yſaac et
iacob et alijs patribus vt matheus narrat
in euangelio hac nocte cantato. Ab illis
autem deſcendens ad homines no. te. venit
et eis ſuam maieſtatem oſtendit. per quod
beati dicūtur. Luc. x. Beati oculi q vidēt
q̄ vos videtꝭ. Et iō p̄ores ⁊ poſteriores de
bēt ip̄m venerari. mat. xxj. Et q p̄cedebāt ⁊
q ſeq̄. cla. dicētes. bn̄dictus q ve. in no. dn̄i.
Quarto fuit cōis iudeis ⁊ gētilib⁹. nā d
gēte iudea iudea originē traxit ⁊ iude⁹ fuit
hebre. vij. māifeſtū ē ꝙ d tribu iuda ort⁹ ſit
dn̄s nr̄. gētiles aūt ī filios adoptauit ⁊ frēs
deinceps

Cōis ē natiuitas oīb

eos chriſtianos vocans. Unde et nos qui
gentiles eramus modo ſumus et dicimur
chriſtiani ſcilicet fratres et filij chriſti. Si
autem filij et heredes. vt dicit apoſtolus
Ro. viij. Et ideo omnia bona que chriſtꝯ
eſt operatus. ſuper chriſtianos requieuerūt
ſicut ſuper filios ſuos. et ipſi ſoli ſunt here-
des omnium bonorum chriſti. Iohā. vij.
Uolo pater vt vbi ego ſum illic et ipſi ſint
me. i. eorundem bonorum poſſeſſores. Lu-
ce. xxij. Ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit
mihi pa. me. reg. Quinto fuit cōmunis
viuis et mortuis. Nam homo viuens natꝯ
eſt et aīam viuentem ſemꝑ aſſumſit. Sed ī
carne mortale eſt natus in qua fuit mortu
us. et a mortuos deſcendit. et in ipſa mor-
tuis reſurrexit. vt viuos et mortuos viuifi
caret et ad immortalitatē transferret. Ro.
iiij. Traditus eſt ꝓpter delicta noſtra et re
ſurrexit ꝓpter iuſtificatōnē noſtram. Sic
eñ in adam omnes moriunē. ita et in chriſ-
to oñes viuiſicabunē vt dicit apl̄us. j. cor
xv. Sexto fuit cōmunis viris et feminis.
Nam ex femina ſumpſit carnē. ſꝫ in forma
viri apparuit. et hoc valde congrue. nam ꝑ
virū et feminā ꝑditio humana aduenit. et
ideo vt iuſta fieret ſatiſſactio per illū ſalꝯ
debuit procurari qui haberet participium
cum vtroqꝫ. vt ſicut vterqꝫ fuit in culpa.
ita vterqꝫ procuraret ſalutem. Et ſicut fe-
mina principium maledictionis extiterat.
ita eſſe p̄ncipiū bn̄dictōnis et grē. Et ꝓpte
ria incarnatio filij dei initiū a maria ſump
ſit. Lu. j. Spiritusſanctꝯ ſup. ue. in te. ꝛc.
Septimo fuit cōmunis iuſtis et peccatori-
bus. Nam de iuſta et ſancta matre naſce
voluit. ſed ꝓ peccatoribꝯ voluit in carnali
vt ipſos oraculo viue uocis ad penitenciā
reuocaret. Math. iiij. Non veni uo. iuſt. ſꝫ
peccatores ad penitentiā. Et in huius figu
ra in tota chriſti genealogia nō fit mentio
de aliqua ſancta muliere niſi ſolum de pec
catoribꝯ ſcꝫ raab. thamar. ruth. ⁊ berſabee
Octauo fuit cōmunis diuitibus et pau
peribus. qꝛ diues ſuꝑ oñes et in omnibus
bonis de cuius plenitudine accipiūt vniuer

ſi. Hodie fuit natus ſed in maxima pauper
tate. ps. xliiij. Simul in vnū diues et pauꝑ
Pauperem eñ vitam eligit vt daret cōtē-
nere bona mūdi. Et enim fuit pauꝑ ꝙ ſub
diuo. natꝯ ē. nec ei fuit locꝰ in diuerſorio.
necdum in domo ſed panis vilibꝰ eſt inuo-
lutꝰ et in p̄ſepio reclinatus. Mathei. viij.
Uulpes foueas ha. ⁊ vo. ꝛc. Paupꝑtatem
ergo elegit. et pauꝑtatē p̄dicauit. et ipſi reg-
num celi ꝓmiſit. Math. v. Beati pauꝑes
ſpū. qm̄ ipſorum eſt regnū celorū. Nono
fuit cōmunis ſapientibꝰ ⁊ ſimplicibꝯ. Nā
ſapientia dei omnia regens et oīa guber-
nas nata eſt vt puer paruꝯ vagitꝯ emittēs
quaſi penitus nihil ſciēs nec etiā loq̄ valēs
qui aꝑuit os mutoꝝ ⁊ linguas infan. fecit
diſertas. Et ideo magni ſapiētes venerunt
ipm̄ adorare ⁊ ſimiliter paſtores ſimplices.
Sapientes aūt iſti mundi inflati vento mū
dane ſcientie nolunt ſe huic puero humili-
are. et ideo eius miſteria non cognoſcunt.
Matth. xj. Confitebor tibi domine pater
rex celi et terre. quia abſcondiſti hec a ſa-
pientibus et prudentibus et reuelaſti ea ꝑ-
uulis. Decimo fuit cōmunis breuiter cō
cludendo omni ſtatui et conditioni. Nam
virginibus et maritatis et viduis cōmūis
fuit. quia de matre virgine deſponſata tam̄
naſci voluit. que poſt mortem viri vidua-
ta fuit. Item fuit cōmunis ſenibus et pue
ris. quia eternus et antiquus dierū bodie
natus ē et cepit eſſe puer vnius diei. vt om
nes cuiuſcunqꝫ etatis ſurgant in eius lau-
dem. ps. Iuuenes et virgines ſenes cū iu-
nioribus laudent nomen domini. Item cō
munis fuit clericis et laicis. quia de ſtirpe
ſacerdotali et laicali natus fuit. Item cō-
munis fuit nobilibus ⁊ artificibus. magnis
et paruis. vt nō ſint qui a calore eius ſe ab
ſcondant. Nā de ſtirpe regia proceſſit vſoꝫ
ad patrem artificem et vxorem fabri. Om
nes ergo chriſtum natum reuerentur. quia
omnes in ipſo partem habent. ſcilicet ho-
mines et angeli. patres veteris teſtamenti
et noui Iudei item et gentiles. Uiui etiā
et mortui. Uiri et femine. Iuſti etiam et



peccatores diuites et pauperes. ſapiētes et
ſimplices. virgines et maritate et vidue. ſe-
nes et pueri. clerici et laici: nobiles ⁊ popu
lares. Et ſic patet tercium. Quarto po-
nitur natiuitatis veritas. quia natus ē no
bis hodie ſaluator. Uere natus eſt hodie
ſaluator mundi. nec aliquis de hoc dubita-
re debet. cum hoc per multa argumēta fue
rit demonſtratum. ℟ Et oēs creature
eius ortū teſtificate ſunt. Nā primo ipſum
teſtificati ſunt angeli. qui ſtatim ipſo nato
apparuerūt hominibus dicentes. Natus ē
vobis hodie ſaluator. Secūdo teſtifica
ti ſunt ipm̄ ſol et luna et ſtelle. Nā hac die
in oriente tres ſoles apparuerūt qui ſtatim
in vnum coniuncti ſunt. ad deſignandū ꝙ
tria ſcꝫ diuinitas. anima et caro in chriſto
coniuncta ſunt. nouum. ſcꝫ anima de nouo
creata. et antiquū ſcꝫ caro ab adam deſcē-
dens. et eternū ſcꝫ deitas. cōiuncta ſunt ſi-
mul. et facta ſunt vnus ſol. vnus hō ieſus
chriſtus. Item hac die rome circa ſolem
apparuit vnus circulus aureus. in quo cir
culo erat quedam virgo pulcerrima. in cui
us gremio erat quidam puer. et dictum eſt
imperatori ꝙ ille puer erat maior eo. Sig-
dem romani volentes octunianum ceſarē
vt deū adorare. quia toti mundo in pace p̄
ſidebat. imperator recuſauit dicens. Uolo
prius ſcire ſi aliquis vnq̄ꝫ maior me naſci-
turus ſit. Et aduocauit ſibillam. que dum ī
die natalis chriſti ī camera imperatoris va
ticinijs intenderet. vidit p̄dictum circulum
et virginem in gremio puerū geſtantē. que
omnia ſibilla oſtēdit imperatori dicēs Hic
puer maior te ē. Et ſtatim audita ē vox in
camera imperatoris ī capitolio. Hic ē ara
celi. Uñ vſqꝫ hodie p̄dicta camera q̄ facta
eſt modo eccleſia vocatur ſancta maria ara
celi. Imperator aūt ſtatim depoſuit dyade
ma et illum puerum adorauit. et recuſauit
deinceps ab hōibus adorari. In hac nocte
nato dño in oriente apparuit vna ſtella in
qua erat quidam puer habēs crucē in frō
te qui voce hūana allocutus eſt magos di
cens. vt iudeā pergerent ad regē iudeorum

natū adorandum. Tercio teſtificata ſūt
eum omnia elementa. Nā hac nocte obſcu
ritas aeris in lucem quaſi diei cōuerſa eſt.
et rome fons olei erupit qui fluxit vſqꝫ ad
tiberim. in ſignū ꝙ fons pietatis et miſeri-
cordie erat natus omnibus gratiā et miſeri
cordiam largiturus. Tēplum etiam pacis
corruit. Siquidē romani habentes per. xij.
annos cōtinue pacē. tēplum pacis conſtru-
xerunt. in quo poſuerūt imaginem romuli
et conſuluerunt appollinem quantum du-
rare deberet. Et acceperunt reſponſum. ꝙ
donec virgo pareret et virgo permaneret.
Qui virginem impoſſibile reputantes pa-
rere poſuerunt titulum. tēplum pacis eter
num. In hac autem nocte dictū templum
corruit. Item hodie vinee engadi florue-
runt et balſamū produxerunt. in ſignum ꝙ
ille erat natus qui omnia conſeruare debe
bat per virtutem liquoris ſanguinis ſui.
Quarto teſtificata ſunt eum animalia.
Nam cum virgo reclinaret eū in preſepio
animalia q̄ ibi erant ſcꝫ bos et aſinus genu
flexerūt ſibi. Et multi miſeri chriſtiani ho-
die xp̄o genua nō flectunt. yſa. j. Cognouit
bos poſſeſſorē ſuū. et aſinus p̄ſepe dñi ſui.
iſrael autē me non cognouit. et ppl̄s meus
non intellexit. Quinto teſtificati ſunt eū
omnes prophete. Actuū. x. Huic oēs pro-
phete teſtimo. perhi. yſa. Ecce virgo cōci.
et pa. fi. Baruch. Poſt hoc in terris viſꝯ
eſt et cū ho. cōuerſatus eſt. Zach. Ecce rex
tuus venit tibi manſuetus Sexto teſtifi
cate ſunt eū multe figure veteris teſtamēti
et maxime virga aaron que vna nocte ger
minabat et fronduit et fructum fecit. Sic
chriſtus ſubito totus perfectus fuit in ani
ma et in corpore et verus deus et homo ⁊
ſic perfectus natus eſt. Septimo teſtifi-
catur chriſti natiuitatem diuina bonitas.
quia cum ſecundum dyoniſium bonum ſit
ſuiipſius diffuſiuum. et quanto melius eſt
tanto magis diffundi debet. vt patet in ſole
ſummum bonum quod deus eſt maxime ſe
diffundere debuit. Summus autem diffu-
ſionis modus bonitatis

diuine fuit per incarnationem ⁊ natiuitatē
chriſti vt dicit aug. Magis autem deus
eſt paratus ſe nobis cōmunicare. quaȝ nos
poſſumus ipm recipere. Cum ergo hūana
natura poterat deū recipere tanq̄ ꝟerum
homin. et ſuppoſitum in humana natura
ergo deus debuit incarnari ⁊ naſci ſicut ve
rus homo in hūana natura. Et ſm hoc fi-
lius dei fuiſſet factus hō et natus etiam ſi
homo nō peccaſſȝ. ſȝ ꝓ alia cauſa. Octa
uo hoc teſtificat ſūma dei iuſticia. Prop
terea em̄ chriſt⁹ nat⁹ eſt vt pro hoīe pate
retur et ꝑ cōſequēs eſſet iuſta ſatiſfactio.
vt ſicut ſupbiendo hō voluit fieri de⁹ ita
deus ſe humiliando voluit fieri hō. et ſicut
hō peccādo penā meruerat infinitā ⁊ ſūmū
peccatū fuit infinitū multipliciter. ita deus
merendo in hūana natura factus hō meri
tum acquiſiuit infinitū. et ſuū meritū fuit
infinitum multipliciter. Ad hāc aūt iuſtā
ſatiſfactionē proſequēdam oportuit q̄ de⁹
fieret hō. vt eſſet deus et hō qui ſatiſface-
ret. deus qui poſſet ⁊ hō q̄ deberet. No
no hoc teſtificatur ſūma dei caritas. fece-
rat em̄ deus hoīem et multis gratijs dota-
uerat eū tandem ipm ad vitā beatā perdu-
cturus. et hō oīmibus gratijs ſe exuerat. et
infinitis miſerijs fuerat implicatus et tan
dem ad illam beatā vitā nō ibat ſed ad infe
ros deſcēdebat. Deus aūt ex maxima cha
ritate miſit filiū ſuū in mundū factū hoīeȝ
de virgine glorioſa vt hōi cōpateret. eius
miſerias patiendo. et ſic ipm ab oīmibus li-
beraret. et ad vitā transferret eternā. Eph
ij. Propter nimia charitatem qua dilexit
nos deus cū eſ. mor. cōuiuificauit nos xp̄o
cuius gratia ſu. ſal. et conreſuſcitati et cō-
ſedere fecit in celeſtibus. Decimo hoc te-
ſtatur ſūma dei perfectio ꝓpter quam dei
perfecta ſunt opera. geñ. j. Vidit de⁹ cūcta
q̄ fecerat et erāt valde bōa. ꝓpter peccatū
aūt omnia effecta ſunt imperfecta. Nā celū
fuit ex parte euacuatū et paradiſus totalit
remanſit vacuus. et ſol et luna et ſtelle et
oīa elemēta perfectiōe ſunt diminuta. et
hō perfectus factus eſt totaliter imperfec
tus. vt ergo omnia ad perfectionē reduce

rentur. oportebat q̄ filius dei fieret hō. in
quo oīa coniūgerentur ſuo principio. et ſic
perficerētur. Nā hō qui habet cū oīmibus
cōueniētiā cōiunctus eſt deo et deus hōi.
ita q̄ principiū et finis oīm inſimul ſunt ꝯ
iuncta in vno hoīe xp̄o. qui inquantū deus
eſt oīm principiū et inquantū homo finis.
Apoca. j. Ego ſū alpha et o principium et
finis. Jo. xij. Ego ſi exaltatus fuero a tra
oīa trahā ad me. i. ipm hoīem q̄ habet cuȝ
oīmibus ꝯueniētiā. vt dicit grego. Per cri-
ſtū ergo oīa ad perfectioneȝ ſunt reducta.
Et quartus modus producendi hoīem eſt
in vniuerſo repertus. nā primus fuit face-
re hoīem ſine patre et matre. vt adā. Secū
dus fuit facere hoīem ex patre ſine matre.
vt eua. Tercius fuit facere hoīeȝ ex patre
et matre. vt oēs alij. Quarto reſtabat ho-
minē facere ex matre ſine patre. ⁊ fuit xp̄s
In hac ergo generatiōe totus mūdus per
fectionē accepit. Et ſic patet quartum.

## De epiſtola ſermo decimus.

Multifarie multiſqȝ modis oli
loquens deus patribus ī pro-
phetis nouiſſime autē diebus
iſtis locutus eſt nobis in filio
Hebre. p̄mo. Quia hominibus
nō fortiter radicatis nec dei conſiliū ſuper
ſalute propria cōſiderantibus ſubtiliter ſed
extrinſeca tm̄ cernentibus videtur quodam
abſurdum et obſtupēdum q̄ filius dei ho-
die natus ſit de virgine glorioſa. ideo apl's
in epiſtola que hodie in tercia miſſa canta
tur mirabiles conditiōes de hoc puero ſcri
bit. et excellēter et multipliciter ipſum no
bis deſcribit. Per quod oſtēdit nobis iſtū
puerum vere fuiſſe filium dei. et ſupra an-
gelos et omnem creaturam. Per que om-
nia vult nos apoſtolus inducere ad veram
fidem. reuerentiam. et amorem ad iſtum



puerum. L Narrat em̄ apl's in hac epi
ſtola. xx. conditiōes de hoc puero. per quas
ab oīmibus alijs ſeparatur et per quas no-
bis reuerendus et diligēdus mirabiliter de
claratur. Prima eſt quia in ipo eſt deter
minata ſpes hoīs q̄ per longā expectationē
diu afflixerat eius deſideriū qm̄ ſpes q̄ differ
tur affligit animam. vt dicitur prouer. xiij.
Ante autē illud tēpus dicebatur hoī a ꝓph
tis q̄ dei ꝯſiliū ſciebant. expecta. reexpecta.
yſaie. xxviij. Erat verbuȝ domini expecta
reexpecta. Sicut em̄ aqua frigida anime ſi
tienti. et ſicut nūcius bonus de terra longi
qua. ſic fuit natiuitas illius pueri toti gene
ri humano diu expectando afflicto. ꝓpter
quod dicebat. Utinā diſrumperes celos et
deſcenderes. yſa. lxiiij. Ipſe em̄ hoīs ſpem
determinauit et deſideriū impleuit. Et hoc
eſt. Multifarie. i. multociens. multiſqȝ mo
dis olim loquēs deus patribus in ꝓphetis
Multociens em̄ et multis modis deus lo-
cutus eſt patribus in prophetis et per pro
phetas. ſcȝ per ſomnia et imaginariā viſio-
nem vt hiere. ⁊ amos ⁊ multis alijs. ⁊ per
apertam vocē in ſubiecta creatura forma-
taȝ vt moyſi. et in ſpū vt dauid. Nouiſſime
autem diebus iſtis ſcȝ tempore natiuitatis
ipe qui ſic multipliciter loquebat aduenit.
et locutus eſt nobis realiter. non dicendo.
expecta reexpecta. ſed illud. Ego q̄ loq̄bar
ecce aſſum. yſa. lij. Secunda eſt. quia in
ipo et per ipm pacificati ſumus deo cuius
ſignū eſt locutio. inimici enim nō loquūtur
adinuicem niſi aliqñ per interpoſitam perſo
nam. ſicut deus pater poſtq̄ adam ſuū man
datum tranſgreſſus fuit nunq̄ generi hūa
no locut⁹ fuit niſi ꝑ ſubiectā creaturā. No
uiſſime autem diebus iſtis ſcȝ tēpore nati
uitatis locutus eſt nobis non per ſubiectā
creaturam. ſed in perſona filij ſui. qui vſqȝ
tunc per ora prophetarum locutus fuerat
Et hoc eſt quod dicitur. locutus eſt nobis
in filio in ſignū ſcȝ pacis perfecte. Ipe em̄
eſt pax noſtra vt dicitur ad eph. ij. ⁊ math.
xvij. Hic eſt filius meus dilectus ipm au-
dite. M Et potes h̄ dicere de quadru-
plici pace quam chriſtus fecit. Habebat

enim homo quadruplicem guerram ſcȝ cū
deo cuius pacem chriſtus fecit in carnis aſ
ſumptione. Itē homines adinuicē habe-
bant guerram. hanc pacem chriſtus fecit ī
vnius baptiſmi et fidei ⁊ eccleſie inſtitutio
ne. Joh. x. Alias oues ha. que non ſunt ex
hoc oui. et il. oportet me adducere et vocē
meā au. et fiet vnū oui. et vnus pa. Terciā
guerram habebat homo cum angelo. hāc
pacem chriſtus fecit in ſua aſcenſione. qñ
ſcȝ homines cum angelis in gloria colloca
uit. Quartam guerram habebat homo cū
ſeipo ſcȝ anima cū carne. hanc pacem fecit
chriſtus in ſpūſancti miſſione per quē mo
tus carnales ſunt ſedati et ſpūs carni domi
natur. Tercia conditio ſequitur ex hoc
dicto ſcȝ locutus eſt nobis in filio. q2 deus
pater omnia miſteria in filio ſuo nobis ma
nifeſtauit. Johā. xv. Omnia quecūqȝ au-
diui a patre meo nota feci vobis. Nā vſqȝ
ad chriſti natiuitatem omnia in figura cō
tingebant illis. vt dicit apl's chorinth. x.
In cuius figura moyſes velata facie po-
pulo predicabat. Sed qñ deus pater locu-
tus eſt nobis in filio cui totum cor ſuum
manifeſtabat omnia nobis reſerauit. et nul
la figura permanſit. Hebre. vij. Omnia nu
da ſunt ⁊ aperta oculis eius ad quē nobis
ſermo. In filio ergo loquendo omnia no-
bis manifeſtauit. In cuius figura in mor
te chriſti velum tēpli ſciſſum eſt. et viſa ſūt
ſācta ſāctorū. Jo. vj. Erūt oēs docibiles dei
q2 deus per ſe docuit nos. mat. v. Aperiēs
os ſuū docebat eos. Quarta ē q2 alij filij
nō ꝯſtituūtur heredes. niſi in morte parētū
et ſunt vſqȝ ad p̄finitū tēpus ſub tutorib⁹
et actoribus. et per ꝯſequēs a ſeruis nihil
differre videntur. vt dicit apl's ad gala. iiij
Sed iſte puer ſtatim natus ē cōſtitutus he
res dei. Et hoc ē q̄d ait. quē ꝯſti. heredem
Quita ē q2 alij filij nō ꝯſtituūtur here-
des in oībus bōis parētū eorū ſed ī q̄buſdā
ſolū. ſ. in bōis terrenis q̄ ſūt bōa fortune vt
diuicie. ſed in bōis nature ⁊ gl'e pr̄ non ꝯſti
tuit heredē filiū. ſed iſte puer ꝯſtitut⁹ ē he
res dei in oībus bōis. ſ. nature fortūe gr̄e ⁊
gl'e. Et hoc ē q̄d dicit vniuerſoꝝ. ⁊ iō ī fine
oīm orōnū dicim⁹ ꝑ do. nr̄m ieſū cri

ſtum fi.t.quaſi ipſe ſit clauiger et heres om
nium bonorū Sexta ē.quia alij pueri qñ
naſcūtur ſunt omnino ignorātes et impfec
ti.quia dicit phs.Anima naſcitur ſicut ta-
bula raſa in qua nihil eſt ſcriptuꝫ.perficitẽ
autem ſcientia et virtute.in ſecūdo de aīa.
et ideo pueri tradūtur magiſtris diſciplinā
di.ſed iſte nō indiguit magiſtro.imo ſtatim
natus ſciuit omnia.quia iſte ē dei ſapientia
increata per quā deus omnia condidit. Et
hoc eſt quod inquit.per quē fecit et ſecula
id eſt per cuius ſapientiā fecit ſeculum vi-
ſibile et inuiſibile. Iſte puer ē iſta ſapiētia
a qua omnis alia ſapientia deriuatur ⁊ per
quam dicitur ſapiēs omnis hō.prouer.viij
Per me reges regnāt ⁊ legum conditores
iuſta decernūt. Septima eſt.qꝛ alij pueri
quando naſcuntur ſunt pleni immundicijs
nec pulcritudo apparet in eis perfecta.ſed
iſte puer ſtatim natus et anteq̄ꝫ natus .fuit
ſplendor et gloria dei.id eſt glorioſe ſubſtā-
tie fuit.ita ꝙ tota pulcritudo dei in eo re-
lucebat.Sapiē.viij.Candor eſt enim lucis
eterne et ſpeculum ſine macula dei maieſta
tis.p̄ma pe.j.Ipſe eſt enim quem deſiderāt
gentes ſiue angeli proſpicere. Ita ē pulcer
ꝙ in eius viſione conſiſtit noſtra beatitudo
Luce.x.Beati oculi qui vident q̄ vos vi-
detis.Etiā ſm humanitatem fuit pulcerri
mus.ps.xliiij.Specioſus forma pre fi.ho.
Et ita fuit pulcer ꝙ eius ſplendor facici
ſplenduit vſqꝫ in orientē.vt patuit in ſtella
magorum.et vſqꝫ romam in ſole patuit vt
dictum ē in precedenti ſermone. Et hoc ē
quod dicit.Qui cum ſit ſplendor glorie.
Octaua eſt.quia alij pueri nō aſſimilātur
patribus per omnia.ſed in quibuſdā linea-
mentis et accidentibus.nō autē in ſubſtan
tia.Sed iſte puer eſt figura ſubſtantie dei.
totam ipſam continens et repreſentans. ita
ꝙ qui videt filium videt et patrē et econ-
uerſo.Iohā.xiiij.Philippe qui vi.m.vi.
et pa.meū.nō credis qꝛ ego in patre et pa-
ter in me eſt.Vna ergo ē ſubſtātia ⁊ eſſen-
tia patris et filij licet ſint due perſone. Et
ideo qui videt vnū videt et alium.propter
quod apparet ꝙ iſte puer vere eſt deus Et

hoc ē.et figurā ſubſtātie eius. Nona eſt
quia alij pueri qñ naſcūtur ſunt imbecilles
et ab alijs portantur. Sed iſte puer ſtatim
natus portauit et portat omnia verbo vir-
tutis ſue.i. imperio potentie ſue. Eſt ergo
iſte puer dei ſapiētia gloria dei ſubſtātia et
dei virtus per quā omnia ſunt producta in
eſſe et omnia conſeruātur vt ſint.ſicut enīꝫ
omnia produxit.ita omnia cōſeruat. Gre.
Sicut omnia ex nichilo facta ſunt. ita in
nichilum tenderēt niſi manus cōditoris ea
teneret. Iſte enī puer iacens in cunabulis
omnia portabat et cōtinebat.Vñ cātamus
Iacet in p̄ſepio et in nubibus tonat. Et h̄
eſt qȯ dicit.portans omnia verbo virtutis
ſue. Decima qꝛ alij pueri naſcūtur pec-
catores.Iob.Omnes naſcimur filij ire.⁊
ideo indigent per baptiſmū mundari.Sed
iſte nō fuit natus peccator.ſed ſtatim natꝰ
fecit purgationē peccatorū.qꝛ ſtati meruit
meritū infinitū per quod tota natura hūa-
na poterat purgari. Sed ī cruce meruit ſu
perabundanter meritū infinitum per quod
totam naturam purgauit.Apocal.j. Qui
lauit nos a peccatis noſtris in ſāguine ſuo
Iſte ergo puer totus mundus lauit nos a
peccatis noſtris a quibus nos nullus vnq̄ꝫ
poterat liberare ſeu purgare.Et hoc ē qȯ
ait.Purgationem peccatorum faciens.
Vndecima eſt.quia pueri alij vel infantes
non conſueuerunt haberi in reuerētia imo
ſedent in terra cū infantibus Sed iſte puer
ſtatim natus ſedet ad dexteram dei patris
omnipotētis in excelſis.Vñ exiſtēs in gre-
mio matris ſedebat ad dexterā maieſtatis
dei in excelſis.eo ꝙ ſimul erat beatus et in
digens.cōprehenſor et viator.Et hoc ē qȯ
dicit.Sedet ad dexterā maieſtatis ī excelſis
id eſt in equalitate dei inquantū deus et in
potioribus bonis patris inquantū hō Ipſe
enī fuit deus et homo.Et ideo inquantum
deus per oīa fuit equalis deo prī.inquantū
xo hō fuit ſup̄ oēm creaturā viſibilē ⁊ inui
ſibilē ꝯſtitutus.Eph.j.Ipm dedit caput ſu
per oēm eccliam Duodecia ē qꝛ oēs alij
pueri ſūt infra anglos ſꝫ iſte puer fuit ſup̄
āgelos ſic filiꝰ ⁊ dñs ē ſuꝰ ſuos .Et h̄ ē qȯ

dicit Tanto melior effectus angelis quāto
differentius nomen pre illis hereditauit.qꝛ
iſte puer habuit nomen filij et domini.et ā
geli nomen ſerui.Vnde dicūtur angeli id ē
nuncij.Sed iſte puer vt verus dei filius et
dominus hereditauit.i.veraciter app̄hēdit
nomen quod eſt ſupra omne nomē.vt in no
mine ieſu o.ge.fle.⁊c.vt dicit apl's ad phil.
ij.Et actuū.iiij.Neqꝫ enim eſt aliud nomē
ſub celo datuꝫ hominibus in quo oporteat
nos ſaluos fieri.Vnde etiam inquātū fuit
homo fuit ſuper angelos in gratia ⁊ in glīa
conſtitutus. licet inquantū fuit hō mortal
et paſſibilis fuerit aliquantulum ab āgelis
minoratus.ps.viij.Minuiſti eū pau.ab ā.
ſed et hodie ſuper angelos eum coronaſti .
Tredecima eſt quia alij pueri generātur
ab hominibus et ſunt filij hominū. ſed iſte
puer eſt filius dei in celis ſine matre.et in t̄
ra ſine patre.Vnde nec angeli nec homīes
ſunt filij dei ſicut iſte.Et hoc eſt quod dici
tur.Cui dixit aliquando angelorū fi.me.e.
t.q.d.nulli.Et ſi aliqñ angeli dicuntur filij
dei iuxta illud iob.xxviij.Vbi eras cuꝫ me
ſimul laudarent aſtra matutina ⁊ iubilarēt
omnes filij dei. Dicuntur filij adoptiui ſicut
et homines.j.Ioh.iij.Videte qualem cha
ritatem dedit nobis deus pater vt filij dei
nominemur et ſimus.Sed iſte eſt vnicus fi
lius dei naturalis de eius ſubſtātia genitus
ergo iſte puer angelos et homines excellit.
Quartadecima eſt.quia alij pueri naſcū
tur et generātur in tempore.ſed iſte eſt ge-
nitus a deo patre in eternitate. Et hoc eſt
quod ait.ego hodie genui te.i.in eternitate
Vnde ita eſt eternus ſicut deus pater.⁊ qa
eternitas eſt tota ſimul. ſequitur ꝙ ſi pater
genuit eum in eternitate .ꝙ ſemper genuit
eum.et ideo filius ſēper ē genitus a patre ⁊
ſēper generatur.beata aūt virgo ſm huma
nitatē aſſumptā genuit eū hodie ſm eccleſie
repreſentationē.prouer.viij.Añ colles ego
parturiebar Quintadecima eſt.quia ⁊ ſi.
hominibus vel angelis poſſet aliqua reue-
rentia exhiberi.tñ adorari vt deus nō debꝫ
aliqua creatura.yſa.xliiij.Gloriā meā alte
ri non dabo. Sed deus mandat angelis. et

multomagis hoibus ꝙ iſtū puerū debeant
vt verum deū adorare.Et hoc ē.adorēt eū
oēs angeli dei.Magi ſimiliter eū adoraue-
runt.matth.ij.Procidētes adorauerūt eū.
Iſte ergo puer ē verus deus cuiꝰ miniſtri
et nūcij ſunt celeſtes ſpūs. Ipſe ergo facit
ſpūs celeſtes angelos ſuos.i.nuncios ſuos.
ſcꝫ ad ānunciandum miſteria ſua homibꝰ.
et ad ipſos regendum et gubernādum et mi
niſtros ſuos.ſcꝫ eoſdem ſpūs facit flāmam
ignis ad malos puniendum et coercendum
et ideo amari et timeri et reuereri debet vt
verus deus et dominus.Et hoc eſt Qui fa
cit angelos ſuos ſpiritus.et miniſtros ſuos
flāmam ignis. Sedecima eſt.quia regnū
et potentia omni homini deficit. quia vel
homo dimittit regnum per mortem.vel re-
gnum dimittit hominem per aduerſam for
tunam.Sed thronus et regnum huius pue
ri eſt perpetuum quod nunq̄ꝫ deficiet.Dañ
vij.Poteſtas eius po.eter.que nō auferet
et regnū eius qȯ nō corrūpet Et hoc ē qȯ
ait.Thronus tuus in ſe.ſe.Regnabit ergo
in perpetuum ſuper bonos per amorem et
gloriam.ſuper malos per timorem et penā.
Et ideo multum debemus ſolicite ei ſerui-
re.et multum timere eum offendere .exquo
gloria et pena perpetua eſt. Decimaſep-
tima eſt quia regnum omnium aliorū errat
multociens in regimine.quia frequenter in
regno mundi et curia male allegatur et ma
le proceditur et male ſententiatur.Sed iſte
nunq̄ꝫ in regimine ſuo errat.nec eius regnū
id eſt iudicium regni vnq̄ ad dexteram vel
ad ſiniſtram declinat.ſed eſt virga eq̄tatis.
Et hoc ē quod dicit.virga equitatis virga
regni tui. Et tamen videtur ꝙ mirabiliter
erretur in hoc regno dum impij ſublimant
et iuſti deprimuntur.Ecci.viij. Sunt iuſti
quibus mala proueniunt quaſi opera ege-
rint impiorum. et ſunt impij qui ita ſecuri
ſunt quaſi iuſtorum facta habeāt.Et ſic nō
videtur equitas in regno dei.imo omnia vi
dentur a caſu contingere. Eccleſiaſtici. ix.
Vidi ſub ſole nec fortium eſſe bellum.nec
velocium curſum.nec ſapientium panē.nec
doctorū diuitias. nec artificū grām ſed tps

caſumqꝫ in omnibus.ſed veraciter nō ſic ē.
imo omnia recte ponderātūr ⁊ diſponūtur
Quis hoc nos videre nō valeamus. Boe.
Et tu quis cauſam tante diſpoſitiōis i gno
ras.tñ quoniā bonus rector mundū tempe
rat recte fieri ne dubites Decimaoctaua
eſt.q2 iſte puer inquantū hō fuit rectiſſimꝰ
et bene diſpoſitus.nā ſemper dilexit iuſticiā
et oīe bonū.nā iuſticia virtus ē generalis
ad omne bonum.Matthei.v.Attendite ne
iuſticiā veſtrā faciatiſ corā ho.vt videami
ab eis.i.opera bona.Et ſicut ſemper dilexit
iuſticiā ita ſemper odiuit iniquitatē ⁊ oīe
malum.et ideo fuit rectiſſimus in affectu.
Et ideo deus vnxit eū oleo leticie.i.virtu-
te ſpūſſancti et gratia que letam faciūt ani
mam.pre participibus ſuis.id eſt ſuper om
nes ſanctos qui fuerunt ſecum participes i
predicta virtute et gratia ſpūſſancti.Et to
tum hoc debet intelligi inquantū homo.qa
inquantū homo fuit vnctus.yſa.lxj.Spūs
domini ſuper me.ſic eñ fuit plenus virtute
et gratia ſpūſſancti ꝙ de plenitudine eius
nos omnes accepimus.⁊ quicūqꝫ hūc ſpiri
tumſanctum vel aliquā gratiā habēt ab eo
habent.Johān.j.De plenitudine eius nos
omnes accepimus gratiā pro gratia. Oēs
autē alij ſancti habuerūt gratiā per partes
Huic ipe fluuius gratiarū et donorū ſpūſ-
ſancti totum ſe infudit vt ei non ſit datus
ſpūs ad menſuram. Decimanona eſt.qa
omnia alia pereunt preter ſeruicium quod
iſti puero impenditur.vt diuitie. delitie et
honores.ac etiam celi aerei peribūt.ſicut ⁊
terra et terrena.peribit eñ hec figura terre
cum omnibus terrenis et figura aeris ſicut
in diluuio perierunt.ceterū celi et terra ſm
ſubſtantiā ineternū ſtabunt.ſed ſeruiciū qd
iſti puero fit nunqꝫ perit.ſed cum defuncto
recedit.Apoca.xiiij.Opera eñ il.ſe.illos.
Ambro. Non ſunt bona hominis q̄ ſecum
auferre nō poteſt.ſola miſericordia comes
eſt defunctorū.Et hoc eſt.Ipi peribūt ſcꝫ
celi aerei et que in eis continentur.tu autē
p manes.ſ.ad remūnerādū opa tibi facta.
Geñ.xv.Ego merces t.magna.nimis.
Vicesima eſt.quia omnia alia mutantur et
tranſeunt per prius et poſterius. et p̄teritū
receſſit et futurum non aduenit.ſed iſte pu
er eſt eternus et non mutantur āni ſui .nec
accedunt nec recedunt.ſed ineternū omnia
ſibi aſſunt ſimul.nec eſt ei aliquid p̄teritum
vel futurum ſed omnia ſunt pñtia.Et ideo
certiſſimam ſcientiam de rebus habet. nec
falli poteſt nec in vllo mutari.Eſt ergo ſē-
per idem et omnia ſunt ei pñtia.quia ipe ē
eternus ſm ſubſtātiam diuinam que huma
nam naturam aſſumpſit.In eternitate aūt
ſunt omnia ſimul et non eſt prius aut poſte
rius.et ideo nullo mō mutatur. Malach.
iij.Ego dominus et non mutor.Boetius.
O qui perpetua mūdum ratiōe gubernas.
Immobilis ſtabiliſqꝫ manens das cuncta
moueri.Et hoc eſt quod dicit.velut amic-
tum mutabis eos et mutabūtur tu aūt idē
ipe es et anni tui non deficient.In magna
ergo reuerentia iſtū puerum habere debe-
mus.cum tot excellētias de eo narrat aplꝰ

¶ Dominica infra octauam natiuitatis de
euangelio Sermo vndecimus.

Erat ioſeph et maria mater ie
ſu mirantes ſuper his que dice
bantur de illo.Luce.ij.Mul-
ta mirabilia ſunt dicta ⁊ facta
circa chriſti natiuitatem in ce
lo et in terra vt ſupra dictum eſt.propter q̄
regio tota concutitur.et omnes in admira-
tionem ducuntur. Et quid mirum ſi alij in
admirationem ducuntur cum ioſeph ⁊ ma
ria mater eius qui de ipſo perfectam fidem
habebant et ſciebant ipſum eſſe filium dei
de ſpūſancto conceptum et natum ex ea. de
his que dicebātur de illo de quibus loqtur
preſens euangelium mirabantur in quo p̄n
cipaliter quinqꝫ continentur. Primum eſt
ioſeph et marie ſuper his q̄ dicebantur de
chriſto cōgrua admiratio in principio euā
gelij.Secūdū eſt ſimeōis de ieſu ⁊ maria ar
dua ꝓphetatio.ibi.Et benedixit illis ſimeō
⁊ dixit ad mariā matrē eius Ecce poſitus ē
h in ruinā.⁊c.Terciū ē āne de xpo cōfeſſio
et vériſſima affirmatio.ibi Et erat āna ꝓphe
tiſſa filia phanuel d tribu aſer.Quartū eſt



marie ⁊ ioſeph ad propria remeatio cū ieſu
ibi.Et vt perfecerunt omnia ſm legem dñi
reuerſi ſunt in galileam in ciuitatem ſuā na
zareth.Quintū eſt xp̄i profectus et virtuo
ſa confortatio.ibi.Puer autē creſcebat et
cōfor.plenus ſap.et grā dei erat i illo.Pri
mo ergo ponitur ioſeph ⁊ marie ſuper his
q̄ dicebātur de xp̄o cōgrua admiratio.ɔgrue
eñ mirabātur qñ tot et talia cōtigerūt.con
tigit eñ miratio ex his q̄ ſupra vſitatū cur-
ſum nature fiunt et ſupra naturam exiſtunt
quorū cauſas ignoramus.q̄ vocātur mira-
bilia. M Multa autē talia mirabilia i
xp̄i conceptione ⁊ natiuitate cōtigerūt.pro-
pter que ioſeph et beata virgo nō immeri-
to mirabātur ſicut dicit origenes.congrege
mus in vnum que dicta et facta ſunt in xp̄i
conceptione et natiuitate et videbimus in-
numera mirabilia.ꝓpter qd totus mundus
obſtupeſcere debet ac etiam admirari.Pri
mum mirabile ē quia deus omnipotens mi
ſit extremū baronē ſuū ſcꝫ gabrielē ad quā-
dam pauperculam virginē ſignificans ſcꝫ ꝙ
volebat vnicū filiū ſuū per oīa ſibi equalē
ei cōmunicare.vt ſicut eſſet vnicus filiꝰ dei
in celis.ita eſſet vnicus filius virginis i ter
ris.et volebat ꝙ de ea carnem aſſumeret.
fieretqꝫ veraciter filius eius carnalis.Luc
primo.Miſſus ē angelus gabriel a deo ⁊c.
Quis vnqꝫ ſimilem amorem audiuit. Se
cundum mirabile fuit qa deus miſit virgini
d.ꝙ ſpūſſanctus deſcēderet in eā et corpus
illud formaret.et animā in eo crearet.ita ꝙ
ipa eſſet expers a conſortio virili. nec vir i
dicto puero aliquid facere haberet. et ideo
eſſet filius dei et filius vírginis et nō alicuiꝰ
viri.et ꝙ portaret eū ſine pena et pareret ſi
ne corruptiōe.et ideo virgo permaneret pꝰ
partum ſicut fuit ante partū.Luce primo.
Spūſſanctus ſuperueniet in te et virtus al
tiſſimi obūbrabit tibi. Quis audiuit vnqꝫ
tam admirabile et obſtupendum. Terciū
fuit q2 deus miſit virgini dicendo ꝙ per p̄-
dictum puerū volebat genus humanū exal
tare et liberare.ita ꝙ homines per chriſtū
a diaboli poteſtate liberarētur.et in dei fili
os adoptarentur.vt cum ipſo in regno eius
perpetuo regnarent. Et ideo vocaret eum
ieſum.id eſt ſaluatorem quia homines ſal-
uaturus et redempturus erat. Matthei.j.
Vocabis nomen eius ieſum.Ipe enim ſal
uum faciet populum ſuum a peccatis eo-
rum.Iſtud eſt omnino mirabile ⁊ ſupra to
cius facultatem nature Iſta tria mirabilia
audiuit beata virgo ab angelo gabriel.que
ſi explicarentur plusqꝫ centum mirabilia cō
tinerent. Quartum mirabile audiuit ab
eliſabeth quia eodem die conceptionis chri
ſti beata virgo iuit in domum zacharie.et
ſalutauit eliſabeth.ad cuius vocē eliſabeth
clamauit et vocauit eam matrē domini ſui
et dixit filium ſuum ex hoc exultaſſe in vte
ro ſuo.Luce primo.Vnde hoc mihi ꝙ ve-
niat mater dñi mei ad me.Ecce vt facta eſt
vox ſalutationis tue in auribus meis exul-
tauit in gaudio infans in vtero meo Iſtud
fuit omnino mirabile. Quintum mirabi
le audiuit beata virgo et ioſeph a paſtori-
bus.qui dixerunt eis ꝙ angelus domini cū
magna luce apparuit eis.quod nunqꝫ audi-
tum eſt in toto veteri teſtamento ꝙ angeli
qui tam ſepe apparuerunt patribus cum lu
ce apparerent.et dixit eis ꝙ natus erat ſal
uator mundi.et ꝙ venirent in bethleem.et
inuenirent infantem pānis inuolutum.in p̄
ſepio poſitum.et ſubito cum angelo hoc di-
cente facta eſt multitudo angelorū clamā
tium Gloria in excelſis deo.Et i terra pax
hominibus bone voluntatis. Sextū mi-
rabile fuit auditū a magis qui de extremis
terre venerunt in tredecim diebus in hieru
ſalem dicentes.Vbi eſt qui natus eſt rex iu
deorum Vidimus eñ ſtellam eius in oriēte
et venimus adorare eū.Et vene.bethleē.et
ſtel.ſta.ſupra vbi erat puer.et aper.the.ſu.
obtu.ei munera et procidentes adorauerūt
eum.vt patet matthei.ij.De quibus verbi
et factis maria ⁊ ioſeph non immerito potuſ
erunt āmirari. Septimum mirabile audi
erūt a ſimeone qui non vnum mirabile ſed
multa mirabilia dixit.vt patet in hoc euā-
gelio.ſ.ꝙ ieſus poſitus erat in ruinam et re
ſurrectionē multorū et in ſignū cui contra-
diceretur.et ꝙ cor et animā virginis gla.do
trāſi.erat Octauū mirabile audiuit

ab iſta anna filia phanuel. Sed quod mira
bile dixerat. lucas cauſa breuitatis non re
fert. niſi ꝙ publice loquebatur de xpo ipſuꝫ
confitendo et proteſtando omnibus qui ex
pectabant redemptionē iſrael. Nonū mi
rabile audierunt ab angelo qui dixit eis vt
fugerent cum puero in egiptuꝫ pro eo ꝙ he
rodes queſiturus erat puerum ad perdendū
eū. vt patet math. ij Iſtud fuit valde mirabi
le ꝙ filius dei ſtatim natus cogebatur fu
gere et querebatur ad occidenduꝫ qui vene
rat vitam dare. Bene ergo ioſeph ⁊ maria
mirabantur de his que dicebantur de illo.
Quis multa alia dicebantur que non ſunt
ſcripta Secundo ponitur de ieſu ⁊ maria
ſimeonis ardua prophetatio. quia ait ad ma
riam matrem eius. Ecce poſitus eſt hic in
ruinam et reſurrectionem multorū in iſrael
vbi primo prophetiſat de chriſto. ſecundo
de matre eius. Tria prophetiſat de xpo ⁊
vnum de matre. De chriſto enim tria predi
cit. ſcꝫ ꝙ debeat eſſe in ruinam multorum i
iſrael. et in reſurrectionem ſup. multorum ⁊
in ſignū contradictionis. Sic ergo chriſtus
fuit in ruinam et reſurrectionem multorum
Circa quod ſciendum ꝙ chriſtus quantum
in ſe fuit venit dare vitam et reſurrectionē
omnibus. Ioh. x. Ego veni vt vitam habe
ant. et. j. thi. ij. Qui vult omēs ho. ſal. fieri.
ſed multi noluerunt hanc vitā luminis gra
tie recipere. Ioh. iij. Hoc eſt autē iudiciū
quia lux venit in mundum. et dilexerūt ma
gis homines tenebras ꝙ lucē. Iob. xxiiij.
Ipſi fuerūt rebelles lumini. Qui dixerūt do
rece. a no. ſci. vi. t. no. In eodem. xxj Sci
endum eſt etiaꝫ ꝙ ſicut duplex eſt mors. ſcꝫ
anime et corporis. ita duplex eſt vita et re
ſurrectio. ſcꝫ corporis et anime. Reſurrec
tiōem autem et vitam corporis chriſtus ve
nit omnibus dare et oībus dabit. qꝛ mor
tem noſtram moriendo deſtruxit. et vitaꝫ re
ſurgendo reparauit. Sicut enim primus hō
deſtruxit naturam. ita chriſtus reparauit.
Reſurrectionē autem et vitam anime que
conſiſtit in gratia et gloria dei. venit dare ſo
lum eis qui ſermonem eius ſeruauerūt. Io
hā. vij. Siquis ſer. me. ſer. nō gu. mor. ieter.

Exemplum ſicut poteſtas venit protegere ⁊
ſaluare omnes de ciuitate non conſiderando
merita aliquorum. ſed dum examinat meri
ta protegit et ſaluat ſolum illos qui bene ſe
habent. ⁊ ſtatuta ciuitatis ſeruant. alios au
tem condemnat et occidit. ita venit chriſtus
in mundum omnes ſaluare. ſed dum merita
examinat quoſdam facit reſurgere a pecca
tis. et quoſdaꝫ relinquit in fecibus ſuis. Et
hoc eſt quod hic dicitur ꝙ ieſus poſitus fu
it in reſurrectionem multorum ſed nō om
nium. ita tamen cauſaliter poſitus fuit in re
ſurrectionem multorum. quia ipſe fuit cau
ſa reſurrectionis et vite omniū qui a pecca
tis reſurrexerunt et vita gratie vixerūt. Io
hā. ij. Ego ſum reſurrectio et vita. qui cre.
in me etiā ſi mor. fu. vi. Occaſionaliter au
tem et non per cām fuit etiam in ruinā mul
torum qui de factis et dictis chriſti ſcanda
liſati fuerunt vnde debuerūt edificari. et ad
eum conuerti. Exemplum de ſole. Sol enim
ſimpliciter eſt cauſa illuminationis. ſed eſt
occaſio obcecationis habētibus debilem vi
ſum vt noctuis vel corruptis oculis vel lip
pis. quia ſi ſol nō luceret viderēt. Per hūc
ergo modum chriſtus venit in ruinam mul
torum. Eſt ergo chriſtus in ruinam malorū
per occaſionem. et in reſurrectionem bono
rum per cām. O Vbi nota ꝙ nouē mo
dis chriſtus venit in ruinā et reſurrectionē
multorum. Primo venit in ruinā demonū
et reſurrectionem hominum cauſaliter. vt
ſcꝫ demones expellerentur de mundo et ho
mines aſſumerentur in celum. de primo io
hānis. xij. Nunc princeps huius mūdi eijci
etur foras. De ſecundo ibidem. Et ego ſi ex
al. fu. a terra om. tra. ad meipm. i. hominem
qui habet conuenientiam cum omnibus. p
quod fuit in reſurrectionem et in reparatio
nem ruine angelorum que de ipſis hominib9
reparata eſt. Secūdo venit cauſaliter in rui
nam viciorum et reſurrectionem virtutum.
quia in aduentu chriſti vicia regnabant. et
virtutes ſupplantate erant. Hoc fuit figu
ratum in eo ꝙ quando chriſtus intrauit in
egiptum omnia ſimulacra egipti corruerūt
yſa. xix. Ecce dominus ingredictur egiptū



id eſt mundum. interpretatur enim egiptus
confuſio et tenebre que competunt mundo.
ſuper nubem leuem. id eſt in carne mortali.
et mouebuntur ſimulacra egipti. id ē mundi
peccata que ſunt ſimulacra mundi et a mū
do adorantur. Tercio venit in ruinam mor
tis nature et culpe. et in reſurrectionem na
ture et gratie cauſaliter. de primo oſee. xiij.
Ero mors tua o mors. de ſecundo Ioh. xj.
Ego ſum reſurrectio ⁊ vita ⁊c. Quarto ve
nit in ruinam veteris teſtamenti quantū ad
cerimonialia. et in reſurrectionem noui. ma
thei. xj. Vſqꝫ ad iohānem lex et prophete.
ij. corinth. v. Vetera tranſierunt et ecce no
ua facta ſunt omnia In cuius ſignū in mor
te chriſti velum templi ſciſſum ē. Quinto
venit cauſaliter in ruinam veteris hominis
id eſt carnalis concupiſcentie et in reſurrec
tionem noui ſcꝫ ſpūalis vite. Ro. vj. Vetus
homo noſter ſimul crucifixus eſt vt deſtru
atur corpus peccati. ij. corinth. iiij. Licet is
qui foris eſt noſter homo corrūpatur. tamē
is qui intus eſt renouatur de die in diē. Sex
to venit occaſionaliter in ruinā iudeorum.
ſed caſualiter in reſurrectionem gentilium.
Ioh. ix. In iudicium in hunc mūdum ego
veni vt qui non vident videāt. et qui vidēt
ceci fiant. Septimo venit occaſionaliter in
ruinam philoſophorum et ſapientium mun
di habentium intellectum ſuperbum. qui di
cunt virginem non poſſe parere et virgineꝫ
permanere. et deum non poſſe naſci. et in re
ſurrectionem ſimplicium qui captiuāt intel
lectum ſuum in obſequium fidei chriſti. ij.
corinth. x. In captiuitatem redigentes om
nem intellectum humanum in obſequium
chriſti. id eſt cogentes eum credere pro me
rito fidei que ſunt nature impoſſibilia. Lu
ce. x. Confitebor tibi pater celi et terre. qa
abſcon. hec a ſa. et pru. et reue. ea par. Oc
tauo venit occaſionaliter in ruinam hereti
corum habentium intellectum obcecatum.
dicētium chriſtum corpus de celo attuliſſe.
et virginem angelum fuiſſe qui ſunt lapidā
di et comburendi. Quod figuratum eſt in
verbo domini quando dixit moyſi. Et ſi be
ſtia tetigerit montem lapidabitur. Exo. xix

Recte ipſi ſunt beſtie nihil ſcientes. vtpute
cerdones et fabri et audent montē diuitatis
et humanitatis chriſti tangere. Et venit in
reſurrectionem fidelium qui chriſtū verum
deum et hominem confitentur. quia ipſos ꝯ
fitebitur coram patre filios ſuos et ſi filios
et heredes. Ro. vj. Mathei. x. Omnis qui
me confitebitur coram hominibus cōfi. et
ego eū corā pa. meo. Nono venit occaſiona
liter in ruinam malorum chriſtianorum qui
de tanto beneficio ingrati exiſtunt. quia xpus
omnibus alijs reprobatis nos elegit in po
pulum et filios ſuos. eph. j. Qui elegit nos
ante mundi conſti. Et nos tantum benefici
um non recognoſcimus nec grates exhibe
mus. Et venit in reſurrectionem humiliuꝫ
chriſtianorum qui tantum beneficium cog
noſcunt dicētes. Quid re. d. pro om. q̄ re. m
ca. ſa. ac. ⁊c. pſ. cxv. id eſt mortem parati ſi
mus pro ipſo recipere. tales deus ſuſcitat et
exaltat. Luce pmo. Depoſuit potētes de ſe
de ⁊ exal. hu. Tales ſi cadant aliquādo per
peccatū facit eos reſurgere. Prouer. xxiij.
Septies in die cadit iuſtus et reſur. Sic ce
ciderunt apoſtoli ⁊ fecit eos reſurgere Sic
igitur pmo ſecundo tercio. quarto. quinto
modo venit chriſtus cauſaliter et per ſe in
ruinam et reſurrectionem. Sexto autē mō
ſeptimo octauo et nono venit in ruinā oc
caſionaliter. Item nota ꝙ ieſus poſitus
eſt in ſignum multiplex cui fuit cōtradictū
et contradicitur omni die. P Nouem
enim modis ponitur et accipitur ſignum. et
iſtis modis omnibus ieſus poſitus fuit in ſi
gnum. Primo enim poſitus ē in ſignum cō
tradictionis et percuſſionis. vt ſignum po
nitur ad ſagittam. Venit enim filius dei p
dicare paupertatē. contēptum mūdanoruꝫ
et delicias carnis ſpernere. Et in ſignū hor
omnia hec chriſtus obſeruabat et impleuit
Luce. ij. Hoc vobis ſignum inuenietis in
fantem pānis inuolutum et poſitū in pſepio
Ecce magna paupertas et cōtemptus mū
danorum et deliciarum. Huic ſigno totus
mundus contradicit. quia omnes volūt di
uites eſſe et honores habere et delicijs car
nis vti. Sap. ij. Fruamur bonis a iuuētute

quoniã hec eſt pars noſtra. Item chriſtus
tota die percutit in factis ſuis tanq̃ ſignũ
a ſagittis. Nihil em̃ facit de quo homines
non murmurẽt et eum verbis non ꝑcutient
Siue em̃ patienter ſufferat malos vt corri
gãtur. Siue acrius puniat eos pro merito
factorũ ſuorum. ſiue iuſtos ꝑmittat affligi vt
puriores fiãt. ſiue remuneret malos in vita
iſta tanq̃ nihil bonum in futuro ſeculo ha
bituros. ſemper hoies murmurãt et percu-
tiunt eum verbis. ſicut filij iſrael in deſerto
Hiere. xviij. Venite ꝑcutiamus eum lingua
Cõtra quos dicit apl's. j. cor. x. Neq; mur
muraueritis ſicut quidã eorum murmura-
uerunt et perierũt ab extermiatore. Secũ
do fuit poſitus in ſignum directionis. ſicut
ponitur corda et regula cementarij. quia
ipſe fuit exẽplum et regula omnium operũ
noſtrorũ. Ioh. xiij. Exẽplũ enim dedi vo. vt
queãd. ego fe. et vos faci. Exo. xxv. Omia
fac ſcd'm exẽplar qd' t. i mõ. mõ. ẽ. i. in xp̃o.
qui eſt iuſticie mons. Yſa. vij. Propterea
dñs ipſe hoc da. vo. ſig. ſcz directõis. Huic
ſigno cõtradicitur a mũdo qui nullo modo
in actiõibus ſuis regule xp̃i vult ſe confor-
mare. ſed dicit. Sic volo ſic iubeo ſit pro ra
tione volũtas. Lu. xix. Nolum⁹ hũc regna
re ſup nos. Tercio fuit poſitus in ſignum
ſanatiõis ſicut vrina clara ꝛ pulſus ſedat⁹
eſt ſignũ ſanitatis. et hoc qñ fuit ſuſpenſus
in ligno. quia tunc fuit ſignũ ꝙ humana na
tura erat purgata et ira dei ſedata. Hoc fi-
guratum fuit vbi dñs dixit ad moyſen. Fac
ſerpentem eneum et pone eum in ſignũ. qui
ꝑcuſſ⁹ inſpexerit eũ viuet. Nume. xxij Qui
cũq; ergo ꝑ fidem xp̃m clare reſpicit in cru
ce ſuſpenſum. ſignum eſt ſanitatis aie. Ioh.
iij. Sicut moyſes exal. ſer. in deſer. ita exal.
oportet filiũ hois vt om. qui cre. in ip. non
per. Sic aſpexit eũ latro de cruce ꝛ ſal. fuit
Huic ſigno mũdus cõtradicit. q2 in ſuis in
firmitatib⁹ ipſum reſpicere contẽnit et ei⁹
medicinas vt ſanet ſumere recuſat Quar
to fuit poſitus in ſignum imitationis. ſicut
ponitur vexillum in exercitu. ſicut em̃ dicit
iob. vij. Militia eſt vita ho. ſuper terram.
Et ideo in hac militia debet eſſe vexillifer

[illegible handwritten marginal note]

et vexillum. xp̃s autem eſt vexillifer et crux
quam ſibi baiulauit eſt vexillum. debemus
ergo ſi volumus in hac militia de hoſtibus
triumphare imitari xp̃m portantem ſignum
crucis. vt accipiamus crucem penitentie et
poſt ipſum eamus. matth. xvj. Siquis vult
poſt me ve. ꝛc. tollat cru. ſuã ſcz penitentie.
et ſequatur me. Huic ſigno mundus cõtra-
dicit. quia ſub cruce et poſt crucem penitẽ-
tie non vult ire. ſed vadit poſt crucem numi
et poſt concupiſcentias ſuas. et ideo de ho
ſtibus victoriam non reportat. ſed cõſumit
ab eis. Prouer. xxiij. Vacantes potibus et
dantes ſimbola conſumentur ab eis. Cõtra
quos eccl. xviij. Poſt cõcupiſcentias tuas
non eas. faciunt enim te in gaudiũ inimicis
tuis. Quinto fuit poſitus in ſignũ euaſio
nis. ſicut quando capitur aliqua terra poni
tur ſcutum vel vexillum. dñi in illa domo
quam dominus nõ vult expoliare. ſed vult
eam defendere Chriſtus enim per ſanguinẽ
ſuum eſt in ſignum euaſionis omnibus qui
predicto ſanguine tincti ſunt. Hoc figura-
tum fuit in ſanguine agni de quo dñs man
dauit filijs iſrael tingi ſuperliminaria do-
morum vt non tangerentur ab angelo per-
cutiente. exo. xij. Erit vobis ſanguis iſte in
ſignum. quia angelus percutiens nõ tetigit
vbicũq; vidit hoſtia hoc ſanguine tincta.
Quicũq; vult euadere de excidio mũdi qui
tota die a demonibus capitur et occiditur.
oportet ꝙ tingatur ſanguine chriſti. Unde
in ezech. ix. viro volenti percutere ciuitatẽ
dictum ẽ. ꝙ omnes illos ſuper quos vide-
rit ſignum thau id eſt ſignum crucis non de
beret tangere. qui cũq; autem eſt inſignitus
ſãguine chriſti habet ſignum thau ſuper ca
put in fronte ſua. Hoc fuit figuratũ in ca-
ptione hiericho de qua ſola raab meretrix
euaſerat cum omni domo ſua. quia cingulũ
coccineum appendit ad feneſtrã dom⁹ ſue.
vt patet ioſue. ij. Cingulus rubeus ſangui-
nem chriſti ſignificat. Huic ſigno mundus
contradicit. quia nec ſignum thau vult reci
pere. nec ſanguine chriſti tingi. imo vult niſi
vanitatis ſigna portare et alia figurata.
Sexto poſitus fuit in ſignum oſtenſiõis vt



ponitur circulus in taberna ad oſtendendũ
ꝙ ibi ſit vinum. Sic ergo chriſtus poſitus
eſt in ſignum ad oſtendendum ꝙ vbicũq; ip
ſe eſt per gratiam ſuam ibi eſt vinũ leticie.
quod letificat deum et homines. et om̃e bo
num. et vbicũq; ip̃e non eſt nihil boni habi
tat. p̃s. iiij. Signatũ eſt ſuper nos lu. vul. t.
dñe. Et nota hic de ficulnea cui maledixit
chriſtus. quia habebat ſolum folia q̃ ſtatim
aruit. ſic ſunt multi qui habent chriſtum ſo
lum extrinſecus per ſigna chriſtianitatis ex
teriora. ſed non intus in corde per veritatẽ
rei. tales habent ſolum folia. et ideo male-
dicentur a deo et areſcent. debent em̃ intus
chriſtum habere. Cañ. viij. Pone me vt ſi
gnaculum ſuper cor tuum. Huic ſigno mũ
dus contradicit. et dicit ꝙ omnia mala eue
niunt ſeruis dei. et amatores mundi q deum
non habent omnia bona habẽt. j. macha. j.
Eamus et diſponamus teſtamentum cum
gentibus que circa nos ſunt quia exquo re
ceſſimus ab eis inuenerunt nos multa ma
la. Iob. xij. Abundant tabernacula ꝑdonũ
et audacter prouocant deum. Septimo
fuit poſitus in ſignum clementie et pietatis
peccatoribus. ſicut arcus celeſtis fuit poſi-
tus in nubibus celi in ſignum clementie dei
quia pepercerat terre ſicut patet geneſis. ix
ſic ieſus in modum arcus extenſus brachijs
crucifixus eſt ad recipiendum et oſculãdũ
peccatores. yſa. v. Leuabit dominus ſignum
in nationes. Huic ſigno mundus contradi
cit. quia ſe non proijcit in brachijs chriſti.
nec miſericordiã petit. ſed in malicis perſe-
uerat. Octauo fuit poſitus in ſignum di
ſcretionis ſicut ponuntur termini in cãpis.
ad diſcernendum campos. Sic et chriſtus
in die iudicij quando ſtatuet oues a dextr
et edos a ſiniſtris et ip̃e ſtabit in medio diſ-
cernens inter eos. Huic ſigno mundus nõ
poterit contradicere. quia tunc deſtructus
erit mundus et mundani in ſuis ſignis inue
nient ſe deceptos. p̃s. lxxiij. Signa noſtra
non vidimus iam non eſt pro. et n. nõ cog.
am. Sap. v. Ergo errauimus a via verita
tis Nono poſitus fuit in ſignum victorie
et immortalitatis. ſicut olim fiebat rome ar

cus triumphalis magnis principibus rede-
untibus cum victoria inſignum victorie et
immortalitatis. quia dicebant eos inter de-
os immortalitatis tranſlatos. ſic xp̃us poſt
reſurrectionem deuicta morte et mundo et
demonibus et omnibus inimicis poſitus ẽ
in celis glorioſus et habens omniũ poteſta
tem i ſignum victorie et immortalitatis hu
mane. Apoca. xij. Signum magnum appa-
ruit in celo mulier amicta ſole. id eſt huma
nitas chriſti amicta ſole diuinitatis ꝛ imor
talitatis dei. et luna id eſt mundus ſub pe-
dibus eius. yſa. lv. Erit dominus. in ſignum
eternum quod non auferetur. Huic ſigno
non contradicit mundus. quia mundus nõ
eſt in celo vbi hoc ſignum erit. Yſaias ait.
Tollatur impius ne videat gloriam dei.
Secundo prophetat de virgine dicens.
Et tuam ipſius ani. pertranſ. gla. i. gladius
ipſius. ſcz dolor habitus de paſſione ipſius
pertranſibit tuam animam vt dicit beda.
Vel ſm̃ criſo. gladius id eſt dolor dominice
paſſionis pertranſibit ip̃ius animam quam
reputas tuam. Vel reſoluendo poſſeſſiuum
in primitiuum ſic. gladius dominice paſſio-
nis pertranſibit tuam ip̃ius animam. id eſt
tui ip̃ius. quia vt dicit augu. Anima magis
eſt vbi amat q̃ vbi animat. Et ideo anima
virginis magis erat i filio ſuo chriſto quẽ
ſuper omnia diligebat q̃ in corpore ſuo. et
ideo vulnera chriſti ip̃a ſenſit ſicut et xp̃us
quantum ad animi triſticiam. Bernardus
Chriſtus in cruce carnem. maria autẽ ſpiri
tum immolabat. et niſi ꝙ ſpes marie ſemꝑ
affuit glorioſe reſurrectionis filij ip̃a fuiſſz
mortua in paſſione filij pre dolore. ſed ſpes
reſurrectionis retinuit ei vitam. Addit aũt
vt reuelentur ex multis cordibus cogitatio
nes. Iſtud vt non ponitur cauſatiue ſed ꝯ
ſecutiue. Ex hoc enim ſecutum eſt ꝙ reue-
late ſunt vbiq; cogitationes iudeorum que
vſq; tũc latebant. Sic reuelata fuit iniqua
cogitatio herodis cum mandauit interfici
pueros vt inter ip̃os occideretur chriſtus.
qui prius ſimulauerat ſe eum adorare. Sic
pontifices et phariſei ſimulabant ſe zelato-
res legis. et contra legem chriſtũ occiderũt

Per quod cogitatiões inuidie et auaricie
corũ oſtenſe ſunt. ℞ Nota hic ꝙ quã
tuordecim vicibus beata virgo fuit gladio
perforata in filij paſſione. Primo quando
vidit eum capi et ligari ſicut proditorem. ⁊
omnes diſcipuli fugierunt ipſo ſolo dereli-
cto. Secundo quando coram iudicibus fal
ſe iudicabatur. et reus eſſe mortis iudicaba
tur. Tercio quãdo per totam noctem fuit
illuſus et alapis ceſus et conſputus. Quar
to quando de mane eum vidit vinctum du-
ci ad pilatum. et ſtabant conſtanter accuſã
tes eum ꝙ deberet mori et ipſe nihil reſpon
debat. Quinto quãdo vidit ipſum duci ad
herodem qui iohannem interfecerat et xp̄i
ſanguinem ſitiebat. qui illuſit illi tanq̄ inſa
no et indutum veſte alba remiſit ad pilatũ
Sexto quando coram pilato a toto popu-
lo eſt accuſatus vt eum crucifigeret. et pi-
latus ſedens pro tribunali ipſum cruci cõ-
demnauit. Septimo quando in atrio pilati
fuit ligatuſ nudus ad columnam ⁊ fortiſſi
me flagellatus. Octauo quando poſita eſt
corona ſpinea ſuper caput eius. et arundo
pro ſceptro in manu et indutus fuit purpu
ra in deriſionem regie dignitatis. et velati
ſunt ei oculi et fuit alapis ceſus et conſpu
tus et viliter illuſus. Nono quando vidit
eum exire cum cruce in collo inter duos la
trones vadens ad mortem feſtinanter. De-
cimo quando vidit eum exui nudum et ſu-
per crucem clauis affigi. et a toto populo
maledici et conuicia inferri dicente. Vach
qui de. tem. dei et in tri. redi. illud Unde-
cimo quando vidit eum petere bibere ⁊ nõ
potuit habere. ſed datum fuit ei vinũ felle
mixtum. quod non potuit bibere. Duodeci
mo quando vidit eum pre maximo dolore
lachrymantem et dicentem. Deus meus.
deus meus vt quid dereliquiſti me. et p̄ ma
gna pena inclinauit caput et emi. ſpi. Deci
motercio quando corpus eius eſt depoſitũ
de cruce et ſepulture traditum. tunc tetigit
eum et oſculata eſt omnia vulnera eius et
rediit in hieruſalem ſemiuiua et tota con-
ſumpta. Pluries ergo q̄ ſint hore diei bt̃a
virgo trãſuerberata ẽ gladio in morte filij

et ideo verum prophetauit ſimeon dicens:
Et tuã ipſius a. per. gla. Et ſic patet ſecũdũ
Tercio ponitur ãne de chriſto confeſſio
et veriſſima affirmatio. quia erat anna p-
phetiſſa filia phanuel ℞ Ubi nota ꝙ
euangeliſta ſeptem laudabiles conditiones
de iſta anna refert. propter quod eius teſti-
monium merito debet acceptari. cuius vita
eſt ſpeculum omnibus mulieribus. quia et
bona virgo et bona nupta et bona vidua
fuit. et in iſtis conditionibus debent eã mu
lieres pro poſſe imitari. Prima conditio ẽ
quia vſq; ad matrimonium virginitatẽ cõ
ſeruauit. Iſte eſt ille theſaurus precioſus
abſconditus in agro carnis. et illa precioſa
margarita. pro qua emenda omnia largiri
debent. vt dicitur matth. xiij. Quia non eſt
digna ponderatio continentis anime. Ecci
xv. Ipſi redditur centeſimus fructus ⁊ au
reola et canticum ſpeciale. Et ideo quantũ
poteſt debet iſtum theſaurum mulier cuſto
dire vel ſaltem vſq; ad matrimoniũ. Se-
cunda eſt quia poſt mortem viri licet ſolã
ſeptem annis cum ipſo fuerat alteri poſtea
non nupſit. Cum ergo vir et vxor ſunt vna
caro debet ſe vxor mortuo viro mortuam
reputare et reliquum tempus in penitentia
conſumere. Unde in quibuſdam auibus h
dicitur obſeruari. vt mortuo compare nulli
alteri amplius ſocietur vt in turturibus.
Tercia ẽ. quia toto tempore viduitatis ſue
bene ſe habuit et laudabiliter vixit. quod
indicat virtutem in vidua magnã. virtus
enim circa difficile eſt. Difficile eſt eñ val
de a conſuetis abſtinere. Cum igitur in ma
trimonio multa vana et delectabilia obſer
uentur virtuoſum eſt viduis ab omnibus
illis abſtinere. et eis fructus ſexageſimus ꝑ
mittitur pro labore. Quarta eſt quia circa
templum frequens erat non ꝙ aliqñ ab eo
recederet. ſic vidue circa eccleſiã et in locis
ſanctis debent frequenter et libenter eſſe ⁊
non diſcurrere per domos ocioſe et verbo-
ſe. quia ſicut anna meruit chriſtum videre
quia in eccleſia conuerſabatur. ſic ipſe in ec
cleſia vident chriſtum et verba xp̄i audiunt
et dicunt verba chriſti et xp̄us eſt in medio



earum. Quinta eſt. quia corpus ſuum ieiu
nando macerabat. ſic debent vidue facere.
Periculoſus eſt enim ſtatus viduitatis ſi
vidua delicate viuit. j. thi. v. Uidua que in
delicijs viuens eſt mortua eſt. Hieronim⁹
Quamdiu eua abſtinuit in paradiſo virgo
fuit. quãcito preceptum abſtinẽtie violauit
corruptionem ſenſit. Idem ad quandam
virginem. O filia ſi apius caſtigauit corp⁹
ſuum et in ſeruitutem redegit. quõ adhuc
tu iuuencula in feruore iuuentutis poſita
dapibus et vino plena. de caſtitate eris ſe-
cura. Sexta eſt. quia obſecrationibus inſti
tit. quod ẽ acceptabile ſacrificium deo. ob-
ſecratio eſt petitio cum adiuratione. Mul
ta enim ſunt pro quibus vidue debet ora-
re et obſecrare. ſcʒ vt conſeruẽtur in bono
et proficiant in ſeruicio dei. et vt deus pa-
cificet mundum et conuertat peccatores ⁊
ſimilia. Septima ẽ. quia propter bona ope
ra ſua donum prophetie meruit habere. va
de et tu fac ſimiliter vt propter bõa opera
tua de⁹ reuelet tibi que tibi expediũt. Hec
ergo anna ſic laudabilis ipa hora ſuperue-
niens qua ſcʒ ſimeon accepit puerum ieſuʒ
confitebatur domino et loquebatur de illo
omnibus qui expectabant redemptionem
iſrael. id eſt omnibus qui herodis alienige
ne tirãnide grauati liberationem populi et
ciuitatis hieruſalem expectabant promit-
tens per aduẽtum chriſti et in ipſo chriſto
redemptionem a tirãnide ſupradicta. Quis
euangeliſta expreſſe hoc non dicat. quia te-
ſtimonium mulieris in eccleſia nõ admittiẽ
nec in eccleſia loqui permittiẽ. vt dicit apo
ſtolus. j. thi. iij. Docere autem mulierez nõ
permitto. Sed contra non fuerunt liberati
per chriſtum ab illa tirannide. Reſponſio.
non eſt intelligendum ad litteram. ſed refe
rendum eſt ad ſpiritualem liberationẽ quã
plenarie per chriſtum conſecuti ſunt Et ſic
patet tercium. Quarto ponitur marie ⁊
ioſeph ad propria remeatio. Quinto po
nitur chriſti profectus et virtuoſa confor-
tatio. quia puer creſcebat et confortabaẽ
ſm corpus. plenus ſapientia quia ab inſtã-
ti ſue cõceptionis plenus fuit. et gratia dei

erat in illo. Et ſicut creſcebat ſm corpus:
ita creſcebat in vſu gratie et virtutum que
rent in illo. Quidam creſcunt ſolum ĩ cor
pore. pſa. lxv. Puer centum ãnorũ morieẽ
Et ſic patet quintum.

De epiſtola ſermo duodecimus.

Quãto tẽpore heres paruulus
ẽ nihil differt a ſeruo. gal. iiij.
Quia bonum non diligit niſi
cognitum docet apl'us in epl'a
p̄ñti maximum bonum. imo max
ima bona que per natiuitatem pueri conſe
cuti ſumus vt in eius amore ardentius ac
cendamur. Nam ante eius aduentum era-
mus ſerui. peccati ſeruitute detenti et ſub
iugo legis. gentes ſub ſeruitute peccati. iu-
dei ſub iugo legis. per chriſti aũt aduentuʒ
ab vtroq; ſumus liberati. et per gratiam
ſpũs ab vtroq; in filios dei adoptati. Hec
omnia aplus in preſenti epiſtola oſtendit.
In qua quidem epiſtola tria facit. Prio
proponit humane conſuetudinis ſimilitudi
nem per quam ſeruitutem et libertatẽ ſpi-
ritus nititur demonſtrare in principio epl'e
Secundo predictam ſimilitudinem ad pro
poſitum adaptat per quam oſtendit in ſer-
uitute nos fuiſſe. ſed per chriſtum liberta-
tem habere. ibi. Ita et nos cũ eſſ. par. ſub
ele. mundi eramus ſer. Tercio oſtendit fru
ctum quem per predictam libertatẽ habe-
mus. ſiue oſtendit euidens teſtimonium per
quod patet nos predictam libertatẽ vt dei
filios poſſidere. ibi. Qm̃ autem eſtis fi. dei
miſit deus ſpũm fi ſ. in cor. veſtra. Primo
ergo proponit humane conſuetudinis ſimi
litudinem per quam ſeruitutem in qua fui
mus ante aduentum chriſti et libertatẽ ſpi
ritus quam adepti ſumus per ipm nititur
demonſtrare dicens. Quanto tẽpore heres
paruulus eſt. etate et ſcientia nihil differt
a ſeruo. quia cogitur vt ſeruus ⁊ verberaẽ
et nullam habet ſuarum rerum poteſtatem
cum ſit dominus omnium. id eſt q̄uis ſit do
minus omnium ſuarum rerum. Luce. xv.
Fili omnia mea tua ſunt. Sed eſt ſub tuto
ribus qui eũ ab hoſtibus tueantur et acto

ribus qui pro eo cauſas agant et bōa eius
procurent.et ipm in moribus informent.⁊
hoc non ſemper ſed vſqꝫ ad prefinitū tem-
pus a patre.id eſt a iure a patribus inſtitu
to.in quo tempore ordinatum eſt e iure vt
ei ſuarum rerum poteſtas detur. Sunt em̄
iura que ſunt a patribus inſtituta determi
nantia tempus quando tradenda eſt here-
ditas ſucceſſori.et quādo filiuſfamilias re
linquendus eſt ſibiipi vt ſe gerat ad ſenſum
ſuū.In quo inſtruimur ꝙ pueri ſub ferula
diſcipline ſunt tenēdi.et non ſunt dimitten
di ſenſui ſuo.prouer.iiij.Qui parcit virge
odit filiū ſuum.In eodem.xxij.Stulticia
colligata eſt in corde pueri.et virga diſci-
pline fugabit eam. In eodem. xxiij. Noli
ſubtrahere ab eo diſciplinam ſi em̄ percuſſe
ris eū virga non morietur.tu percutis vir
ga eum et animā eius de inferno liberabis
In eodem.xxix.Puer qui dimittitur vo-
luntati ſue confundit matrem ſuam.Ecci.
vij.Melior eſt ira riſu.quia per triſticiam
vultus corrigitur animus delinquentis. id
eſt melior eſt aſpera correctio patris quaꝫ
blanda remiſſio.vt patet in heli ſacerdote
q remiſſe corripuit filios ſuos dicēs.quare
facitis res huiuſmodi. j.Regum.ij.Et iō
occiſi ſunt in bello ambo vno die. et ipe ce
cidit de ſella et fractis ceruicibꝰ expirauit
Unde fertur de quodam qui ibat ad ſuſpē
dium.et pater plorans ſequebatur euꝫ.qui
ſub ſpecie oſculandi patrem amputauit dē
tibus ſibi naſum dicens. Ego vado ad ſu-
ſpendium quia nō corrcxiſti me. Boecius
in diſciplina ſco.hec.Et ideo deus ſicut bo
nus et ſapiens pater quottidie corrigit nos
flagellis et diſciplina pacis eius ſemp nos
erudit ad ſalutem.quia nō viriliter ſed pu
eriliter viuimus. quod patet quantum ad
quattuor.Primo quia temporalia q̄ quaſi
nulla ſunt magis q̄ꝫ eterna diligimus.ſicut
paruulus magis diligit pomum q̄ꝫ regnūm
et ſa nociuis ſicut paruuli non abſtinemus.
prouerbi .j .Uſqꝫquo paruuli diligitis in-
fantiam et ſtulti ea que ſunt ſibi noxia cu
pient.Secundo quia ſicut paruuli tota die
nugis et ludis et ſpectaculis intenti ſumuſ

magis q̄ꝫ ſaluti anime.Zacha.viij. Platee
hieruſalem implebuntur infantibus et pu-
ellis ludentibus.Baruch.iij. Qui in aui-
bus celi ludunt. Tercio quia nihil certum
de ſtatu noſtro iudicamus.ſed tota die va-
gi corde ſicut pueri qui vbiqꝫ ceſpitant cir
cūferimur omni vēto. Contra qꝺ prouer.
iij.Palpebre tue precedunt greſſus tuos.
Unde illa ſancta animalia erant plena ocu
lis ante et retro.vt patet ezech.j. Quarto
quia contrarijs affectibus tota die affici-
mur.ſicut paruulus qui modo ridet et mō
plorat.prouer.xiij.Uult et non vult piger
Et ſic patet primum. Secundo hanc ſi-
militudinem ad propoſitum adaptat ꝑ quā
oſtendit nos ante chriſti aduentum ſub ſer
uitute fuiſſe ſed per ipm liberos eſſe.Dicit
ergo. Ita et nos iudei cū eſſemus paruuli
cognitione dei et viribus reſiſtendi peccatꝭ
eramus ſeruientes per terrorem minarum
et per repromiſſionem bonorū ſub elemen
tis id eſt ſub lege que per elementa intelli-
gitur.quia ipa eſt prima inſtitutio ad fideꝫ
et iuſticiam ſicut ab elementis primū vſuꝫ
diſcendi aſſumunt paruuli. Elemētis dico
mundi.vnde lex dicitur elementum mundi
quia non celeſtia et eterna promittebat.ſꝫ
terrena et tranſitoria vt eſt mundus.yſa.j.
Si volueritis et au.me.bone ter.comede.
Uel ſub elementis mundi.id eſt ſub feſtis
iudeorum que accipiebantur ſm elemento
rum mundi curſum.qualia erāt neomenie
i.lunares dies et ſabbatū.Augu.Si itaqꝫ
iudei ſub elemētis erāt qꝺ dn̄t a paganis
Reſpōſio Pagani nō ſub elemētis ſeruiūt
ſed elementis ſeruiunt.Colunt enim aſtra
et ſolem et lunam aquam et terram et hu
iuſmodi.Iudei vero ſub elementis deo ſer
uiebant.In elementis ergo neomenias.id
eſt lūares dies ſignificat et ſabbatum quod
iudei obſeruabant.non ꝙ in elementis ſpe
rarent vt pagani.ſed in his deum venera-
bantur dum paruuli erant et ad tēpus ple
nitudinis nondum peruenerant. Sicut em̄
paruulus ſub pedagogo eſt et actore ⁊ tu-
tore anteqꝫ ſit adultus.ita iudeis adhuc ꝑ-
uulis lex fuit pedagogus.q2 timore ꝯpſſit.

et p̄ceptis dei obedire coegit fuit etiam lex
actor ⁊ tutor iudeis quos deꝰ heredes in-
ſtituit dū ꝑuuli erāt ꝯgnitōne dei ⁊ viribus
reſiſtēdi peccatꝭ .Quo tpe erāt ecce quaſi
ſerui legalibus ſcꝫ territi penis a malꝭ et
ꝓmiſſiōibꝰ tpaliū ad bona incitati.nec ſūt
dn̄abantur ſꝫ vicia.nec ſuorū.i.hereditatis
eterne.cū eēnt hoꝝ dn̄i a deo cōſtituti.Hic
ergo fuit lex tutoris loco dū contra malig
noꝝ ſpirituum īpugnatōes et gentiliū per
ſuaſiones q̄ ad ydolatriā trahebāt illos de-
fendit admonendo depcando.⁊ aliqn̄ puni-
ēdo.Et ſic eterna bona illis ꝯſeruauit.quo
niam ex illis chriſtus multos ex inferno.
liberauit.ꝑuit etiā eis actor. quoniā cāꝫ
eius apud deū bene egit dū ꝑ ſacraficia et
placatōnes expiatōneſ deū eis placauit. et
hoc vſqꝫ ad tps p̄finitū.i.vſqꝫ ad aduentū
chriſti.In quo cōſtituit deus vt ꝑfecti et
liberi fierent ⁊ hereditatem obtinerūt.ali-
oquin exhereditarentur. De quo ipe ſub-
dit.At vbi venit plenitudo ⁊c. Hec oīa
augu.Poſtq̄ꝫ ergo oſtendit ꝙ ante chriſtū
aduentum eramus ſub ſeruitute conſequē-
ter oſtendit ꝙ per chriſti aduentum ſumus
a ſeruitute liberati et in filios dei adoptati
Et hoc eſt quod dicit.At vbi venit.nō fa-
cili neceſſitate ſed ſola dei voluntate pleni
tudo temporis.id eſt poſtq̄ꝫ tēpus p̄cedens
completum eſt. Plenitudo enim tēporis
eſt completum tempus quod prefinitū fuit
a deo patre vt mitteret filium. S Uel
plenitudo temporis dicitur tempus gratie
Et hoc propter octo Primo propter ca
riſmatum dationem.quia in eo dantur ple
na dona ſpūſſancti.Iohelis.ij.Effundam
de ſpū meo ſuper omnē carnē.Actuum.ij.
Repleti ſunt omnes ſpūſancto. Secūdo
propter pacis plenitudinem quia in eo fuit
plena pax in toto mundo.p̄s.xj.Orietur ī
diebus eius iuſticia et abūdantia pacis do
minabitur.yſa.iij.Conflabūt gla.ſu.ī vo.⁊
lan.ſu.in falces. Tercio propter tempo-
ralium copiam.quia in eo fuit plena abun
dantia ſicut ſpūalium ita temporaliū rerū.
Iohelis.ij. Filie ſion exultate et letamini
in domino deo veſtro.quia dedit vobis do-

ctorem iuſticie et deſcendere faciet ad vos
imbrem temperantie et ſerotinum ſicut in
principio et implebuntur aree frumento ⁊
vino torcularia redundabunt et oleo.
Quarto propter figurarum adimpletionē
quia in eo omnes figure ve.te.implete ſūt
et omnia que de chriſto fuerunt ꝓphetata
impleta ſunt.Matthei.v.Non veni legem
ſoluere ſed adimplere. Quinto propter
temporis adimpletionem.quia in eo tēpus
impletum et completum eſt.j.cori.x. Nos
ſumus in quos fi.ſc.deue Sexto propter
miſericordie repletionem.tempore em̄ legꝭ
iuſticia vbiqꝫ regnabat.ſed nunc miſericor
dia domini plena eſt terra. Septimo pro
pter creaturarum completionem.Quid ei
aliud creatura petebat niſi ſuo creatori in
aliqua creatura vniri.Eph.j. Propoſuit
in eo in diſpenſatione plenitudinis tēporū
inſtaurare omnia in chriſto que in celis et
que in terra ſunt in ipo Octauo propter
premij redditionem.quia in eo paradiſus
et vita eſt data.Luce.xxiij.Hodie me.e.in
paradiſo.Math.ij.Uoca operarios ⁊ re.
illis mer.Iohānis.iiij.Alij laborauerunt
et vos in labo.eorū introiſtis.In hoc er-
go tempore ſic pleno miſit deus filiū ſuum
naturalem.i.in carne apparere fecit ſimileꝫ
nobis.yſa.xix.Cla.ad do.a fa.tri.et mit.e.
ſal.et propu.qui li.e. Factum ex muliere.
ex carnis aſſumptione.Ro.j. Qui factus
eſt ei ex ſemine dauid ſm carnem. Et meli
us dicit factum q̄ꝫ natum.fuerunt em̄ qui-
dam heretici qui dixerunt eum nihil aſſūp
ſiſſe de corpore.virgineo.ſed intrans in ipaꝫ
cum quodam aereo corpore quod ſibi for-
mauerat ſtatim exiuit plus honoris dātes
aeri q̄ꝫ virgini nihil poſt dātes vtero ipius
q̄ꝫ preſepio.Contra quos geñ.xxvij.Caro
enim et frater noſter eſt.p̄s. Homo natus
eſt in ea.Factum ſub lege.Ad litterā prop
ter obſeruantiam circūciſionis ſm legē da-
tam abrae.vt patet geñ.xvij.et propter ob
ſeruantiam purificationis ſm legem dataꝫ
moiſi.vt patet leui. xij.Adimpleuit autem
legem non neceſſitate.quia dominus legis
ſed perfecta humilitate.mat.iij.Sic decet

nos implere omni m iuſticiam.id eſt omnē
humanitatem. Sic ergo chriſtus factus ē
ex muliere et ſub lege propter duo. Prio
propter redemptionem a malo. Secundo
propter collationem boni. Duplicem enim
effectum ex chriſti incarnatione conſecuti
ſumus. Primus eſt redemptio a malo ⁊ a
ſeruitute legis.et hoc eſt.vt eos qui ſub le
ge erant.id ē ſub legis ſeruitute redimeret
ab illa ſeruitute. Et hoc refertur ad illud
quod dictum eſt.factum ſub lege.gala. iij.
Chriſtus nos redemit a maledicto ⁊c. Se-
cundus effectus eſt collatio gratie filialis:
et hoc eſt vt adoptionem filiorū recipere-
mus.participes honorū et gratie eius hic
in preſenti.et glorie in futuro. Ep̄q.i. Pre
deſtinauit nos in adoptionem filiorum per
ieſum chriſtum in ip̄m. Et reſpicit ad hoc
quod dicitur.factum ex muliere. Factus ē
ergo ſub lege vt e.qui ſub le.e.⁊c.nō ſolū
a maledicto legis.ſed a dyabolo et a mor-
te eterna. Factus eſt ex muliere vt adopti-
onem filiorum dei reciperemus. Cogitem⁹
chariſſimi magna beneficia dei. Nā fact⁹
eſt homo vt nos deos faceret.p̄ma Jo.iij.
Videte qualem charitatem dedit nobis de
us pater vt filij dei nominemur et ſimus.
Factus eſt ſeruus vt nos liberaret vt hic
pater. Factus eſt pauper vt nos ditaret .i.
cor.i. In omnibus diuites facti eſtis i illo
in omni verbo ⁊ in omni ſciētia ita ꝙ nihil
vobis deſit. Factus eſt humilis vt nos ſecū
exaltaret. Phil.ij. Humiliauit ſemetip̄m
propter quod deus illum exaltauit et nos
in ip̄o. Joh.xij. Volo pater vt ibi ego ſim
illic ſit et miniſter meus ſcʒ eadem exalta-
tiōe. Mortuus eſt vt nos viuificaret. Jo.
xij. Ego ſi exaltatus fuero a terra.i.ſuper
lignum leuatus et crucifixus oīa traham
ad meip̄m.i.hominem qui conuenientiam
habet cum omnibus et propter quē facta
ſunt omnia traham ad vitam. quia ego ſū
vita. Deſcendit ad inferos vt nos inde ex-
traheret. Zach.ix. Tu autem in teſtamēto
ſāguinis tui eduxiſti vinctos de lacu i quo
non erat aqua. Reſurrexit a mortuis. vt
nos reſuſcitaret.j.cor.xv. Qm̄quidem per
hominem mors et per hominē reſurrectio
mortuorum. Si autem chriſtus reſurrexit
et nos reſurgemus. Rom.iij. Mortuus eſt
propter peccata noſtra et reſurrexit ꝓpter
iuſtificationem noſtram. Aſcendit ad celoſ
vt nos illuc duceret. Eph.iij. Aſcendens i
altum captiuam duxit captiuitatem. Joh.
xiiij. Et ſi abiero et preparabo vobis locū.
iterum venio et accipiam vos ad meip̄m.
vt vbi ſum ego et vos ſitis. O anima miſe
ra cogita hec magna beneficia dei et tota
conſurge in amorem iſtius pueri.qꝛ oīa
hec fecit tibi.et in ip̄ius laudes erumpe. et
dic cum propheta. Quid retri.do.pro om.
q̄ re.m. Et ſic patet ſecundū. Tercio oñ
dit euidens teſtimonium et ſignum .per qd
patet nos predictam libertatem vt dei fili-
os poſſidere. Et hoc ſic eſt. Quoniā autē
eſtis filij.i. hoc eſt ſignum et teſtimonium
ꝙ non ſolum nos iudei ſed etiam vos gen-
tiles eſtis per chriſtum facti filij adoptiui
ſp̄ius dei. quia deus pater miſit ſpūm filij
ſui qui eſt etiam ſpūs patris. quia a patre
filioq̄ȝ procedit.in corda noſtra ſcʒ tam iu-
deorum q̄ȝ gentilium.quia ſpūs probat noſ
eſſe dei filios.vt ergo probaremur adopta
ti eſſe in filios a deo ſpūm ſuum dedit no-
bis qui facit nos clamare. Et hoc ſic eſt.
clamantem id eſt clamare facientem abba
pater.quod nunq̄ȝ preſumeremus niſi ſpūs
doceret nos et faceret dicere. Roma.viij.
Ip̄e ſpūs poſtulat pro nobis. i.poſtulare
nos facit gemitibus inenarrabilibus. Ab-
ba hebreicum eſt idip̄m ſignificans quod ⁊
pater. Pater vero grecum eſt deriuatiōe.
quia deriuatur a patir. quod grece dicit
pater.ſed latinum eſt inſtitutione. Sic er-
go iudeos grecos et latinos qui ſūt adop-
tati per chriſtum in filios dei ſpūſſanctus
clamare facit deum chriſtum patrem ſuū
eſſe et ip̄m confitentur. Et nota ꝙ dicit ſpi
rituſſanctus nos facit clamare abba pater
per quod dat intelligi ꝙ ſpūſſanctus duo-
bus modis facit nos clamare ſcʒ occulte.
qd ſignificat i noīe oculto qd ē abba.et a-
perte quod ſignificatur in nomine noto qd
eſt pater. Pater enim aperte clamat dei



cognitionem in intellectu. et dei virtutem
in effectu. Conſequenter concludit dicens.
Itaqʒ qui ſic habet ſpūm qui facit eū cla-
mare iam non eſt ſeruus expulſa culpa om
nino. Johā.xv. Iam non dicam vos ſer-
uos ſed amicos. Sed filius infuſa adopti
onis gratia.p̄ma Johā.iij. Videte qualē
charitatem dedit nobis deus vt filij dei no
minemur et ſimus. Quod ſi filius per gra-
tiam.et heres tandem participando gl̄am.
per deum id eſt per dei miſericordiam Rō.
viij.ꝙ ſi filij et heredes.heredes quidē dei
coheredes autem chriſti. Cum ergo ſum⁹
filij chriſti debemus per viam.chriſti am-
bulare.que fuit via diſcipline et virtutis.
qui autem per viam chriſti non ambulant
non ſunt filij. Hebre.xij. Quod ſi extra di
ſciplinam eſtis cuius participes facti ſunt
omnes ergo adulteri et nō filij eſtis. Ibi-
dem. Quem enim diligit deus caſtigat fla-
gellat autem omnem filium quem recipit.
Si vis plura dicere de via chriſti que fuit
via paupertatis et penalitatis.humilitatis
et charitatis.require in tabula.

¶ In circumciſione domini de
euangelio Sermo tredecimus

Poſtq̄ȝ conſumati ſunt dies oc
to vt puer circūcideretur vo-
catum eſt nomen eius ieſus.
Luce.ij. Ab ore veritatis reg
num celorum ſinapi comparat
quia paruum eſt quantitate. ſed magnum
eſt virtute. Nemo enim poteſt in regnum
celorum intrare niſi ſit paruus ſui reputa-
tione.et maximus virtute. Matth. xviij.
Niſi conuerſi fueritis et efficiamini ſicut p
uuli non intrabitis in regnum celorū. In
cuius exemplum filius dei factus ē puus
in corpore et obſequijs.qui ē infinitus vir
tute. Et ideo euangelium preſens ē paruū
quantitate et maximum in virtute.quia il-
lum continet et deſcribit qui factus ē octo
dierum cum ſit eternus et omnino immen-
ſus. In quo quidem euangelio tria mira-
lia continentur. Primum eſt.quia eternus
ſub tempore clauditur.ibi. Poſtq̄ȝ conſu.
ſunt di.octo. Secundum eſt quia filius dī
impaſſibilis patitur et circūciditur.ibi. vt
cir.pu. Tercium eſt quia deus innominabi
lis nominatur.ibi.vo.eſt no.e.ieſus. Pri
mum ergo mirabile eſt.quia filius dei ſub
tempore clauditur et infans octo dierum
efficitur. Filius quippe dei inquantum hō
cepit habere dies et ānos et patriam et pa
rentes.et in tempore creuit et mortuus eſt
Et vide quia ex hoc ꝙ ſub tempore clau-
ditur et per conſequens ſub lege.quia tale
tempus erat a lege determinatū.gen̄.xviij.
Infans octo dierū circūcidetur. In quo
maxima eius miſericordia circa homines
demonſtratur. Ex hoc enim voluit conti-
neri ſub lege vt hos qui ſub lege erant re-
dimeret. Expertus enim circūciſionis penā
et alias cerimonias legis quas vt videm⁹
ſeruauit.quia non venit legem ſoluere ſed
adimplere. Matthei.v. Compaſſus eſt iu-
deis et eos ab illo onere liberauit. Math.
xvj. Vſqʒ ad iohānem lex et prophete. Si
militer expertus penalitates humane na-
ture.ſcʒ famem ſitim calorem et frigus cō-
patitur nobis ſicut pius pater. et tandem
ab omnibus liberabit. Hebre.iij. Non eñ
habemus pontificem qui poſſit compati i
firmitatibus noſtris.temptatum autē per
omnia. Malum enim non cognoſcitur niſi
cognitum et expertum. Et ideo filius dei
voluit experiri noſtra mala ſcʒ paupertatē
expulſionem contumeliam verborum.fal-
ſam accuſationem.et neq̄ȝ ſententiā.amico
rum derelictionem .et tandem iniuſtam et
violentam mortem.ad quam omnia mala
humane nature ordinantur vt in omnibus
malis nobis compateretur et pro nobis pa
trem rogaret. Clamemus ergo ad chriſtū
ſecure ſi quodcūqʒ malum patimur.qa ip̄e
omnia expertus eſt.et ideo nobis cōpatit.
et pro nobis apud deum aduocat.p̄ma Jo
han.ij. Aduocatum habemus apud d.pa.
ieſum chriſtum iuſtum et ip̄e ē propiciatio
pro peccatis noſtris. Clauſus eſt ergo ſub
tempore et lege pro noſtra ſalute .et ideo
nō debet nobis durum videri ſi claudimur

ſub iugo chriſti et penitentie et religionis.
pro honore dei et bono noſtro. Matth.xj.
Tollite iu.me.ſu.vos. Et ſic patet primū.
Secundum mirabile eſt. quia filius dei
impaſſibilis patitur et circūciditur. Filius
quippe dei inquātum deus eſt ipa beatitu-
do nec pati poteſt. ſed inquantum hō paſſ⁹
eſt penam circūciſionis et alias penas. In
quibus omnibus ſimul patiebatur. et btūs
erat. Sic ergo chriſtus circūciſus eſt octa
uo die cultro lapideo in membro generati-
onis ſm ꝙ lex mandabat Leuiti.xij. Non
tamen cultrus lapideus erat de neceſſitate
ſacramenti. Et nota etiam ꝙ xp̄s inquātū
homo non tenebatur circūcidi. qꝛ circūci-
ſio fiebat pro peccato originali tollendo. ſꝫ
peccatum originale non fuit in xp̄o. Bern̄
Ad quid tibi circūciſio bone ieſu neceſſe. q
nec peccatū contraxiſti nec cōmiſiſti. quod
ipe nō feceris etas manifeſtat. quod vero
non contraxeris hoc veritas probat et pa-
tris deitas et matris integritas. Pater ti-
bi eſt ab eterno. ſed deus eſt in quē peccatū
non cadit. Mater tibi eſt ex tempore. ſed
virgo ē. nec parere potuit incorruptio cor
ruptelam. ⸿ Et ꝙ peccatum origiale
in chriſto non fuerit ex duobus patet Pri
mo quia chriſtus non fuit generatus ex cō
cupiſcentia carnali. nec per modum genera
tionis. quia nec in ſemine viri nec in ſan-
guine menſtruoſo impuro in quo ē libido.
Unde etiam ſi deus modo formaret vnum
hominem non per viam generationis. ſed
ſicut primum hominem vel primā mulierē
talis nō haberet peccatum originale. ergo
multo magis chriſtus non habuit. quia ꝑ
viam generationis formatus nō fuit. Se-
cundo idem patet quia duo contraria non
poſſunt ſimul eſſe in eodem ſubiecto. ſed iu
ſticia originalis que eſt contraria peccato
originali fuit in chriſto. ergo non fuit ī eo
peccatum originale. Aſſumpſit enim xp̄us
carnem in perfectiſſimo ſtatu carnis. ſcꝫ in
ſtatu carnis ante peccatum prout fuit in p̄
mis parentibus ante peccatum. q iuſticiaꝫ
originalem habuerunt. que conſiſtebat in h
ꝙ anima erat ſubdita deo nec aliq̇d malūꝫ
concupiſcebat. et omnes vires inferiores
ſubiecte erant rationi. nec ad malum inſti-
gabant. et totum corpus ſubiectū erat ani-
me. Hec eſt iuſticia originalis q̄ fuit per-
fectiſſime in chriſto. ad quam iuſticiam ſeq̄
batur ꝙ omnia exteriora ad nutū ſubiecta
fuiſſent homini ſicut et chriſto fuerūt qui
talem iuſticiam habuit. Poſtq̄ꝫ autē aīa
primi hominis rebelliſauit deo. etiā inferi-
ores vires rebelliſauerunt rationi ⁊ corp⁹
anime. et in hoc conſiſtit peccatū originale
quia cum tali inobedientia et concupiſcen
tia et inordinatione homo naſcitur. in qua
peccatum et culpa contrahitur. Nam duꝫ
anima infunditur et creator in corpore in-
fecto et maculato concupiſcentia. maculāt
et ipa. Et ideo ſtatim infuſa eſt maculata.
et conſiſtit in ipa culpa. et peccatū origiale
quod cum ipa originatur. Ad qd̄ ſequitur
ꝙ omnia exteriora rebelliſant homini. Et
ſi quereretur quō anima pueri ſtatim crea-
ta et infuſa rebellat deo. Dicēdum quia vt
dicit apl's ad Ro.v. In adam oīes pecca
uerūt. Unde anima ade rebellante deo om
nes rebellauerunt in ipo. pro eo ſcilꝫ ꝙ ab
adam accipimus corpus et naturam corru
ptam in qua anima creatur et maculatur.
et ideo ſtatim incitabilis eſt ad malum. Et
ideo peccatum originale eſt peccatum con
tractum et non cōmiſſum. quia in ipa infu
ſione anime ipm anima cōtrahit. Et ſi que-
reretur vlterius quare parentes mundati
a peccato originali generant filios cū pec-
cato originali. Dicendum quia parentes
mūdantur a peccato originali ſolum quan
tum ad culpam anime et non quantum ad
reatum pene. Unde ipe fomes peccati ⁊ cō
cupiſcentia mali remanent in carne. licet ꝑ
baptiſmū et bona opera in tali perſona mi
nuatur. Ro.vij. Uideo aliam legem in mē
bris meis repugnantem legi mentis mee.
Et quia parentes dant filio corpus macu
latum et anima cum infunditur tali corpo
ri maculatur. Et ideo parentes mūdati ge
nerant filios cum peccato originali etiam
quantumcūq̄ꝫ ſancti. Propter qd̄ omnes
naſcimur filij ire vt dicitur in iob Et quia
originale per generationem introducitur
inde eſt ꝙ circūciſio in mēbro generatiōis



fiebat originale. vt ibi fieret medela vnde
fiebat et morbus. quōm per que peccat qs
per hec et torquetur. Sap.xj. Octauo aūt
die fiebat propter figurā. Omnia em̄ in fi
gura illis cōtingebant illis. vt dicitur.j. ad
corinth.x. Quia figurabatur ablato corru
ptionis per chriſtum fienda que perfecte ī
plebitur in octaua etate que ē etas reſurgē
ti fuiſtis.in nouitate ſenſus veſtri vel men
tis veſtre.ſm aliā litteram.non in nouitate
carnis ſed mentis.anima eñ q̄ ad imaginē
dei facta ē.imaginem dei in ſe deformat dū
peccat. Eph.iiij. Renouamini ſpū mentis
veſtre ⁊ indui.no.ho.ſcꝫ chriſtū. Nota ꝙ
hec reformatio ſicut reformatio materialis
fit quinqꝫ modis. M Primo per mal
leationem tribulationum ⁊ perſecutionum
ps.cxxviij.Supra dor.meū fa.peccatores.
ſicut reformātur fabrilia. Et ideo neceſſari
us eſt ignis ſpūſancti in corde hominis re
formandi.malleare enim ſupra ferrum fri-
gidum vanum eſt. Hiere.v. Nunquid fe-
derabitur ferrum ferro ab aquilone. id ē ī
frigore aquilonis.Sic fuit reformatꝰ pau
lus quando dixit actuū.xiiij. Per mul.tri.
opor.nos in.re.ce. Secundo per ſubtra-
ctionem.ſicut reformantur ſculptilia dum
celte eleuantur a lapide.hoc eſt per paup-
tatem voluntariam.que omnia ſuperflua
abijcit ⁊ diſpergit pauperibus.ps.cix. Di-
ſperſit dedit pau.iuſticia eius māet in ſe.ſe.
Sic fuit reformatus zacheus qui ait luce
xix. Dñe ecce di.bo.m.do pau.⁊ ſiquem de
frau.reo.qua Tercio per addicione eius
quod deeſt. Sicut reformantur domus et
multa alia. Sic docebat dñs reformari il-
lum cui dixit mar.x. Vnu tibi deeſt. Va.q̄
ha.ven.⁊ da pau. Hec ergo reformatio et
renouatio fit per conſilia. Implens eñ p̄-
cepta.reformatur conſilia ſuperaddendo.
Sic reformati ſunt apl'i mathei.xix. Ecce
eñ reli.om.⁊ ſe.⁊c. Quarto per fuſionē
quādo aliquid primo liqueſcit.⁊ poſtea fū
ditur in aliquid.in quo formam recipit ſi-
cut campane.Sic oportet ꝙ primo anima
liquefiat feruore deuotionis. Canti.v. Ani
ma mea liquefacta eſt. Et poſtea ad formā
recipiendam proijciatur quaſi in moduluꝫ
in aliquem bonum virum cuius formā ac-
cipiat ⁊ exemplum. Sic volebat reformari
apl's illos quibus dicit ad phil.iij. Imita-
tores mei eſtote ⁊ obſeruate eos qui ita ā-
bulāt ſicut habetis for.no. Sic volebat re-
formari augu.qui eſtuabat eſtu incredibilī
quando iuit ad ſimplicianum. vt proferret
ſibi quis eſſet aptus modus viuendi ſic affe
cto vt ipe erat ad ambulandū in via dei in
qua aut ſic aut ſic ibat. Propterea petrus
dicit prelatis.j.pe.v. Non quaſi dominan-
tes in clero ſed forma facti gregis ex anio
Quinto per appoſitionem decentium co
lorum. vt reformantur domus dum pingū
tur. Duo autem ſunt colores quibus refor
mari debemus.ſcꝫ albedo mundicie.⁊ rube
do charitatis. Cañ.v. Dilectus meus can-
didus ⁊ rubicundus. Sequitur. vt pro-
bens que ſit voluntas dei. Ad hoc enim de
bet fieri iſta reformatio vt probemus inte-
riori ſenſu que ſit.i.ꝗ bona ſit voluntas dī
Eſt eñ bona quo ad declinatiōem a malo
beneplacēs quo ad operationē boni qd eſt
in precepto.⁊ perfecta quo ad impletioneꝫ
boni qd eſt in conſilio. Vel bōa in ſe.eo eñ
ipo quo deus vult aliquid bonū ē illud.bñ
placens in bene diſpoſitis per virtutes.⁊ p-
fecta in beatis. Et ſic patet ſecundū Ter
cio apl's ordinat nos iterum ad deum ſe-
cundum aliam partem noſtri.ſcilicet ſecun
dum intellectum.ne pluſquaꝫ deceat ſapia-
mus dicens. Dico autem .id eſt affirmo et
p̄cipio ⁊ ſup̄ obſecraui et monui. Et cur h



Reſponſio. plus eſt in fide errare et peri-
culoſius ꝗ in hoſtia offerēda vel in deordi-
natione ad mundum vel in quacunqꝫ alia
re. Et ideo dico.id eſt precipio per gratiam
apl'atus mei.que data eſt mihi.nō meis me
ritis reddita.per quā ſum gentium doctor.
et apl's conſtitutus in fide ⁊ veritate. p̄ma
corinth.xv. Gratia dei ſum id quod ſum.
Precipio inquā omībus qui ſunt int vos
id eſt omnibus fidelibus qui vobiſcū ſunt.
non plus ſapere ꝗ oportet ſapere. prouer.
xxv. Sicut qui mel comedit multum nō eſt
ei bonum quia inflat.ſic qui perſcrutator ē
maieſtatis opprimetur a gloria. M Et
nota ꝙ aliquis plus ſapit ꝗ oportet tripli-
citer. Primo qñ terminos tranſgreditur a
patribus conſtitutos in his que fidei ſunt.
puta cuꝫ noua vult inuenire.vel nouo mō
ea q̄ fidei ſunt exponit. Contra qd prouer.
xxij. Ne tranſgrediaris terminos antiquos
quos poſuerunt patres tui. Secundo qñ ex
cedere nititur vires ingenij ſui ⁊ queſtiōes
ad quas attingere nō poteſt nititur diſpu-
tare ⁊ reuoluere. Contra qd ecci.iij. Altio-
ra te ne queſieris.⁊ for.te ne ſcruta.fueris.
Tercio qñ in diſcendis ordinem peruertit
prius volens diſcere difficilia quaꝫ facilia.
Bern. Medicus bonus ordinat de cibis.ſi
ordinē in cibis ſumendis nō ſerues ipos ci-
bos naturaliter bonos tibi reddes non bo-
nos.quod dicitur d cibis intellige d ſciētijs
Hebre.v. Facti eſtis quibus lacte opus ē
non ſolido cibo.perfectorū autē eſt ſolidus
cibus.qui pro conſuetudine exercitatos ha
bent ſenſus ad diſcretionem boni et mali.
Precipio ergo non plus ſapere ꝗ oportet
ſapere.ſed ſapere ad ſobrietatē.i.ad modū
temperantie vt neqꝫ excedas in nimiū neqꝫ
coarteris in debitū.multa eñ ſcire debemꝰ
j.corinth.xiiij. Ignorans ignorabit Oſee
iiij. Quia ſcientiā tu repuliſti ⁊ ego repellā
te. Ebrius ⁊ nō ſobrius reputaretur q vel
let volare. eodem mō non reputabitur ſo-
brius qui nititur celeſtia perſcrutari. pro-
uer.xxiij. Prudentie tue pone modum. Si
militer qui nollet ſurgere ad comedendum
non ſapiens ſed ſtultus ⁊ pigerrimus di-
ceretur.ſic qui non vult aliqualiter diſcere
que ſunt fidei.j.thi.iiij. Attende lectioni ex
hortationi ⁊ doctrine.hec meditare .in his
eſto.ergo quilibet debet velle tantū ſapere
ſicut vnicuiqꝫ diuiſit deus.i. diuiſim dedit.
menſuram fidei.id ē fidem illuſtratā illu-
ſtratione maiori vel minori.ſm eñ ꝙ qlibꝫ
eſt illuſtratus in fide tantū debet velle ſape
Sap.xj. Omia cōſtituiſti in numero. pōde
re ⁊ menſura.⁊ potiſſime gratiarum ſuarū
dona. Et ſic patet terciū. Quarto nos or
dinat apl's ad proximū .vt vnus alteri ſer-
uiamus. Et ad hoc inducit quandam ſimi-
litudinem in corpore hūano.d. Sicut eñ in
vno corpore multa membra habemus.oia
autē membra nō eundem actum habent.ſꝫ
diuerſis actibus ſibiīnuicem ſumminiſtrāt.
oculus enim videt pro pedibus ⁊ manibus
⁊ omnibus alijs mēbris. Et lingua loqtur
pro omnibus membris.⁊ ſic de alijs. Ita
multi.i.omnes fideles .vnū corpus ſumus
in chriſto id eſt per chriſtū. Gratia eñ per
chriſtū nobis collata nos vnit in corpore
miſtico.quod ē eccleſia. Galat.iij. Omnes
vos enim vnū eſtis in ieſu chriſto. Singuli
autē ſumus vel eſſe debemus mēbra.ita ꝙ
alter ſit mēbrum alterius illi ſubminiſtran
do ⁊ adiuuando. Eph.iiij. Supportātes in
uicem in charitate. Et nota ꝙ hec ſimilitu
do colligationis ⁊ ſubminiſtrationis mem-
brorum corporis naturalis ad mēbra eccle
ſie qua ſibi inuicem debent ſeruire ſupporta
re ⁊ diligere ſicut membra corporis natura
lis.attenditur quantuꝫ ad octo. Si de hoc
vis predicare require infra dñica. xvij.pꝰ
trintaitem in moralitate ſermonis de ep'la.
Et ſic patet quartum.

¶ Dominica prima poſt octauam epi
phanie de euangelio ſermo.xviij.

Nuptie facte ſunt in chana ga
lilee. Iohānis.ij. Quia tēpus
inſtitutum ab eccleſia pro cele
brādis nuptijs extat p̄ns .ideo
hodie in eccleſia euāgelium de
nuptijs recitatur. vt qualiter ſe habeant in
matrimonijs contrahendis nuptiarum ce-
lebratores ſalubriter

inſtruantur. Non enim omni tpe poſſumꝰ nuptijs intēdere celebrandis ſm eccleſie inſtituta. imo ab eadem multa tēpora feriantur. Naʒ ab aduentu dñi vſqʒ ad octauam epiphanie incluſiue celebrare nuptias non debemus. Similiter a ſeptuageſima vſqʒ ad octauas paſce etiam incluſiue. ⁊ ſimiliter a tribus diebus ante aſcēſionem domini vſqʒ octauas penthecoſtes. In hoc ergo euāgelio de nuptijs ſex ſūmarie continētur. Primo enim deſcribitur conuiuium nuptiale: in principio euangelij.. Secundo declarant conuiuarum perſone. ibi. Et erat mater ieſu ibi. Vocatus eſt autem ieſus et diſcipuli eius ad nuptias. Tercio ponitur colloquium maternale ad filium ibi. Et defi. vi. ait ad ieſum. Vinum non habēt. Quarto ſubiungitur matris et filij ad miniſtros cōuiuij imperium ſalutare ibi. Et dicit mater ieſu miniſtris. Quinto ab architriclino qui guſtauit aquam vinum factā. bonitati vini aſſeritur ſpēaliter ibi. Vt autem guſtaiſſet architriclinus aquam vinū factā. ⁊c. Sexto inter ſigna ieſu hoc perhibetur initiale. ſubinfertur inſimul ex miraculo facto bonum ſubſecutum fidei ſpēale. ibi. Hoc fecit initium ſignorum in chana galilee: ⁊c. Et crediderunt in eum diſcipuli eius.

Primo ergo deſcribit cōuiuiū nupciale qꝛ nuptie facte ſūt in chana galilee. i. in quodā vicio ſiue villa ꝓuintie galilee. Vbi nota ꝙ quidā dicūt ꝙ ſpōſus iſtaꝝ nuptiarū fuit iohā. euā. Sed hoc non eſt ꝓbabile ſcḋm opinionē illoꝝ q dicunt ꝙ iſte nuptie facte fuerīt poſt vocatōʒ aplo̾ꝝ inter quos fuit iohānes. vt ptʒ mat. iiij. qꝛ nōeſt credibile ꝙ poſt vocatōʒ redierit ad ducēdū vxorem qui vſqʒ tūc ꝑmanſat virgo. Scḋm aūt opinionē illoꝝ qui dicūt ꝙ he nuptie fuerunt facte ante vocationē apoſtolorum vel diſcipulorum q̄ cōmunior eſt credibile eſt ꝙ iſte nuptie fuerunt iohannis. Et ideo tanq̄ʒ conſanguineum vocauit ieſum et diſcipulos ſupple futuros. Et ideo mater ieſu fuerat ibi tanq̄ʒ mater iohānis. quia vt dicunt erat filius virginis nutricius. Et h̄ eſt. Erat mater ieſu ibi. Vocatus eſt autēʒ ieſus et diſcipuli eius ſcʒ futuri ad nuptias ſm ſecundam opinionē. ſed non futuri imo p̄ñtes ſm primā opinionē. Quicquid autē ſit credendum ē ꝙ ſponſus vel ſponſa fuerit conſanguineus vel conſanguinea virginis. propter quod vocatus eſt ieſus ⁊ diſcipuli eius. Chriſtus aūt voluit intereſſe nuptijs duplici de cauſa. Primo vt gloriam ſuā corā multis manifeſtaret. Secundo vt nuptias approbaret. cōtra manicheos qui nuptias damnāt. ipas igitur probauit p̄ñtia ſua ⁊ miraculo potēte ſue. Et ſic patet primum ⁊ ſecundum. Sequitur terciuʒ. Et deficiente vino. ⁊c. In quo ponitur colloquium maternale virginis. que plena viſceribus pietatis cōpaſſa eſt verecundie ſpōſi in defectu vini. Et ait ad ieſum. Vinum nō habent. ſcʒ miniſtri ad propinandum ⁊ conuiue bibendum. quod fuit ſignū paupertatis ſponſi. qui nō potuit vinū ſufficiēs p̄parare Vel forte vinū ſufficiens p̄parauit pro tot cōuiuis. ſed ieſus venit cū diſcipulis q erāt pauperes. Hic nota ꝙ loco illius particule ſcʒ ieſus venit cū diſcipulis qui erāt pauperes alij libri habent. Sed pauperes alij venerunt. Pauperes aūt qñ inuitantur ad bonū prandiū in duplo comedunt et bibūt tanq̄ʒ eſurientes ⁊ p̄teritā famem reſtaurare volentes. Hic cadit exēplum marchionis ferrarie qui dixit ꝙ in capitulo ferrarie generali ferrarie celebrato biberūt fratres vinū pro duobus milibus militū. Hoc etiam fuit ſignū ꝙ beata virgo de parētela cōiugij erat. qꝛ aliter nō de defectu vini curaſſet qꝛ eiꝰ defectū ſuū reputauit Dicit ergo ieſꝰ nō offēſꝰ vl̾ arguēs vl̾ corrigēs matrē cuius cōpaſſio grata fuit ei vt ꝑ effectū patuit. qd mihi et tibi eſt mulier. Mulier hic ē nomē ſexus et non molliciei. Ex hoc loco arguunt heretici ꝙ chriſtus. nihil habuit facere cū virgine ſed tranſiuit ꝑ eā ſicut aquā ꝑ cannale. Dicunt enim ꝙ attulit corpus de celo ſed mentiuntur. qꝛ idem iohannis. q hoc dicit aſſerit ꝙ ibi erat mater iheſu. Dupliciter autem hoc verbum exponitur. Vno modo ſecundum. Chriſ. ſic Quid mihi et tibi eſt mulier ſcʒ d̄ defectu vini. Quaſi diceret. Cognitio iſtius defectus nō pertinet ad me vel ad te. ſed ad illos quorū ſunt nuptie. qui debebant ſibi de neceſſarijs prouidiſſe. dimitte ergo primo. vt ipi cognoſcant defectum. et gratia tunc miraculi qd petis acceptior erit illis. Et ponit exēplū criſo. de medico qui ſi ſe vltro offerret egroto nō multum curaret de ipo. ſed cum multis precibus egroti offert ſe ei. tunc multam reuerentiam exhibet illi. Et hoc eſt qd ſeqtur. Nondum venit hora mea. i. hora qua magis gratum ſit et acceptum miraculuʒ. illis quibus poſtulas fieri nondum adeſt. qꝛ nō dum patʒ defectus vini. Non aūt conditor temporum et horarum ſubiectꝰ fuit alicuius hore vt quidam aſtrologi dicunt. imo omi tempore eſt hora ſua operandi quod vult. vt dicit criſo. Sed tamen ex parte rerum q̄ requirunt determinatum tempus et locum ac etiam quantū ad homines vna hora cōpetentior eſt alia. ſicut hic vtilior hora faciendi miraculum erat poſt recognitionem defectus vini q̄ʒ ante. Secundum vero auguſtinum ſic exponitur. Quid mihi et tibi mulier ſcʒ commune. id eſt quid habeo a te per quod poſſum hoc facere. quaſi di. Tu petis fieri miraculum quia ſpōſus vel ſpōſa attinet tibi ſm carnem ſed ſm carnē quā a te ſumpſi nō poſſum facere miracula. ſed miſerias et mortem pati. quod in cruce apparebit. tunc enim te matrem meā recognoſcam ſm carnem. et in carne quā de te ſūpſi moriar et crucifigar. et ideo te tunc diſcipulo cōmendabo. Et hoc eſt dum ſequitur Nondum venit hora mea. i. non eſt tēpus recognoſcendi quid ex te habeo. ſed erit in paſſione euangelio predicato. Nō hora neceſſitatis ſed voluntatis ſpōtanee euāgelio pati et mori diſpoſui. Ioh. x. Nemo tollit animam meam. ſed ego ponam eā. Sic patet tercium. Et dicit mater ieſu miniſtris Ecce quartum. In quo mater et filius ſalubriter imperant miniſtris. Et primo imperat mater dicens. Quodcuqʒ dixerit vobis facite Ex quo patet ꝙ beata virgo omnino credebat ꝙ filius ſuus eſſet miraculū facturus. Et ideo ſecure dixit miniſtris qd cūq̄ʒ dix. vo. ⁊c. Erant autē ibi ſcʒ in domo cōuiuij lapidee hydrie. id eſt vaſa lapidea aquaria. ab hydros quod eſt aqua. ſex poſite ſm purificationē iudeorum. Et ideo erāt poſite ibi vt poſſent purificari immundi ſecundum modum iudeorum. vt ſi aliquis de conuiuis aliquam immundiciā incurriſſet. ſecundum legem vt ſi tangeret morticinuʒ vel aliquod prohibitum lauaretur in eis ⁊ fieret mundus. Capientes id eſt capere valentes ſingule metretas binas vel ternas. Metreta dicitur a metron quod ē mēſura ſecundum conſuetudinem terre. aliqui eniʒ habent maiorē aliqui minorē ſm yſidorum metreta ē decem ſextariorū. ſextarius autē continet duas libras. Et ſic patet ꝙ erant magna vaſa que ieſus fecit impleri. Vnde ait miniſtris. Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas vſqʒ ad ſūmum. Et dixit eis ieſus iam facta mutatione. Haurite de hydrijs et ferte architriclino. Secundum augu. Architriclinus eſt princeps trium ordinū menſarum a ſe altitudine diſtantiū: Vel ipa domus ſic diſpoſita dicitur architriclinus. Et dicitur ab archos quod ē princeps et clinum domus Hic ſecundū augu: nō dicitur architriclinus princeps vel dñs cōuiuij vel domus in qua erat cōuiuiū. ſed prepoſitus miniſtrātium qui ſcʒ fuerat cōſtitutus vt ordinaret conuiuium. et etiam ſeruitores. Vnde ponit queſtionē criſo. di. Quare ieſus precepit ferri vinum architriclino potius q̄ʒ ſponſo vel alicui conuiue. Et reſpōdet ꝙ ille cui cōmittitur cura et ordinatio conuiui. nō comedit vſqʒ poſt alios. et ideo ſalubrior et diſcretior ē ad iudicandum de vino q̄ʒ conuiue. qui iam ſunt repleti de cibo et potu. Et ideo iuſſit dñs ferri illi vinū ex aqua factū vt v̾itatē cognitā alijs indicaret. Et tulerūt miniſtri Vt aūt guſtauit aquā vinū factā. et neſciebat vñ eſſet illud vinū vocauit ſponſū architriclinus mirās vini bōitatē. qd ſm generalē ordinē p̄mo debuit ꝓpinari. et dixit eis credēs ꝙ ita fieri p̄cepiſſet. Oīs hō p̄io. i. in p̄ncipio ꝯuiuij pōit bonū vinū. ſ. i mēſa. ⁊ cū inebriati fu. i. r̄pleti cibo ⁊ potu tūc pōit illd

deterius eſt id eſt minus bonum. quia ꝓp
ter opilationem medie cellule ex vapore vi
ni. bonum vinum nō poteſt cognoſci et diſ-
cerni. Tu autem ſeruaſti bonū vinū vſq;
adhuc. id eſt vſq; ad finem conuiuij cōtra
generalem conſuetudinem. Et ex hoc patz
ꝙ optimum fuit vinum. Unde criſo. Hoc
generale in omnibus miraculis chriſti ꝙ ſē
per ad nobilius terminantur q̃ natura poſ
ſit facere. Unde ſi reſtituit viſum vel audi-
tum vel aliud membrū melius facit q̃ na-
tura prius fecerat vel facere poſſet. Patz
etiam ꝙ hoc vinum fuit rubeum ſicut can
tat eccleſia. Aque rubeſcunt hydrie. quia
ſicut fecit illud vinum melius ita fecit pul
crius. pulcrius eſt autem vinum rubeū q̃
album. Pulcrius etiam claruit miraculuz
quia ſi album feciſſet crediſſent ꝙ fuiſſet
aqua aliquantulum rubricata propter pre
cedēs vinum quod dixiſſent fuiſſe in vaſis
Et ſic patet quartum et quintum Sexto
quia inter ſigna ieſu hoc ꝓhibetur initiale
cum dicitur. Hoc initium ſignorum fecit ie
ſus in chana galilee. Non enim legitur añ
aliquod ſignum feciſſe. Ex quo patet ꝙ in
adoleſcentia ſua nullum fecit ſignum. Vel
hoc dicitur primum ſignum publice et ma
nifeſte a ieſu factum. Sed dicitur primum
non ſimpliciter. ſed primum quod fecit ī pa
tria illa. Et manifeſtauit gloriam ſuā id ē
deitatis ſue potentiam. Et crediderunt in
eum diſcipuli eius futuri ſm quoſdam. ſed
preſentes ſm alios qui tunc credebant. ſed
tunc viſo miraculo magis crediderunt. Et
ſic patet littera.

De triplici matrimonio

Sicut patet in hoc euangelio agitur de
nuptijs ex matrimonio celebratis O Et
ideo ſciendum ꝙ triplex eſt matrimonium.
ſcz carnale inter virum et vxorem. ſpūale
inter animam et deum. ſacramentale inter
filium dei et humanam naturam. ſiue inter
chriſtum et eccleſiam. de quo dicit apl's eph
v. Sacramentum hoc magnum eſt. ego au
tem dico in chriſto et eccleſia. Primum
ergo eſt matrimonium carnale inter virum
et vxorem. cuius nuptie in pñti deſcribunt

nō de iſto p̄ matrimo
mō. ſ. carnali....
p̄mū.

P. Circa quod ad preſens conſideran
da octo concurrunt. ſcz neceſſitas. excellen
tia. varietas. effectus. motiuū. cōuerſatiuū.
ſeparatiuum quo ad quid. et ſeparatiuum
ſimpliciter. Primo ergo conſiderandum
eſt de eius neceſſitate. ē enim ſacramentuz
neceſſitatis. ſicut enim baptiſmus eſt ſacra
mentum neceſſarium ad ſalutē. iuxta illud
Iohā. iij. Niſi quis rena. fu. ꝛc. ſic matri-
moniū eſt neceſſarium vniuerſo licz non ſit
neceſſarium alicui homini. qꝛ ſine ipo mū-
dus deficeret. Et ideo in vetri teſta. erat
in precepto. Geñ. j. Creſcite et mul. et re.
t. Ex quo manifeſte patet ꝙ eſt bonum. qꝛ
impoſſibile eſt eſſe malū illud ſine quo mū
dus eſſe non pōt. et qđ deus p̄cepit fieri
Q Scđo vidēdum eſt de eius excellētia
ꝛ bonitate. Excedit em̃ alia ſacramēta quā
tum ad ſex. Primo q̄tum ad perpetuitatē
qꝛ ante omnia ſacramēta a p̄ncipio mundi
inſtitutū eſt et vſq; ad finē mūdi durabit
Secūdo quātum ad locū et ad ſtatū vbi ꝛ
in quo fuit inſtitutū. qꝛ in ꝑadiſo et in ſta-
tu innocētie Alia aūt ſacramēta ī valle hꝰ
miſerie ſunt inſtituta ꝛ in ſtatu corruptōis
et peccati. et vt q̄dam medicine aīe languē-
tis. vt patet in ꝑabola de ſauciato ꝛ ſama-
ritano. Quere in ſermone. xiij. poſt trinita
tis. Tercio quantum ad ſignificationē quia
ſignificat matrimonium vel coniunctionez
chriſti cum eccleſia. Eph. v. Sacramētum
hoc magnum eſt. ego dico in eccleſia et in
chriſto. Quarto quantum ad nobiliſſimaz
virtutem. quam deus excellenter poſuit ibi
ſcz amorem et charitatem. geñ. ij. Quāob-
rem relin. hō pa. et ma. et adhe. vxori ſue.
Propterea formauit deus mulierē de oſſe
viri. vt fortiter ſicut ſe diligeret eā. Eph. v
Viri debent diligere vxores ſcz vt corpora
ſua. Quinto quātum ad deſideriū naturale;
quod non poteſt eſſe malum. quia oñderet
maliciam inſtituentis naturam quod ē im-
poſſibile. Omnis autem homo naturaliter
deſiderat matrimonij copulam vt perpetu-
etur in filijs. quia in ſe perpetuus eſſe non
poteſt. Sexto quantum ad honorem quem
chriſtus matrimonio exhibuit. Nam ma-



trem virginem voluit deſponſari cum non
eſſet neceſſe vt de matre deſponſata naſce-
retur. et ad nuptias inuitatus cum diſcipu
lis ſuis fuit. et ipas maieſtatis ſue preſentia
decorauit. et primum miraculum ibi fecit.
propter quod omnes conuiuas letificauit.
R Tercio videndum eſt de eius varie
tate. que attenditur quantum ad quinq;.
Primo quantum ad diſcretionē perſonaꝝ
quia a principio mundi vſq; ad moyſen ſo
lum mater et filia fūt excepte. ne mater cū
filio vel pater cum filia in matrimonio iū
gerentur. quod patet per hoc quod dicitur
geñ. ij. Quamobrem relinquet homo pa. ꝛ
ma. Ergo nec filia patrem nec mater filiū
accipere poterat. Sed per legem moyſi. xvj
perſone ſunt excepte. ſcz mater et nouerca
ſocrus et nurus. filia et preuigna. ſoror car
nalis. amita et matertera. neptis. ſ. filia fra
tris carnalis et ſororis. aua ſcz mater pa-
tris vel matris. filia filie. et filia filij. vxor
patrui et auunculi. vxor fratris carnalis.
niſi in caſu ſcz quādo frater ſine liberis mo
reretur. Et hec lex in populo dei vſq; mo-
do durat. Sed gregori. papa ad ſupradicta
addidit, vt amicicia inter fideles longius ꝓ
traherentur et latius extenderentur. Et fe
cit ſtatutum vt vſq; ad quartum gradum
incluſiue non poſſent matrimonium cōtra-
here Primus gradus eſt frater carnalis ꝛ
ſoror. Secundus filij ipſorum Tercius filij
filiorum. Quartus filij nepotum. Et quia
vnus papa poteſt tantum quantum alius.
ideo ſuper illo ſtatuto grego. poteſt aliꝰ pa
pa diſpenſare vt frequenter videmus. In
perſonis autē a moyſe exceptis diſpenſare
non poteſt. Secundo quantū ad pluralita-
tem et vnitatem vxorum. Nam a principio
mundi, vna fuit conceſſa vni. Erūt inquit
duo in carne vna. geñ. ij. Quia vir et vxor
quantum ad actum matrimonij ad equalia
iudicantur. quia vir non habet poteſtatez
ſui corporis. ſed vxor. et econuerſo. vt dicit
apl's. j. corinth. vij. Sed lamech cepit habe
re plures vxores. vt patet geñ. iiij. Et qa
totus mundus defluxerat ad pluralitatem
vxorum. propter quod genus humanū ma

gis multiplicabatur. ideo deus permiſit po
pulo ſuo plures vxores habere vt magis
multiplicarentur et creſcerent. et hoc vſq;
ad chriſtum fuit conceſſum. qui eligēs po
pulum ſpūalem et dimittens carnalem re-
duxit coniugium ad primum ſtatū. vt eſſet
ſolum vnus vniꝰ vxoris vir. vt magis ſpi
ritui vacaretur. quia vt di. iohā. vj. Spūs
eſt qui viuificat. caro autem nō prodeſt qc
q̃. Tercio quantū ad libellum repudij quē
licebat dari in veteri teſtamento. vt patet
deutro. xxiiij. non autem in nouo. Mat. xj.
Quod deus coniunxit homo non ſeparat.
Similiter aque amariſſime de quibus ha-
betur nu. v. quas debebat bibere vxor ſu-
ſpecta viro de adulterio modo nec fieri de
bent nec bibi. et vxorem ſuſpectam nō po-
teſt vir aliquo experimēto probare. Quar
to quantum ad meritum. quia in veteri te
ſtamento non erat maioris meriti virgini-
tas et continentia vidualis q̃ matrimoniū
Augu. Celibatus iohānis baptiſte non pre
fertur nuptijs abrae. tm̄ enim patriarche ꝛ
prophete matrimonio merebantur quantū
modo in virginitate et viduitate viuētes.
Sed in nouo teſtamento vtraq; ē maioris
meriti q̃ matrimoniū. Nam ſtatui matri-
moniali redditur fructus triceſimus. vidu-
ali vero ſexageſimus. ſed virginali centeſi-
mus. Matthei. xiij. Dabit fructum. aliud
centeſimum. aliud ſexageſimum. aliud trice
ſimum. Beda. Nunc autem bona ē caſtitas
coniugalis. melior continentia vidualis. op
tima perfectio virginalis. Quinto quātuz
ad preceptum et indulgentiam. quia in ve.
teſta. erat ſub p̄cepto. geñ. j. Creſcite et mľ.
et re. ter. Modo autem ſub indulgentia ca
dit eius celebratio. et abſtinentia ſub conſi
lio. j. corinth. vij. Bonum eſt hōi mulierē
non tangere. Et infra. Propter fornicatio
nem. autem vn. vx. ſ. ha. Hoc autem dico
ſm indulgentiam et non ſm imperium. Et
infra. De virginibus preceptū non ha. cō.
autem do. Et infra. Ego autem parco ſi ſi-
militer nubat. Et infra. Beatior autē erit
ſi ſic permanſerit ſm meum conſilium. Vñ
modo pro magno bono conſulitur homini

in virginitate permanere.quia mulier innu
pta et virgo co.que dei ſunt et quõ place-
at deo vt ſit ſancta mente et corpore.Que
autem nupta eſt cogitat que mūdi ſūt quõ
pla.viro.vt ibidem dicit apl's. Quarto
videndum eſt de eo quod efficit coniugium
Et dicendum eſt ꝙ conſenſus expreſſus vo
luntarie et non ficte vel coacte per verba
de pñti vel per nutum ſi ſit mutꝰ efficit ma
trimonium.carnis autem copula ipm con-
ſūmat.Alia autem que precedunt .vt pro-
miſſio de accipiendo ſunt ſponſalia.nec effi
ciunt matrimonium.ſimiliter que comitan
tur.vt miſſio ānuli.que eſt ſignum matri-
monij et inſtrumentum .et omnia alia que
obſeruantur in matrimonio ſunt quedam
ſolennitates matrimonij.et non efficiūt ma
trimonium.Conſenſus autem ille eſt in co
habitatiōem perpetuam.et in copulam car
nalem. Quinto videndum eſt quid debe-
at mouere ad contrahendum.et qualis vx
or debeat queri .S Ad quod dicēdum
eſt ꝙ tria debent mouere ad cōtrahendum
ſcꝫ proles vt habeātur filij qui ſancte nu-
triantur et efficiantur filij dei.et per cōnſe
quens vite eterne.Quia ſi filij et heredes.
Ro.viij.Secundum eſt vt fornicatio vite
tur.prima corinth.vij.Propter for.autem
vn.vx.ſuā ha.et vnaqueqꝫ virū ſuūꝫ.quia
melius ē nu.ꝙ̃ vri.vt ibidem dicitur.Ter-
cium ē mutua obſecutio.quia nemo ſibi ſa
tis ēſt.gen̄.ij. Non eſt bonum homini eſſe
ſolum faciamus ei adiutorium ſibi ſimile.
Ecci.xxxvj.Vbi non eſt mulier ingemiſcit
eger Eſt enim homo animal naturaliter ſo
ciale.Ad ſecundum dicendum ꝙ eorūꝫ qui
vxores accipiunt quidam ſunt laſciui ⁊ va
ni.et hi in vxoribus non querunt niſi pul
critudinem.Quidam ſunt auari et cupidi.
et hi non querunt niſi diuitias. Quidā ſūt
ſapientes et diſcreti et hi querūt principali
ter vxores bonas.Primi ſtulte faciunt.qa
vt plurimum pulcritudo in muliere pericu
loſa eſt. Vnde quidam philoſophus .
de hoc querit ſi vir debeat ducere vxorem
turpem aut pulcram. Et reſpondet .
ꝙ pulcra cito adamatur. turpis aūt facile

contemnitur. Difficile eſt autem cuſtodire
quam omnes amant.ſed moleſtum eſt poſſi
dere quam nemo dignatur habere. minori
autem miſeria deformis habetur ꝙ̃ pulcra
ſeruetur.Et ideo nec nimis turpis.nec ni-
mis formoſa vxor querēda eſt.et plus tur
pis ꝙ̃ nimis formoſa. Secundi ſcꝫ cupidi
imprudenter agunt.Vnde criſo.Tu iuue-
nis quando vxorem ducere vis.noli quere-
re diuitem ſed bene morigeratā. quia boni
mores frequenter acquirunt diuicias.diui-
tie autem bonos mores nunꝙ̃ fecerūt.que
rit theofraſtus phs.quid ſit melius ducere
vxorem pauperem vel diuitem. Et reſpon
det ꝙ pauperem alere difficile eſt. diuitem
ferre tormentū ē.diues ei magnā arrogan-
tiā habet in domo. Et iō vt dicit ſalomon
prouer.xxj.Melius eſt ſedere in angulo do
matis ꝙ̃ cum muliere litigioſa.et in domo
cōmuni. Tercij autem ſcꝫ ſapientes optime
faciunt.qui querunt in vxoribus ſapienti-
am et bonitatem.quia ſapiens mulier edifi
cat domum ſuam.inſipiens vero extructaꝫ
manibus deſtruet. vt dicitur prouer.xiiij.
et ecci.xxvj.Sicut ſol oriens in mundo in
altiſſimis dei.ſic mulieris bone ſpēs in or-
namentum domus ſue. Vnde in quibuſdā
terris eſt cōſuetudo ꝙ cereus accenſus po-
nitur in manibus ſponſe dum intrat domū
viri.Et iterum in eodem.xxxvj. Qui poſſi
det mulierem bonam inchoat poſſeſſionem
Vnde in quibuſdam terris ſportarius ple-
nus frumento in manibus ſponſe dum in-
trat domum traditur quod ipa ſpargit per
domum in ſignum abūdantie. Et ideo ecci.
xxxvj.dicitur.Mulieris bone beatus vir.
Non dixit mulieris diuitis vel pulcre.Ha
bere ergo bonam vxorem eſt donum dei.
prouer.xix.Domus et diuitie dantur a pa-
rētibus.a domino autem proprie vxor pru
dens.Beatus ergo vir qui inuenit vxoreꝫ
bonam.et infeliciſſimus qui accipit malaꝫ
Et nota ꝙ bonitas puelle cognoſcitur in
moribus.et ſi habet honeſtos et probos pa
rentes et maxime matrem.Criſo.Debet eī
puella eſſe timorata et verecunda ſine qui-
bus parata eſt ad omne malum. Sexto



videndum eſt quomodo vir ⁊ vxor debent
conuerſari.vt eorum matrimonium ſit deo
acceptum ⁊ fructum triceſimū mereantur.
T Ad quod dicendum.ꝙ ſex modis de
bent adinuicem conuerſari. prout ex hoc
euangelio colligitur. Primo debēt ama
biliter conuerſari vt vnus coniugū diligat
alterum ſicut ſeipm.Eph.v.Singuli auteꝫ
vnuſquiſqꝫ ſicut ſeipm ſuam vxorē diligat
Et hoc innuitur. quia he nuptie dicuntur
facte in chana galilee.que interꝑtatur zelꝰ
zelus autem eſt intenſus amor viri ad mu-
lierem.Vnde zelotipus vocatur qui nimis
diligit vxorem.debet autem zelus eſſe tem-
peratus.quidam autem nimis excedunt in
zelo vxorum ⁊ ecōuerſo.quidam nimis ſūt
remiſſi nihil zelantes vxores neqꝫ vxores
viros.ſed vtrūqꝫ eſt malum. Debet etiam
zelus ſiue amor eſſe ꝯcordialis ⁊ ſingularis
vt ex corde ſe diligant et nullum aliū tātū.
et hoc ſignatur per ānulum qui mittitur in
digito ſponſe.qui debet eſſe vnus ⁊ ſingula
ris. et debet mitti in digito quarto.i quo
eſt quedam vena que reſpondet cordi.qui-
dam autem multum deficiunt ⁊ a ꝯcordia-
li ⁊ ſingulari amore vxorum.⁊ econuerſo
vxores.Secundo debent cōuerſari cum ti-
more dei.quia qui ſine timore dei matrimo
nio vtuntur et cōmiſcentur vt inſenſata iu
menta.dyabolus habet poteſtatem ſuꝑ eos
⁊ eorum matrimonium non eſt ad ſalutem
ſed ad perniciem vt angelus thobie iuniori
dixit.vt patet in ſeptem viris quos omnes
dyabolus interfecit.vt patet thobie.iij.Et
ideo multum timere debent ſponſe facere
molias ⁊ facturas ⁊ alia que matrimonio
aduerſātur.⁊ maxime deo diſplicent.quia
per hoc dyabolus accipit poteſtatē ſuꝑ eoſ
Et hoc innuitur ꝙ erat ibi mater ieſu ſcꝫ
ſalutis.mater ſalutis eſt timor dei. Tercio
debent cōuerſari ſalubriter vt vnus iuuet
alterum ⁊ confortet ad ſalutem. qd̓ oſtēdit
apl's.j.corinth.vij.d.Sanctificatus eſt eīm
vir infidelis per mulierem fidelem.⁊ ſanc-
tificata eſt mulier infidelis per virū fidelē.
Sicut enim vnus iuuat aliū in corporali-
bus.ita debet iuuare in ſpūalibus. ve ergo

illis que ſunt cauſa perditionis virorum ⁊
ipos iuuant perdere. Et hoc innuitur per
hoc ꝙ ibi fuit ieſus .id eſt ſalus. Quarto
debent conuerſari cōcorditer vt vnus con
cordet cum altero in bono.Ecci. xxv. In
tribus beneplacitum eſt ſpūi meo que ſunt
probata coram deo ⁊ hominibus.cōcordia
fratrum.amor proximorum. ⁊ vir ⁊ vxor
ſibi bene conſentientes.Et nota ꝙ dicit bñ
conſentientes.quia in nullo malo vnus de-
bet alteri conſentire. Hoc notatur ꝑ hoc
ꝙ ibi fuerūt diſcipuli ieſu.quibus erat vnū
cor ⁊ anima vna in domino.vt dicit actuū
iiij.Si ergo litigioſe viuant magna pēa eſt
prouer.xix.Tecta iugiter perſtillantia liti-
gioſa mulier.Quinto debent cōuerſari pa-
tienter vt vnus eorum ſupportet defectum
alterius ⁊ patienter toleret.Eph.iiij. Sup
portantes inuicem in charitate.Galat.vj
Alter alterius onera portate et ſic adimple
bitis legem chriſti.Vnde d̓ ſocrate legitur
ꝙ due vxores eius ſemel irate ⁊ valde con
citate verberauerunt eum.⁊ ipe egrediens
domum ſedit extra iuxta murum domus.⁊
vxores proiecerūt aquam putridam ſuper
eum.qui ait.ſciebam ꝙ poſt tonitrua debe
bat ſequi pluuia ⁊ abſceſſit.Multi eīm val
de defectuoſi ſunt ⁊ tamen modicū defectū
vxorum tolerare non poſſunt. Et nota ꝙ
mulier eſt formata de coſta pectoris viri ⁊
non de pede.quia non debet ſuppeditari vt
famula ſed teneri vt ſocia.Et maxime con
iugibus eſt virtus patiētie neceſſaria.quia
matrimonium multa incomoda ⁊ aduerſa
circūſtant.j.corinth.vij.Tribulationem tñ
carnis habebunt huiuſmodi.ſcꝫ coniuges.
In cuius ſignum in quibuſdam terris ſcu
tum portatur ante ſponſam quando vadit
ad virum.⁊ vir collaphis cepitur quando
ſubarrat ſponſam.Et hoc innuitur ꝙ in ꝯ
uiuio defecit vinum.⁊ coniuges patienter
tulerunt nec murmuraſſe leguntur.Multi
ſtatim murmurant propter quecunqꝫ defe
ctum.⁊ maledicunt illi qui matrimonium
procurauit.Contra quos ſap.j. Cuſtodite
vos a murmuratione q̃ nihil prodeſt.Sex-
to debent cōuerſare honeſte ⁊ caſte vt cor

concupiſcētia tota infra clauſtra matrimonij reſtringatur. ⁊ ſeipis ſint contenti . nec alios nec alias concupiſcant. Debent etiā honeſte ſeipis vti ⁊ ſolum naturali modo. j. coꝛinth. viij. Vir vxoꝛi debitum reddat ⁊ ſimiliter vxoꝛ viro. ⁊ nolite fraudare inuicem. niſi ex conſenſu foꝛte vt vacetis oꝛationi. Non enim in omni tempoꝛe debēt cōmiſceri. ſed in ſolennitatibus debent oꝛōni vacare. Hoc innuitur per hoc ꝙ aqua in vinum conuerſa eſt. Tunc in matrimonio aqua que eſt fluxibilis in vinum quod ē reſtrictiuum conuertitur. quando cōcupiſcentia carnis que valde fluxibilis eſt reſtringitur ⁊ intra clauſtra matrimonij coartatur vt ſolum ad inuicem ⁊ nulli alij velint penitus cōmiſceri. Septimo videndum eſt de ſeparatione coniugum quantum ad thoꝛum ⁊ cohabitationem. V Et dicendū ꝙ talis ſeparatio duobus modis fieri contingit. Pꝛimo ex vtriuſqꝫ conſenſu. vt qñ vnus vel ambo conſentiunt penitentiā agere ⁊ aliquam religionē intrant. vt dicit apoſtolus. j. coꝛinth. vj. Niſi inquit ex conſenſu vt vacetis oꝛationi. Secundo ex culpa vnius eoꝛum. vt quando alter eoꝛū foꝛnicatꝰ eſt. ⁊ poteſt pꝛobari. tunc enim reliquus cōiugum poteſt ab eo ſeparari. Si autē ambo foꝛnicati ſunt non poſſunt ab inuicē ſeparari. quia quilibet eſt in culpa. nec vnus contra alium habet ius querele. hoc idem accidit in foꝛnicatione ſpūali. que cōmittiť recedendo a fide. vt ſi alter coniugum efficiatur hereticus. quia tunc poteſtatē ſuper vxoꝛem perdit. ⁊ econuerſo. Octauo videndum eſt de totali coniugū ſeparatione. ita ꝙ vterqꝫ non poſſit alteri copľari X

Et dicendum ꝙ tale diuoꝛcium poteſt i duodecim caſibus celebrari. qui in his verſibus continentur. Erroꝛ conditio . votum cognatio crimen. Cultus diſparitas. vis. oꝛdo. ligamen honeſtas. Si ſis affinis. ſi foꝛte coire nequibis. Hec dirimunt facta ⁊ impediunt facienda. Pꝛimus ergo caſus eſt erroꝛ perſone. vt ſi conſenſi accipere filiam petri iunioꝛem. ⁊ ipe dedit maioꝛem. ſicut fecit laban iacob. vnde iacob de mãe cognita veritate poterat dimittere illā. pꝛopter ſcandalum autem bonum eſt facere ſicut iacob. Secundus caſus eſt erroꝛ conditionis. q̃n ſcꝫ vxoꝛ creditur eſſe libera . ⁊ eſt ſerua. et econuerſo de viro. ſed erroꝛ qualitatis vel foꝛtune non impedit. vt quando credit eſſe virgo vel ſapiens . vel ſana . vel diues. vel huiuſmodi. ⁊ hoc non eſt. ⁊ ſimile ē ď viro. Tercius caſus eſt votum ſolenne. quod ꝑ ſuſceptionem ſacri oꝛdinis. vel per ingreſſionem religionis ſolenniſatur. ſed votū ſimplex licet impediat contrahendum . tamen non dirimit contractum. non tamen poteſt debitum petere licet poſſit reddere. q huiꝰmodi ſimplex votum fecit. Quartus caſus eſt cognatio ſpūalis q̃e contrahitur i baptiſmo ⁊ confirmatione. vt quādo tenes filiam alicuius ad baptiſmum vel cōfirmationem. tunc illam tu non potes accipere . nec aliquis filioꝛum tuoꝛum. et ſi ſit maſculus quem tenuiſti non poteſt accipere aliquam filiarum tuarum. ⁊ ſimile eſt de cognatione legali. ſcꝫ de filijs adoptiuis. Quintus caſus eſt crimen. puta quando vir anteq̃ꝫ eſſet ſua vxoꝛ. ſed vxoꝛ alterius. pꝛomiſit ꝙ ſi moꝛeretur vir eius accipiet eam in vxoꝛem vt foꝛnicaretur cū ea. ⁊ poſtea foꝛnicatus eſt cum ea ⁊ maxime ſi vnus vel ābo poſtea machinati ſunt in moꝛtem viri ꝑ oꝛis. vel vxoꝛis mechi. Sextus ē diſparitas cultus. quia inter chꝛiſtianum ⁊ quācunqꝫ aliam non baptiſatam non poteſt eſſe cōiugium. cum baptiſmus ſit ianua ſacramētoꝝ Et ſimiliter ſi aliquis infidelis conuertatur ad fidem ⁊ vxoꝛ nollet cōuerti. poteſt accipere aliam vxoꝛem. ⁊ ſimiliter eſt de vxoꝛe quia non eſt conuentio lucis ad tenebras. neqꝫ chꝛiſti ad belial. vt dicit aplꝰs. ij. coꝝ vj. Septimus caſus eſt vis. vt qñ aliquis timoꝛe coactus accipit aliquam ſi ei poſtea quando eſt in tuto non conſentit. poteſt dimittere eam. quia matrimonia debent eſſe libera. Octauus caſus eſt ſacer oꝛdo apud latinos tm̄ ſed non apud grecos. Nonꝰ caſus eſt ligamen alicuius religionis cui per obedientiam ē ligatus. Decimus ē iuſticia publice honeſtatis que contrahitur in ſpō



ſalibus. quia puella deſponſata vni per verba de futuro nunq̃ꝫ poteſt nubere alicui de parentela illius vſqꝫ ad quartā generationem incluſiue ſi contingat illū moꝛi vel aliť impediri vt non accipiat eam. ⁊ econuerſo de viro. Vndecimus caſus eſt affinitas ſiue parentela vſqꝫ ad quartam generatiōeꝫ incluſiue. Duodecimus caſus eſt impotētia coitus. vnde quando vir pꝛopter maleficiū vel pꝛopter frigiditatem vel pꝛopter quodcūqꝫ aliud impedimentum non poteſt cum vxoꝛe coire . tunc enim poſſunt ſeparari ſi volunt. Poſſumus autem addere vnū aliū caſum qui eſt moꝛs que matrimonium ſeparat. Si enim reſurgeret non teneretur alter reaccipere illam. Et ſic patet de matrimonio carnali. ¶ Secundum eſt matrimonium ſpūale inter deum ⁊ fidelem animam quod celebratur in baptiſmi collatione. tūc enim anima abrenunciat dyabolo ⁊ pōpis eius. ⁊ fidei ānulo ſubarratur. quia deo ⁊ i deum ſe credere pꝛofitetur. ⁊ veſte polimita ⁊ talari ſcꝫ virtutum ⁊ donoꝛum ſpiritusſancti que veſtis nuptialis a chꝛiſto dicitur. matth. xxij. induitur ⁊ oꝛnatur Vnde beata agnes ait. Anulo ſuo ſubarrauit me ⁊ immenſis mō. oꝛ. me. Oſee. ij. Sponſabo te mihi in fide. Et tunc deus inſeparabiliť per gratiam eidem coniungitur donec ſpōſo fidem ſponſa ſeruat. vnde inuitus ab ea ſeparatur. Hoc matrimonium per penitentiam recōiungitur ⁊ reficitur ſi fuerit per foꝛnicationem cum dyabolo que in omni peccato moꝛtali cōmittitur per diuoꝛcium ſeparatum. Oſee. ij. Sponſabo te mihi i iuſticia ⁊ iudicio. i. in penitētia in qua homo facit opera iuſticie. ⁊ ſeipm̄ iudicat vt a domino non iudicetur. Hiere. iij. Tu foꝛnicata es cum amatoꝛibus multis tamen reuertere ⁊ ego ſuſcipiam te. Idem. xxxj. In caritate perpe. di. te ⁊ ideo attra. t. mi. Nunq̃ꝫ enim anima rediret ad deum niſi traheretur ab eo. Joh. vj. Nemo poteſt venire ad me niſi pater meus traxerit eū. Hoc matrimonium in religionis aſſumptione perficitur. in qua anima ſpūalius dō cōiungitur ⁊ magis obligatur eidem. Sicut enī in matrimonio carnali mulier relinquit patriā ⁊ parētes ⁊ totam ſpem ſuam ponit in viro. ſic in ingreſſu religionis homo relinquit. patriā ⁊ parentes ⁊ totum mundum. ⁊ ad deum ꝯfugit. ⁊ ſub eius ſpe. ⁊ pꝛotectione in poſterum viuit. Hiere. xvij. Benedictus vir q confidit in domino ⁊ erit dominus fiducia eius. Item ſicut ſponſa dum vadit ad virū induit nouas veſtes. ſic intrans religionem induit nouum veſtimentoꝛum genus. quod ad humilitatis ⁊ penitētie indicium ſancti patres ſanxerunt. Item ſicut ſponſa ſtat ď inceps ſub pꝛecepto viri ⁊ quicquid habet poſſidet cōmune cum viro ⁊ ab omni alio homine continentiam pꝛomittit. ſic intrans religionem pꝛomittit obedientiam pꝛelato loco dei. ⁊ nihil poteſt deinceps pꝛopꝛium poſſidere. Debet etiam mācre in perpetua caſtitate. In his tribus obedientia. abrenūciatione pꝛopꝛij ⁊ caſtitate perpetua hoc. matrimonium ſubſtantialiter conſiſtit. Et ſic patet ꝙ hoc matrimonium celebratur i baptiſmo. reparatur in penitentia. ⁊ perficitur in religione. Y Et nota ꝙ in matrimonio ſpūali debent tria bona ſicut in carnali matrimonio inueniri que ſunt fides. ꝓles. ⁊ ſacramentum. Fides vt anima fidem ſeruet deo quā in baptiſmo pꝛomiſit. ⁊ nūq̃ꝫ per peccatum moꝛtale cum dyabolo foꝛnicetur. qđ non facit anima peccatoꝛis. yſa. lvij. Juxta me diſcooperuiſti te. ⁊ ſuſcepiſti adulterū. Item debet ibi eſſe pꝛoles bonoꝛum operum que ſunt filij anime. yſaie. xxvuj. A facie tua dñe cōcepimus ⁊ quaſi parturiuimus ⁊ peperimus ſpūm id ē bona ſpūalia. Item debet ibi eſſe ſacramentum vt nunq̃ꝫ a deo ſeparetur. Oſee. ij. Spōſabo te mihi in ſempiternum. Joh. xv. Manete in me. quia ſiquis in me non manſerit mittetur foꝛas. Et nota ꝙ hoc matrimonium ſpūale celebratur. in chana galilee. id ē in zelo tranſmigrationis. cum de vicijs ad virtutes ⁊ de mundo ad celum tranſiť. tūc enim anima deo coniungitur tanq̃ꝫ ſponſa. Z Item in hoc matrimonio eſt ieſus. id eſt ſalus anime ⁊ vite. In nullo autem alio contubernio inuenitur ſalus niſi in ma

de matrimonio ſpūali

trimonio ⁊ coniunctione anime ad deum. ⁊
omnia ſalutifera ad hanc ſalutẽ ordinant.
propter hoc enim factus eſt mundus. fac-
tus eſt homo. ⁊ facta ſunt omnia. Johã. j.
Omnia propter ipm facta ſunt et ſ. ⁊c. id ẽ
propter ſalutem que in ipo conſiſtit. qr ipſe
eſt initium ⁊ principium omnium. Jeſus
enim ſaluator ⁊ ſalus interpretatur. Item
ibi eſt mater ieſu id eſt mater ſalutis. ſcilicet
timor dei caſtus ⁊ ſanctus per quem homo
declinat a malo ⁊ facit bonum. De primo
prouer. xv. In timore domini declinet oĩs
a malo. De ſecundo eccĩ. xv. Qui ti. de. fa.
bo. Et ideo qui ſine timore ẽ iuſtificari nõ
poterit. vt dicitur in eodem primo capitlo
Recte ergo timor dicitur mater ſalutis. qr
peccatum excludit. ⁊ bonum operat in quo
ſalus conſiſtit. Item ſunt ibi duodecim diſ-
cipuli. id eſt. xij. virtutes que fuerũt in diſ-
cipulis ieſu. Nam primo eſt ibi fides apo-
ſtolica que perfecte in apſis fuit. math. xvj
Tu es chriſtus filius dei viui dixit petrus
ſimiliter omnes dixerunt. Hoc enim matri
monium in fide celebratur vt dictum eſt.
Secundo eſt ibi ſpes apoſtolica. Johã. vj.
Domine ad quẽ ibimus. quaſi diceret. ſpes
noſtra in te eſt. Sic anima deo coniuncta
totam ſpem ſuam ponit in deum. ſi ipm ſeq
tur puro corde. ps. In te dñe ſpe. nõ cõfũ.
ine. Tercio eſt ibi charitas apoſtolica. Jo
hã. xj. Eamus ⁊ nos vt mori. cuꝫ ipo. Sic
anima deo deſponſata ſuper omnia diligit
deum. ⁊ omnia diligit propter ipm. ſicut ſpõ
ſa diligit virum ⁊ omnes cõſanguineos vi-
ri. Quarto eſt ibi obedientia prompta que
fuit inter apſos. quia ſtatim ad vnius voce
chriſti iuſſionem ſecuti ſunt eum. vt patet
matthei. iiij. Sic anima deo copulata obe-
dit omnibus preceptis dei. ſicut bona vxor
viro. Luce. vij. Dico huic vade ⁊ vadit. et
ſeruo meo fac hoc ⁊ facit. Quinto eſt ibi
eleuatio mentis a terrenis. ⁊ conuerſatio ce
leſtis. que fuit in apoſtolis. Phil. Conuer
ſatio noſtra in ce. ẽ. Sic anima deo deſpon
ſata habitat in celeſtibus vbi ẽ ſponſus ſu
us. quia vt dicit augu. Anima eſt potiꝰ vbi
amat ꝙ vbi animat. Quia ergo ſpõſus ſu⁹

quem ſuper omnia diligit eſt in celo. ideo
ipa per ſpm ſanctum eleuatur ad celũ. ezech
iij. Eleuauit me ſpũs inter celum ⁊ terram
Sexto ibi eſt plena iuſticia per quam apſi
omnibus que ſua ſunt reddiderunt. deo ho
norem. ſibiipis ſanctitatem. ⁊ proximo obſe
quiũ ⁊ bonam voluntatem. Sic anima deo
coniuncta reddit deo que dei ſunt. ⁊ ceſari
que ſunt ceſaris. Ro. xiij. Reddite omibus
debita. cui tributum tributuꝫ. cui vectigal
vectigal. cui honorem honorem. Si enim ĩ
ueniretur a ſponſo debitis obligata nõ tra
duceret eam. Septimo eſt ibi abundantia
ſpũs que fuit in apſis. Actuum. ij. Repleti
ſunt omnes ſpũſancto. Sic anima deo con
iuncta ex quo ſcit ſponſum ſuum ſpũm eſſe
iuxta illud iohã. iiij. Spũs eſt deus. nititur
quantum poteſt ſpũaliter viuere. ⁊ in ſpũm
transformari. ⁊ ſpũalibus abundare. Debꝫ
etiam matrimonium ſpũale ſicut ⁊ carnale
in abundantia celebrari. galath. v. Spũ ã.
⁊ deſi. car. nõ perfi. Octauo eſt ibi fortitu-
do ſiue patientia firma que fuit in apoſtol.
Luce. x. Ecce ego mitto vos ſicut oues in
medio luporũ. In eodem. xxj. In patiẽtia
vra poſſidebitis animas veſtras. Sic anĩa
deo cõiuncta propter nulla aduerſa q̃ ſpon-
ſus permittit ei euenire ſeparat ab eo. Ro.
viij. Quid nos ſeparabit a charitate xpi.
quaſi diceret nihil. imo reputat ſe beatam
ſi pro amore ſponſi patiatur aliquid aduer-
ſi. Actuũ. v. Ibant apo. gau. a conſpe. con.
quõm digni ha. ſunt pro no. ie. contu. pati.
Nono eſt ibi edificatio proximorũ que fuit
in apoſtolis. Matth. v. Vos eſtis lux mũ-
di. Sic anima deo coniuncta propter amo-
rem ſponſi edificat verbo ⁊ exemplo. vt p-
pter ipa ab omibus ametur. Ro. xij. Pro
uidentes bona non tm̃ coram deo ſed etiaꝫ
coram ho. j. thi. iiij. Exemplum eſto fideliũ
in verbo. in conuerſatione. in charitate. in
fide. in caſtitate. Decimo ẽ ibi victoria ple
na de inimicis que fuit in apoſtolis. Lu. x.
Reuerſi ſunt autem ſeptuagintaduo diſci. d
Domine etiam demonia ſubijciunt nobis ĩ
nomine tuo. Sic anima ſponſa dei omnes
perſuaſiones dyaboli ſuperat reſiſtẽdo. qbꝰ



ei perſuadet vt per peccatum mortale ſecũ
fornicetur. Jaco. iiij. Reſiſtite dyabolo et
fu. a vo. Vincit enim mundum ipm odien-
do ⁊ fugiendo. quia ſponſum ſuum chriſtũ
occidit. vincit etiam carnẽ ipam macerãdo
et domando. quia a deo ſpõſo ſuo ipa retra
here nititur. j. corinth. ix. Caſtigo corpus
meum ⁊ in ſer. redigo. Undecimo eſt ibi cõ
cordia et vnitas animorum que fuit ĩ apo-
ſtolis. Actuũ. iiij. Erat illis cor vnũ et ani
ma vna in domino. Sic anima ſponſa dei
vnum eſt cum deo et habet cum ipo idem
velle et idem nolle. Et ideo omnia mãdata
eius implet. ps. Ad omnia mã. t. dir. j. cor.
vj. Qui adheret deo vnus ſpũs eſt. Duo-
decimo eſt ibi cõmunio rerum ſicut ĩ apſis
fuit. quibus erant omnia cõmunia. et diſtri
buebatur vnicuiqꝫ prout opus erat. vt di-
citur actuũ. ij. Sic anima ſpõſa chriſti oĩa
habet cõmunia cum deo. Et ideo petẽtibꝰ
ſe ex parte dei bona ſua largitur que ipẽ in
perſona illorum ſe recipere profitet. math.
xxv. Quod vni ex mi. me. fe. mihi feciſtis.
In hoc matrimonio debet anima ſpon-
ſa chriſti habere hydrias aque id ẽ lachry-
mas oculorum et cordis. vt in eis ſepe la-
uetur ne ſponſo turpis appareat. iiij. regũ
v. Uade et la. ſep. in ior. ps. Lauabo p ſin.
no. le. me. ⁊c. Sic lauit ſe magdalena et pe-
trus. Et ideo ſponſo innumerabiliter pla-
cuerunt. Aque iſtius matrimonij id eſt ad-
uerſa et tribulationes et triſticia q̃ in hoc
matrimonio contigerint conuertentur ĩ vi
num optimum gaudij et conſolatiõis. Jo
hã. xvj. Triſticia veſtra vertet in gaudiũ.
ps. v. Tranſiuimus per ignem et aquam et
eduxiſti nos in refrigerium. Et ſic patet de
matrimonio ſpũali. Tercium eſt matri-
monium ſacramẽtale inter filium dei et hu
manam naturam. quod fuit initiatum ĩ pa
triarchis et prophetis quando deus iura-
uit abraam et dauid ꝙ de ſemine iporũ car
nem ſumeret. ps. cxxxj. Jurauit dom. da. ⁊
non fru. eũ de fru. vẽ. t. po. ſup ſe. t. Tunc
fuere iſtius matrimonij ſponſalia celebrata
Fuit autem ratificatum in gabrielis arch-
angeli miſſione. tunc enim ratũ et acceptũ

eſt factum tam ex parte dei ad conſũmãdũ
matrimonium angelum mittentis ꝙ ex pte
virginis que vices humãe nature gerebat
conſentientis. Conſumatum vero fuit dum
filius dei humanam naturam id eſt animã
et carnem in vtero virginali tanꝙ in tha-
lamo in vnitate perſone ſibi vniuit et co-
pulauit. vt eſſent duo in carne vna. id eſt di
uina et humana natura in vna perſona fi-
lij dei. Sicut in matrimonio carnali ſunt
duo in vna carne ſcꝫ generanda. Uterus
ergo virginalis fuit iſtius connubij thala-
mus. vt dicit grego. ps. Ipẽ tanꝙ ſponſus
proce. de tha. ſuo. Fuit autem hec ſpõſa in
domum viri introducta in xpi aſcenſione.
Tunc enim humana natura ad dexterã dĩ
patris eſt pariter collocata. tanꝙ dilecti ſui
ſponſa. Et nota ꝙ incarnatio dei dicit ma-
trimonium propter ſeptẽ. que regre infra
ſecunda dominica poſt trinitatis in primo
membro ſermonis de euangelio.

## De epiſtola ſermo. xix.

Habentes donationes ſm grãm
que data eſt vobis differentes
⁊c. Ro. xij. Intellectus huiꝰ
epiſtole dependet ex ſuperiori
bus. ſcꝫ ex epiſtola pcedentis
dominice. que immediate ſupra hãc ponit.
In qua oſtendit apoſtolus ꝙ omnes chri
ſtiani ſicut ad inuicem mẽbra corporis na-
turalis ſibiinuicem ſubminiſtrant in opera
tionibus ſuis. ita fideles debent gratijs ſibi
datis mutuo ſubuenire. Et ad hoc in pñti
epiſtola apoſtolus fideles inducit. que qui-
dem epiſtola ſcinditur in tres partes. Pri
mo docet quomodo ſuperiores ſcꝫ qui ha-
bent aliquam excellentiam reſpectu aliorũ
et gratiam ſpecialem. debent illam gratiaꝫ
alijs miniſtrare. ibi. Habentes do. Secun-
do oſtendit quomodo equales ſe ad inuicẽ
debent habere ibi. Dilectio ſine ſimulatiõe.
Tercio oſtendit quomodo etiam ad inimi
cos debemus beniuolentiam demonſtrare.
ibi. Benedicite perſe. ⁊c. Primo ergo
docet quomodo ſuperiores ſcꝫ qui habent

excellentiam aliquam reſpectu aliorum et
gratiam ſpālem debent illam alijs miniſtra
re.quia ſicut vnum membrū miniſtrat alijs
bonum ſuum ſic fideles debent adinuicem
facere.Et hoc eſt.Haben.do.⁊c.differētes
ſo eſt dona differentes.dico habentes ſm g
tiam que data eſt vobis.matthei.x.Grati
accepiſtis gratis date. Omnia enim bona
ſunt a gratia dei. Sitis ſup.membra dei
ad inuicem.id ē in diuerſis donis a deo vo
bis gratis collatis ſitis ſicut membra cor
poris.que membra bona ſua ſibi ad inuicē
coniungūt ⁊ ſibi mutuo ſeruiunt A Et
enumerat h ſeptem dona.Primum eſt pro
phetia in dicendo occulta vel futura. Et
hoc eſt.ſiue prophetiam.ſup.habeatis.⁊ h
ſm rationem fidei.id eſt ſm quod exigit fi
des illorum quibus prophetatur ⁊ qui p
phetant ⁊ habent donum prophetie.id eſt.
ſiue habeatis prophetiam propter fidē ve
ſtram ſiue propter fidem illorum quib9 p
phetatis.ſitis membrum alter alterius i p
phetando que decent.Et nota q a dono p
phetie incipit.quia in primitiua eccleſia cre
dentes accepto ſpūſancto prophetabant.et
accipitur prophetare pro futura predicere
vel occulta reuelare.Secundum eſt mini
ſterium in ſacramenta eccleſie miniſtrādo.
Et hoc eſt.ſiue miniſterium habeatis ſitis
membrum in miniſtrando.ſcʒ ſacramenta
in ſerioribus.j.corinth.iiij. Sic nos exi
ſtimet homo vt miniſtros chriſti ⁊ diſpen
ſatores miniſteriorum dei.Tercium eſt do
ctrina in ignorantes docendo. Et hoc ē.ſi
ue qui docet.id eſt docere eſt aptus.ſit mē
brum in doctrina illam alijs āminiſtrando
prouer.xj.Qui abſcondit frumenta male
dicetur a populis.benedictio autem ſuper
caput vendentium.Dan̄.xij.Qui ad iuſti
ciam erudiunt multos quaſi ſte.le in ppe.e
Quartum eſt exhortatio ad conſilia implē
da.Et hoc eſt. qui exhortatur id eſt q ha
bet gratiam exhortandi .id eſt inducendi p
efficax verbum ⁊ ſanctam vitam ſuā alios
ad maiora ſcʒ conſilia.titum.ij Hec loq̄re
⁊ exhortare.Quintum eſt abundantia rex
ad neceſſitatem pauperum ſubleuandum.

Et hoc eſt.qui tribuit.id ē qui habet vnde
tribuat elemoſinam corporalem pauperib9
ſit membrum in ſimplicitate dādo illum.i.
ſolum pro vita eterna nihil aliud querens
in elemoſina.prouer.x.Simplicitas iuſtor
dirigat eos.matthei.v. Neſciat ſiniſtra qd
faciat dextera tua. Sextum eſt eminentia
ſtatus ad alios gubernandum.Et hoc eſt.
qui preeſt ſcʒ alijs per gratiam prelationis
⁊ regiminis.preſit ⁊ ſit membrum in ſolici
tudine ⁊ primo ſui.ij.thi.ij. Solicite cura
teipm probabilem exhibere deo operarum
inconfuſibilem.⁊ poſtea aliorum.ps. Ecce
non dormitabit neqʒ dormiet qui cuſto.iſ.
B Et nota q triplex eſt ſolicitudo.
Prima eſt mundane curioſitatis.que pro
hibetur.matthei.xvj. Nolite ſoliciti eſſe di
cere.quid man.⁊ bi. Secunda eſt mūdane
infirmitatis que indulgetur.j.corinth.vij.
Qui cum vxore eſt ſolicitus eſt que ſunt
mundi quomodo placeat vxori. Tercia ē
diuine circūſpectionis ſcʒ ſolicitudo eorum
que ad deum ſpectant pro ſe ⁊ pro alijs.de
qua hic dicitur.et.j. corinth.vij. Qui ſine
vx.eſt ſo.ē que ſunt dei ⁊ quō pla.deo. Et
prelatis contemplatiuis precipitur.ij.thi.ij
Solicite cura teipm ⁊c.vt ſup. Septimuʒ
eſt miſeratio ad miſeris compatienduʒ.Et
hoc eſt.qui miſeretur.i.qui habet donum
miſerendi ⁊ compatiendi miſeris ⁊ vi op
preſſis.miſereatur ⁊ ſit membrū in hilarita
te.Eccl.xxxv.In omni dato fac hilarem
vultum tuum.In eodem.i. Inclina aurē
tuam pauperi ſine triſticia. quia hilarē da.
di.deus.ij.corint.ix.Et nota q per ſe ē da
re elemoſinam pauperi ⁊ per ſe eſt miſereri
quia elemoſina reſpicit actum exteriorem.
⁊ miſereri actum interiorem cordis. eſt em̄
miſereri miſeris dare cor.Vnde vnum po
teſt eſſe ſine altero.poteſt enim quis miſeri
ſine dare elemoſinam.eſt ergo miſereri ele
moſina interior cordis.q̄ magis placet deo.
prouer.xxiij.Prebe fili mi.cor t.mihi. Et
Et ſic patet primū. Secundo oñdit apls
quomodo equales ſe ad inuicem debēt ha
bere C Et ponit hic octo in quibus ſe
equales ad inuicem debent habere ſm deū



viuere cupientes.Primum eſt dilectio ve
ra.⁊ diſcreta quantum ad ſe.ſcʒ vt in ſe ve
ram dilectionem habeant. Dilectio autem
vera eſt quando eſt ſine ſimulatiōe.Diſcre
ta vero eſt quando in proximo oditur cul
pa ⁊ diligitur natura.Et hoc eſt.dilectio ſi
ne ſimulatione ſup.vera.⁊ nō ficta.quia vt
dicitur in iob.xxvj.Simulatores et callidi
prouocant iram dei.j.Iohā.iij. Non dili
gamus verbo neqʒ lingua.ſed opere ⁊ veri
tate.odientes malum.adherentes bono.i.
dilectio veſtra non ſolum ſit vera ſed etiam
diſcreta.quod tunc eſt quando eritis odien
tes malum in proximo ⁊ adherentes bono
eius per amorem.ps.Qui diligitis dominū
odite malum.Augu.Sic diligendi ſunt ho
mines vt eorum non diligantur errores.
Secundum eſt affectus dilectionis quātū
ad alios.vt ſcʒ ſicut quis habet dilectionē
dei ⁊ proximi in ſeipo.ita velit proximū ha
bere.⁊ ſicut ipe diligit proximum. ita velit
reamari a proximo. Et hoc eſt. charitate
fraternitatis inuicem diligentes ſupp.ſitis.
vt quilibet non tm̄ alterum diligat. ſed ab
illo rediligi appetat.Iohā.xv.Hoc ē pre
ceptum meū vt di.inuicem ſicut di.vos. qa
ſicut diligere proximum pertinet ad ſalutē
tuam.ita vt diligaris ab ipo pertinet ad ſa
lutem ipius.quam ſicut tuam debes dilige
re.Matthei.xxij.Diliges proximum tuum
ſicut teipm. Tercium eſt opinio bona de
proximo ad proximum. que oſtenditur i ex
hibitione honoris.Et hoc eſt.honore inui
cem preuenientes ſup.ſitis.vt quilibet oſtē
dat ſe ſentire de altero q ſit venerabilis et
bonus. Eſt enim honor ſm phm reuerētia
exhibita in teſtimonium virtutis.Phil.ij
In humilitate ſuperiores ſibi inuicem ar
bitrantes.j.pe.ij.Omnes honorate.et hoc
exigit amor ſi eſt in corde.qui enim veracit
diligitur ſine dubio honoratur.Ambroſius
Non eſt amor fraternus niſi mutuis ſe pre
ueniat obſequijs.Etiā viliores de eccleſijs
honorare debemus.j.corinth.xij.Que pu
tamus ignobiliora membra eſſe corporis
his habundantiorem honorem circūdam9
Quartum eſt ſolicitudo proximo obſe

quendi in feruore ſpūs.Sicut enim prelati
et qui preſunt debent circa ſubditos ſolici
tari vt dictum eſt.ita ſubditi ad inuicē de
bent eſſe ſoliciti in mutuis obſequijs exhi
bendis.Et hoc eſt.ſolicitudine ſcʒ exhibē
di quod eſt vtile.non ſitis pigri. quia tale ē
opus dei.quia vt dicitur hiere.xlviij.Ma
ledictus qui fa.opus dei negligenter. Sed
multi ſunt de quibus dicitur prouer.xxvj.
Sicut hoſtium vertitur in cardine ſuo. ſic
piger in lectulo ſuo.Hec autem ſolicitudo
debet eſſe in feruore ſpūs .ſicut ſolicitudo
marthe.Et hoc eſt.ſpū feruentes ſup.ſitis
id eſt debetis eſſe ſoliciti in feruore ſpūs q
eſt charitas ⁊ ignis diuinus. j.theſſalo.v .
Spiritum nolite extinguere. Quintum
eſt bona intentio in operibus bonis .vt ſcʒ
in omnibus bonis queramus gloriam dei.
vt pro ipis ſpem retributionis eterne habe
amus.Et hoc eſt.domino ſeruientes.id eſt
propter dominum ſitis ſeruientes in qbus
ſeruitis.vt in omnibus nihil niſi eius glo
riam queratis.Matthei.v.Sic lu.lux ve.
corā ho.vt vi.ope.ve.bo.⁊ glo.pa.v.q⁊c.
Vel ſm aliam litteram.Tempori ſeruiētes
ſcʒ ſitis.id eſt ſm temporis exigētiā ⁊ opor
tunitatem proximo ſeruiatis. Eccl's.viij .
Omni negocio tempus eſt ⁊ oportunitas.
Et ad hoc faciendum vos moueat ſpes re
tributionis eterne vt in operibus ſris gau
dentes ſpe .id eſt bona gaudenter faciatis.
propter ſpem retributionis eterne.vt ſi ter
reat labor alliciat merces.gen̄.v. Ego ero
merces tua magna nimis. Spe illius boni
ad quod tenditis quicquid in via contingit
gaudere debetis. Sextum eſt patientia i
aduerſis.vt ſi a proximo moleſtemur.vel q
cūqʒ mala nos premant patientiaʒ habea
mus.Et hoc eſt in tribulatione patientes.
Eſt em̄ patientia ſaccus meritorū.⁊ quāto
plus extenditur tanto plus capit.mat.xxj.
In pa.ve.poſſi.ani.veſtras.Quidam ſcin
dunt illum ſaccum ⁊ ideo omnia merita ef
funduntur.Aggei.j.Qui congregauit mer
ces miſit eos in ſaccum pertuſum.Patien
tia enim in aduerſis purgat animā et facit
eam perfectam.Iacobi.j.Patientia opus

perfectum habeat vt ſitis perfecti. Et ideo
beatus vir qui ſuffert temptationē quō cū
proba. fu. ac. co. vite vt ibidem dicit̄ Se-
ptimum eſt orationum inſtantia. vt ſcʒ pro
malis culpe amouendis. ⁊ pro bonis ⁊ ne-
ceſſarijs obtinendis orationi inſiſtemus. Et
hoc eſt. orationi inſtantes ſitis. j. theſſal. v.
Sine intermiſſione. o. j. pe. iiij. Eſtote pru-
dentes ⁊ vigilate in orationibus. Pro no-
bis nāqʒ ⁊ alijs orare debemus. Multa em̄
nos ad orandum impellunt. ſcʒ abūdantia
malorum ⁊ periculorū que circūſtant. quia
totus mundus in maligno poſitus ē. j. Jo.
v. Miere. Omnis homo a proximo ſuo ſe
cuſtodiat ⁊ in omni fratri ſuo nō habeat fi
duciam. quia oīs frater ſupplantatus ſup-
plantabit. ⁊ omnis amicus fraudulenter i-
cedet. Et debilitas virium ad reſiſtendum
malis. Ro. viij. Video aliam legem in mē-
bris meis repugnantem legi mentis mee. ⁊
captiuantem me in lege peccati que eſt in
membris meis. Et carentia virorū bonorū
qui deficiunt. yſaie. lvij. Viri miſericordie
tolluntur. quia non eſt qui eripiat. math. ix
Meſſis quidem multa operarij paucij. ro-
gate ergo dominum meſſis vt mittat opera
rios in meſſem ſuam. Octauum eſt miſe
ricordie exhibitio in ſanctos ⁊ peregrinos.
Non enim ſolum prelati ⁊ maiores debent
benefacere ſuis inferioribus. ſed etiam iſe-
riores ad inuicem debent ſibi mutuo ſubue
nire. Et ideo quod ſupra dixit de maiorib⁹
ad minores. nunc dicit de paribus inter ſe.
vt vnus ſubueniat alteri. ⁊ maxime ſanctis
hominibus benefacere debemus. Ecci. xxj.
Si benefeceris ſcito cui benefeceris. bn̄fac
iuſto ⁊ magnam inuenies retributionem. ⁊
ne ſuſceperis peccatorē. Et hoc eſt. neceſſi-
tatibus ſanctorum cōmunicantes. ſup. vr̄a
bona temporalia. Hebre. xiij. Beneficien-
tie ⁊ comunicationis nolite obliuiſci. tali-
bus enim hoſtijs promeretur deus. ij. cor.
viij. Veſtra abundantia ſcʒ in rebus tēpo-
ralibus illorum inopiam ſuppleat. vt ⁊ il-
lorum abundantia ſcilʒ in ſpūalibus veſtre
inopie ſit ſupplementum. Et hoc ſi ſint i lo-
co reſidentes. Si autē ſunt tranſeuntes reci

piatis eos hoſpicio. Et hoc nō ſolū ſemel.
ſed continue ſitis ſectantes hoſpitalitates i
illis. ſcʒ qui tranſeunt exēplo abrae ⁊ loth.
qui inde magna premia ſunt conſecuti. Et
abraam in āgelis hoſpicio receptis cogno-
uit vnitatem ⁊ trinitatem dei. dum tres vi-
dit ⁊ vnum adorauit. ⁊ accepit promiſſionē
de filio habendo de quo filius dei debebat
naſci. in quo omnes gentes benedici debe-
bant. Et loch ab eiſdem angelis liberatus
eſt ab incendio ſodomorum. Hyſtoria ha-
betur geñ. xviij. ⁊. xix. ca. Matheus ⁊ mar
tha ⁊ maria magdalēa hoſpite chriſti ſan-
ctificate ſunt. ⁊ maximas gratias a deo re-
ceperunt. Pluries eſt inuentum ꝙ hoſpi-
talitates credentes recipere peregrinos re-
ceperūt chriſtū. Sicut patet de beato greg.
qui pluries recepit chriſtum ⁊ angelum di.
Imo melius dicamus ꝙ ſemper recipiunt
chriſtum. matthei. xxv. Eſuriui ⁊ de. mihi
man. ⁊c. Multa valde deberent nos induce
re ad operā miſericordie ⁊ maxime ad ho-
ſpitalitatem ſectandam. Et ſic patet ſecun-
dum. D Tercio oſtendit aplus quō ad
inimicos debemus beniuolentiā demonſtra
re. ⁊ hoc quantum ad quinqʒ. Primo vt
corde inimico benedicamus pro ipo orādo
matthei. v. Orate pro perſequentibus ⁊ ca
lumniantibus vos. Et hoc eſt. benedicite.
id eſt bonum optate perſequentibus vos. ⁊
pro ipis orate vt deus reducat ipos ad pe-
nitentiam. Secundo ore ⁊ non ſolum corde
inimico benedicamus eum ſalutando ⁊ be-
nedicendo. Et hoc eſt. benedicite ſcʒ ore. ⁊
oris benedictio ex corde procedat. ⁊ nolite
maledicere contra quoſdam qui ſimul bene
dicunt ⁊ maledicunt. Vnde benedictio nō
ſit maledic..ni admixta. exemplo chriſti de
quo dicitur. j. pe. ij. Qui cum ma. non ma.
cum pa. nō comi. Tercio vt cōgratulemur
inimico in bonis ⁊ compatiamur in malis.
Et hoc eſt. gaudere ſcʒ cum inimicis gau-
dentibus ſup. debetis. vt per hec congratu
lationis ſigna animi beniuolentia deſignet̄ ⁊
demonſtretur. Phil. ij. Gaudeo ⁊ cōgra-
tulor omnibus vobis. Idipm autē et vos
gaudete ⁊ congratulamini mihi. Et ſimilit̄



flere debetis ſcʒ cum inimicis flentibus. vt
cōpaſſionem in aduerſis eis ingruentibus
oſtendatis. Ecci. vij. Non deſis plorātibus
in conſolationem et cum lugentibus ambu
la. ij. corinth. x. Quis infirmatur et ego nō
infirmor. quis ſcan. et ego nō vror. Et ita
debetis gaudere ⁊ triſtari cum inimicis vt
bonum ⁊ malum eorum veſtrū reputetis.
quod eſt ſūme perfectiōis. Vnde determiat
modum gaudij ⁊ meroris. Et hoc eſt. Jd
ipm inuicem ſentientes ſitis ſup. vt qd vn⁹
ſentit. i. experit̄ ſiue maluʒ ſiue bonū ſentiat
alter per animi cōpaſſionē ⁊ per ſigni oſten
ſionem. Augu. Bona voluntas aduerſa al
terius quaſi propria debet reſpicere. Quar
to vt in intellectu cum eo concordemus. vt
etiam ſi ſciamus alta ⁊ magna non prefera
mus nos ei ipm vilipendendo ⁊ ſupprimē-
do. ⁊ noſtrā ſcientiam exaltando. ſed cōſen-
tiamus humili ſcientie quam inimicus no-
ſter habet. ⁊ oſtendamus nos cū eo in om-
nibus concordare. Et hoc eſt. Non ſitis al
ta ſapientes quantū ad intellectū. i. nō oſtē
datis vos alta ⁊ magna ſapere alijs deſpec
tis. Ro. xj. Noli altum ſapere ⁊ time. Lu.
xvj. Quod altum eſt hominibus abomina
bile eſt apud deum. Sed ſitis humilibus cō
ſentientes. id eſt humili ſcientie paruulorū.
quibus deus reuelat veritatem. matthei. xj.
Abſcondiſti ea a ſa. ⁊ pru. ⁊ reue. e. paruul.
Quinto vt inimico malum pro malo red-
damus ſed bonum. ⁊ hoc eſt quod poſt hāc
epiſtolam dicit ſubdens. Nulli malum pro
malo reddentes ſed cū bo. pa. habē. Ro. xij
Si eſurierit inimi. tuus ci. illum. ſi ſitit po.
da illi. Et ſic patet tercium. ⁊ per cōſequēs
patet littera. Nā aplus in hac epl'a ad vi-
ginti optima nos hortatur. nam ponit ſep-
tem quantū ad maiores reſpectu minorum
⁊ octo reſpectu equalium. que debēt habe
re ad inuicem. ⁊ quinqʒ quātū ad inimicos
Ad edificationem noſtrā vnum ſolum i
hac epiſtola videamus. quia cum tota ſcri
ptura clamet ꝙ homines bene agant. ⁊ de-
us innumerabilia premia. bene agentibus
repromittat. ⁊ male agentibus penas innu

merabiles cōminetur. bene etiaʒ operari ſit
opus rationis que in homine dn̄atur. qua-
re non omnes hoīes bene operantur. ⁊ vir-
tute deſerta vicioſe agūt. ps. Nō eſt qui fa.
bo. non eſt vſqʒ ad vnū. Ad hoc dicendum
ꝙ hoc ꝯtingit ꝓpter ſex E Primo ꝓpter
facilitatē. bonū em̄ opus procedit a vtute.
virtus aūt vt dicit phs ē circa difficile. ſic
patet. nā in fide nr̄a multa difficilia ⁊ oēm
intellectū nr̄m excedētia ꝯtinētur q̄ ad ſalu
tem ꝯſequendā credere oportet. propter qd
dicitur yſa. liij. Dn̄e qs cre. au. no. Simile
apparet in ſpe. ꝙ eni hō ſperat futurā gl'am
quā nec oculus poteſt videre. nec auris au
dire. nec cor cognoſcere. nec intellectus in-
telligere. vt dicit apl's. j. cor. ij. ē valde diffi
cile. Simile apparet in charitate. nā ꝙ hō
diligat inimicos ⁊ diligat deū pluſq̄ʒ ſe ⁊ fu
tura bona pluſq̄ʒ preſētia eſt valde difficile.
Homines autē magis inclinātur ad facile
q̄ʒ ad difficile. ⁊ ideo plures male agunt q̄ʒ
bene Secundo hoc cōtingit propter mul
tiplicitatem. quia vt dicit dyo. malum con-
tingit multifariam. id eſt multis modis. bo
nū autē vnifariā. i. ex vna ⁊ perfecta cauſa
Exēplum de hoīe ſano ⁊ infirmo. Ad hoc
em̄ ꝙ ſit infirmus ſufficit ꝙ in vno mēbro
ſcʒ pede vel oculo patiat̄. Ad hoc aūt ꝙ ſit
ſanus oportet ꝙ i toto corpore ⁊ in oībus
mēbris ſanitate potiat̄. Similiter apparet
i pulcritudine. Idē ergo dicendū ē de ope-
ratiōe bōa ⁊ mala. i qua ſi vna circūſtātia
deſit ſufficit ꝙ ſit mala. ſed ad hoc ꝙ ſit bo
na oēs bone circūſtantie requiruntur. vt ꝙ
ſit fctā debito mō tpe ⁊ loco ſuo. bono aīo
ad bonū finem. ⁊ multa alia. Nō autē citi
us amittit aliquid q̄ʒ ꝙ omnia ſeruet. ⁊ ideo
plures male agunt q̄ʒ bene. Tercio prop
ter cōnaturalitatem. vnūquodqʒ em̄ magis
inclinatur ad id quod eſt ſibi naturale. q̄ʒ
ad id quod eſt ſibi ab alio. Sicut lapis ma
gis inclinatur ad ferri deorſum quod habʒ
a natura. q̄ʒ ad aſcendere ſurſum. quod ha
bet a proijciente et econuerſo eſt de igne.
Sed cum homo ſit ex nihilo et naturaliter
defectiue operat̄. qd ē opari malū. q2 facere

malum non eſt niſi deficere a bono vt dicit
boe. Et ideo augu. dicit ꝙ malum nihil eſt
⁊ nihil fiunt hoies cū peccāt. Operari au
tem bonū habet hō a deo. Jo. xv. Sine me
nihil poteſtis fa. ⁊ ideo ho citius inclinat
ad maiū qd habet a natura. ꝗ ad bonū qd
habet ab alio ſcꝫ a deo. et hāc rōꝫ aſſignat
greg. Quarto propter boni propinqtatē
omnis enim homo naturaliter deſiderat bo
num. qꝛ vt dicit phs. bonū eſt qd oia appe
tunt. Hec autē eſt differētia inter operati
onem boni ⁊ operationē mali. qꝛ in opera
tione mali ē delectatio ⁊ poſtea ſeqtur ama
ritudo. qꝛ vt dicit phs mali penitudine re
plentur. ſed in operatiōe boni ē econuerſo.
qꝛ bonū fit cū difficultate. qꝛ arta eſt via q̄
ducit ad vitā. matth. vij. ⁊ ideo ē ibi pena.
ſed poſtea ſeqtur delectatio. qꝛ bonorū labo
rum glorioſus ē fructus. Sap. iij. Hō aūt
magis inclinatur ad pn̄s bonū ꝗ ad futuꝝ
qꝛ futurū eſt incertū ⁊ poteſt non haberi ⁊
perdi. propter qd prouerbiū dicit. Melius
eſt hodie ouū ꝗ cras gallina. Quinto ꝓ
pter malam ſocietatē. Nam in omni opere
bono caro contradicit anime. Galath. v.
Caro cōcu. aduer. ſpūm. Et ita fortiter de
clinat animā ad delectabilia mundi. ꝙ aīa
non poteſt agere bonū quod vult. Ro. vij.
Non eniꝫ quod volo bonū hoc ago. ſed qd
odi malum illud facio. Video eīn aliā legē
in mem. me. re. le. men. mee. Et ideo anima
tedio victa malum operatur. Hec autē cō
trarietas in homine nō fuiſſet niſi peccaſſet
Juſto enim dei iudicio factum eſt vt dicit
grego. ꝙ ſtatim qn̄ anima rebellauit deo.
⁊ caro rebellauit anime. Sexto propter
modicam fidelitatē. Si eīn homo firmiter
crederet aliam vitā ⁊ immenſitatem p naꝝ
⁊ perpetuitatem. ⁊ ſimiliter immenſitatem
glorie. ⁊ crederet firmiter propter bōs ope
ra in perpetua gloria collocari. et propter
mala eternis ignibus deputari. raro male
ageret. Sed homo habet fidem mortuam
⁊ remiſſam ⁊ dicit forte ſic erit. ſicut dixit
adam eue dicenti ſibi ꝙ eſſet ſicut deus. non
enim credidit. qꝛ vt dicit aplūs. j. thi. ij. Adā

non eſt ſeductus ſed dixit. Si hoc mihi eue
niet videbo. Ita homines non credunt ſed
dicunt. ſi erit videbimus. Propterea apo
ſtoli dixerunt chriſto luce. xvij. Domine ad
auge nobis fidem.

Dominica ſecunda poſt octauam epiphanie de euangelio ſermo viceſim⁹

Cum deſcendiſſet ieſus de mon
te ſecute ſunt eum turbe multe
matthei. viij. In hoc euāgelio
duplex miraculum a ſaluatore
noſtro factum ſalubriter reci
tatur. Primū fuit mundatio cuiuſdam le
proſi. in principio euangelij. Secundū fuit
curatio paralitici. ibi. Cum autē introiſſet
caphar. Circa primum miraculum ſcꝫ mū
dationem leproſi tria ponūtur. Primo mi
raculum antecedentia. ibi. Cum deſcen. ie.
ec. lepro. ve. ado. eum. Secundo miraculuꝫ
concomitantia. ibi. Extendens ie. man. ait.
Volo. mundare. Tercio miraculum ſubſe
quentia. ibi. Et ait illi ieſus. Vide ne dixe.
ſed vade oſt. te ſacer. ⁊c. Littera plana eſt.

Senſus miſticus.

Miſtice exponendo nota ꝙ per iſtum le
proſum intelligitur genus humanum pec
cato infectum. Quando ergo ieſus deſcen
dit de monte ſue maieſtatis ⁊ factus ē ho
mo. tunc ſecute ſunt eum turbe multe. Ali
qui vt inſtruerentur ⁊ ſequerentur audien
do verba vite vt diſcipuli. Aliqui vt ſana
rentur vt infirmi. Aliqui vt viderēt ſigna.
vt curioſi. Aliqui vt obſeruarent. vt phari
ſei. Anteꝗ enim deſcenderet de monte dei
tatis ſue fieretqꝫ homo. pauci eum ſeque
bantur. quia pauci eum cognoſcebāt. nā ſo
lum iudei. ps. Notus in iudea deus. quādo



ergo factus eſt homo tunc venit ad eum le
proſus id eſt genus humanū peccato infec
tum ⁊ humiliauit ſe mala ſua recognoſcen
do. ⁊ adorauit eum ⁊ ſalutem petiuit. Tria
ergo fecit. Nā venit per charitatem ⁊ deſi
derium paſſibus mentis. ſic eīn ad deū acce
ditur. Adorauit per fidem ⁊ humilitatem.
Salutem petijt per ſpem ⁊ benignitatē di.
Domine ſi vis potes me mundare. quaſi di
cat. poſſe tuum credo ⁊ confiteor. qꝛ credo
te eſſe verū deum. quia omnia potes. ⁊ ideo
vt te deum adoraui. Sed propter benigni
tatem tuā ſalutem meā ſpero. ⁊ ideo mūda
me. quia ſi vis potes me mundare. Et extē
dens ieſus manum ſue virtutis tetigit eum.
dicens. Volo. mundare. i. ſis mundus. impe
ratiui modi ē. q. d. Quid mirum ſi volo te
mundare imo propter hoc ſolum de celo dē
ſcendi ⁊ factus ſū hō vt te tangerē ⁊ cura
rem. Et nota ꝙ ſtatim qn̄ ieſus tetigit ho
minē leproſum qd fuit in cruce. qn̄ factus
eſt ſicut leproſus totus ſāguinolentus ⁊ vl
ceroſus totus. iuxta illud yſai. liij. Repu
tauimus eum quaſi lepro. ⁊ percuſſū a deo
⁊ humiliatū. tūc ſanatus eſt hō. In cuius
figura ieſus voluit tāgerē leproſū ad innu
endum ꝙ qn̄ ipe quaſi leproſus fieret tunc
hō mundaretur. Et hoc eſt quod ſequitur.
Et confeſtim mundata ē lepra eius E
Et nota ꝙ in omnibus mēbris chriſti erat
virtus ſanatiua. Lu. vj. Virtus de illo exi
bat ⁊ ſanabat oēs. Nā manu tangēdo hūc
leproſum ſanauit eū. ore dicendo mattheo
ſequere me ſanauit eū in anima. oculo re
ſpiciendo petrū conuertit eū. pedes cū tāge
rentur a magdalena a peccatis dimiſſa eſt.
dū facies eius ſtaret ſupra ſocrū petri obū
brādo eam febris dimiſit eā. dū emorroiſſa
fimbriā veſtimenti eius tāgeret ſanata eſt.
dum digitum miſit in aures ⁊ os muti loq̄
lam habuit ⁊ auditū. dū ſputo oculos ceci
nati liniuit rehabuit viſum. dū vocē guttu
ris eius audiuit lazarus reuixit. Si ergo a
lepra peccati cupimus ſanari veniam⁹ ad
deum per deſideriū ⁊ charitatē. Jaco. iiij.
Appropinquante deo ⁊ appropin. vo. Ado

remus eū per fidē ⁊ humilitatē. qꝛ credere
oportet ad deū. vt patet ad hebre. iiij. Spe
ramus ſalutē per ſpem ⁊ benignitatē. prop
ter eīn eius benignitatē ſaluteꝫ ſperamus.
Tytū. iiij. Nō ex operibus iuſticie q̄ fe. n.
ſed ſm ſu. mi. ſal. n. fe. Et ſic patēt antecedē
tia ⁊ cōcomitantia miraculum primum.

Moralitas

Moraliter autem nota ꝙ per leproſum
iſtum intelligitur peccator. ⁊ per leprā pec
catū multiplici rōne S Prio rōne fi
gure eorum que deus mādauit per moyſen
circa leproſum obſeruari. Nā vt ptēt leui.
xiij. Leproſo exiſtenti in lepra quinqꝫ pci
piebātur facere. ſ. vt recederet a ſocietate
hoim. vt portaret veſtimēta diſſuta. vt ha
beret caput diſcoopertū. vt haberet os tec
tum. ⁊ vt clamaret ſe imundū. Omnia hec
conueniunt peccatori. H Nā peccator
per peccatū hec quiqꝫ mala incurrit. Pri
mo eīn ſepatur a deo ⁊ a ſocietate āgelorū
⁊ ſanctorū ⁊ a ſocietate fideliū de eccleſia.
de quibus nō eſt merito ſed ſolum numero
⁊ eius habitatio ē cū demonibus ⁊ cū feris
peſſimis. q̄ deuorāt animā in deſerto. i. i mū
do ab omni virtute deſerto. Job. ij. Frater
fui draconū ⁊ ſocius ſtrucionū. Sic nabu
chodonoſor propter peccatū proiectus fu
it ab hominibus. ⁊ factus beſtia cū beſtijs
habitauit. vt patet dan̄. iiij. ps. Hō cū ī ho
nore eſſet nō intel. cōpa. ē iu. in. ⁊ ſi. fa. ē ill.
Et tandē recludet in leproſorio inferni. nā
de celo de paradiſo ⁊ de mūdo expulſi ſunt
peccatores et eis leproſorium in inferno eſt
aſſignatū. Apoca. xxij. Foris canes ⁊ vene
fici. Secundo habet veſtes diſſutas. i. vir
tutes q̄ ſunt veſtes anime. quia virtutes ita
ſunt cōſute in hoīe iuſto vt qui habet vnā
habet omnes. nec vna ſine reliquis haberi
poteſt. Per peccatum autem diſſuitur. qꝛ
peccator poteſt habere fidem informem ſi
ne alijs virtutibus et poteſt habere prudē
tiam ſine alia ſcilicet fortitudine. et iuſtici
am ſine tēperātia prout ſūt ꝟtutes morales

et non infuſe a deo. Tales virtutes q̄ ſunt
diſſute modicum calefaciūt animā. Et ideo
a deo reijciuntur. Apoca. iij. Utinam eſſes
calidus aut frigidus. ſed quia tepidus es in
cipiam te euomere ex ore meo. Qui tales
veſtes habent ſunt viri confuſi turpit val
de. quia nō cooperiunt turpitudinē pecca
torum ſuorum. ſicut vniuerſa delicta operit
caritas. vt dicitur prouer. x. Hoc fuit figu
ratū in eo ꝙ amon rex. i. dyabolus fecit p
cidi veſtes vſq̄ ad nates nūcijs dauid qui
iuerant ad conſolandum eum. Quibus rex
dauid mandauit vt nō redirēt in hieruſalē
ad eum. ſed ſtarent in hiericho. vt patet. ij.
regū. x. Sic dyabolus facit illis qui conſo
lantur eum in eo ꝙ male agunt. qb⁹ diſſuit
et precidit veſtes. et ſunt viri confuſi turpit
valde. Quibus deus mandat. i. prohibet ne
veniant in hieruſalem celeſtē ad videndum
eum. ſed ſtent in hierico. i. in defectu et carē
tia viſionis diuine q̄ eſt pena penarū. Hie
rico enim luna interpretatur in qua defec
tus notatur. Tercio habet caput diſcoptū
id eſt nō habet armaturam dei que cōſiſtit
in virtutibus infuſis et donis ſpūſſancti. Et
ideo ī plio ſpūs ſtare nō poteſt. nec reſiſtere
qn vulneretur et perforet. iaculis enī tēpta
tionum et impulſionibus dyaboli reſiſtere
nō poteſt qn ab ipis vulneretur et ledat. Et
ideo cayn peccator effectus ait. oīs q inue
nerit me occidet me gen̄. iiij. Et ideo quotī
die mortaliter peccat. et de peccato trahitur
ad peccatū. Grego. Peccatū qd per peni
tentiā nō deletur mox ſuo pōdere ad aliud
trahit. Propterea dicit apłs ad ephſ. vj.
Induite armaturā dei vt poſſitis ſtare ad
uerſus inſidias dyaboli. q̄ ſtultū eſt in plio
inerme eſſe. Quarto habet os tectū. q̄ ali
mētum anime. i. verbū dei non ſumit et ſi ſu
mit non retinet. et fit ei abominabile quod ē
ſignum mortis. ps. Omnē eſcā abominata
eſt aīa eorū. et appro. vſq̄ ad por. mortis.
Non ſumit etiā alimentū vite. quia omnia
opera ſua ſunt mortua. nec poſſunt anime
vitam conferre. et ideo fame moritur. Lu.
xv. Ego autem hic fame pereo. Debebat
etiā os contectum portare. quia fetebat os

eius. Sic peccator corā deo et ſanctis eius
fetet. yſaie. xxxiiij. De cadaueribus eorum
aſcendet fetor. Et ideo tanq̄ aſinus et canis
fetens ad foueas inferni proijcitur ī morte.
Hiere. xxij. Sepultura aſini ſepelietur pu
trefactus et proiectus extra portas hierlm.
Luce. xvj. Mortuus eſt diues et ſepul. ē in
inferno. Quinto debet clamare et dicere ſe
immundum. et hoc eſt ſignū ꝙ ſe iuuare nō
poteſt. ſed adiuuari petit. Nā ille q clamat
in anguſtia poſitus auxiliū petere videtur.
peccator enī per ſe poteſt cadere in peccatū
ſed non inde exire. quia eſt ſpūs vadens et
non rediens. vt dicitur in ps. Unde niſi mi
ſericordia dei vel prece alicuius ſancti viri.
vel precibus eccleſie que quotidie pro pec
catoribus rogat. iuuaretur peccator. nunq̄
ad deum rediret. et ideo per deuotam oratio
nem fortiter debet clamare. Job. v. Uoca
ſi eſt. id eſt quia eſt qui te audiat. et ad ali
quem ſanctorū conuertere. ps. Leua. ocu.
meos in mon. id eſt in ſanctos vnde veniet
auxiliū mihi. Sic clamauerunt illi decem
viri leproſi qui ſteterunt alonge et le. vocē
di. Jeſu pre. mi. noſtri. Et ideo mūdati ſut
vt patet. Luce. xvij. Sic clamauit chana
nea dicens. Miſerere mei fili dauid et filia
eius fuit liberata. vt dicitur matthei. xv
Secundo per lepram intelligitur peccatū.
ratione originis et vniuerſalis infectionis.
Originatur enim lepra et cauſatur ex cor
ruptione quattuor humorum. Omnes enī
hūores ſūt ī leproſo corrupti. et iō oīa mē
bra corrūpunt. Sic pctm̄ cauſat ex
corruptiōe et mala diſpoſitiōe quattuor af
fectionū q̄ ſūt ī aīa. q̄ ſūt gaudiū ſpes tior et
dolor. ppt qd aīa efficit leproſa et oēs potē
tie aīe corrūpunt. gaudet eī pctōr de pctis de
qb⁹ nō ē gaudēdū ſ3 flendū. puer. ij. Letāt
cū male. et exul. in re. peſ. Et de qb⁹ ē gau
dēdū ſcz de bonis opib⁹ nō gaudet imo atte
diat ī ipis Job. x. Tedet ani. m. vi. m. Itē
tiet q̄ n̄ ſūt timēda ſcz bona mūdi ne ſibi dēfi
ciāt. et homines mūdi ne ſe ledāt. ps. Illic
trepi. ti. v. n. fu. ti lu. xij. Ne tīeami ab his
q cor. occi. et poſt hoc n̄ ha. amp. qd fa. Et
non timet deum nec ſanctos qui ſunt. ſuper



omnia timendi. Luce. xij. Timete eum qui
poſt oc. mittere habet in gehennam. Item
ſperat in quibus non eſt ſperandum. ſcz in
mundum. qui ab initio fefellit omnes in ſe
ſperantes. yſa. xxxvj. Ecce confidis ſuper
baculum arundineum confractum ſuper
egiptum. id eſt ſuper mundum. qui ē cōfuſio
et tenebra. ſic enim interpretatur egiptus.
Cui cum innixus fuerit homo cōminutus
intrabit manum eius et perforabit eam. Et
non ſperat in bonitate dei et in merito paſſi
onis chriſti. et in oratione ſanctorum ī quo
eſt ſperandum. ps. Sperate in eo omnis cō
gregatio populi. Item dolet de quibus nō
eſt dolendum. ſcilicet de perditiōe pecunie
et honoris. et de morte propinquorum et de
huiuſmodi tranſitorijs. plus dolet dum per
dit numum q̄ cum perdit deum. plus dolet
perdere mundum q̄ celum. plus poſſeſſiōes
q̄ virtutes. plus amicos q̄ ſanctos. plus
corpus q̄ animam. Et de quibus eſt dolen
dum non dolet. ſcilicet de morte anime et de
verberibus peccatorum. prouerbiorum. xxiij
Uerberauerunt me et non dolui. Mirabi
lis error regnat in mundo. quia vt dicit au
guſtinus. Quia moritur homo in corpore
et omnes amici eius conueniunt et plorant
moritur in anima et nullus dolet et nullus
plorat. Sic ergo patet ꝙ quattuor affectio
nes anime ſunt corrupte in peccatore. pro
pter quod dicit boecius. Gaudia pelle. pel
le et timorem ſpemq̄ fugato. nec dolor aſſit
Nubila mens eſt vinctaq̄ frenis hec vbi
regnant. Ex horum autem quattuor corru
ptionibus omnes potentie anime inficiunt
tam interiores q̄ exteriores. Nam volūtas
fallacia bona vult. intellectus falſa cogno
ſcit. memoria malorum recordatur. cor pra
ua cogitat. oculi vana vident. aures inho
neſta audiunt. lingua peruerſa loquit. ma
nus illicita tangunt. et breuiter omnes po
tentie anime ſunt infecte. Tercio per le
pram ſignificatur peccatum ratione opera
tionis et proprietatis. Habet enim lepra ſe
ptem peſſimas actiones in corpore efficere
ſeptem peccata mortalia figurantes. quas
require infra dñica. xiiij. poſt trinitatis in
moralitate ſermonis. Quarto per leprā

intelligitur peccator ratione curationis. q̄
ſolus deus poteſt curare leproſum. et ſimili
ter peccatores. Hoc etiam ibidem require
Et nota ꝙ quinq̄ modis legimus
lepram curatam fuiſſe in ſcriptura. qui ſig
nant quinq̄ modos curationis peccatorū.
Primo aque ablutione. vt lepra naaman.
qui curatus eſt in iordane. vt patet. iiij. re.
v. Et ſignat baptiſmum. in quo omnia pec
cata mundantur. Apoca. j. Qui dilexit nos
et lauit nos in ſanguine ſuo. id eſt in virtu
te ſanguinis ſui qui in baptiſmo operatur
Signat etiam lachrymarum effuſionem in
quibus lota fuit magdalena et petrus. Lu.
xxiij. Egreſſus petrus fleuit amare. ps.
Exitus aquarum deduxerunt oculi mei q̄
nō cuſtodi. legem tuam. Secundo perſone
oſtenſione. vt patet de illis decem leproſis.
quibus chriſtus dixit. Ite oſtēdite vos ſa
cerdotibus. Et fac. eſt dum i. mun. ſunt. lu.
xvij. Et ſignat confeſſionem in qua homo
oſtendit ſacerdoti conſcientiam loco dei. q̄ ē
tante virtutis ꝙ ſtatim vt homo proponit
firmiter confiteri mundatus eſt a culpa et
a pena inferni liberatus. ps. Dixi cōfitebor
aduer. me iniu. me. domino et tu remiſiſti im
pietatem peccati mei. Ex magna ergo mi
ſericordia dei proceſſit. ꝙ tam facilia et effi
cacia remedia cōtra peccata inſtituit. et ho
mo miſer non ſumit ea. Tercio preſentie ſe
paratione. vt lepra marie ſororis moyſi. pro
qua cū moyſes rogaret vt ſanaretur. rn̄dit
dñs ſeparetur primo et maneat extra caſtra
ſex diebus. vt patet nu. xij. Et ſignat excō
municationē. et aliarū penarū eccleſiaſtica
rū irrogationē. que ſunt vt quedā medicine
amare purgantes malos humores. Quidā
hn̄t hūores ita inuiſcatos. i. peccata ita in
fixa aīe per obſtinationē ꝙ nō niſi p fortē
medicinā. i. diſciplinā extirpāt. Job. vj. pec
cata mea ſic ſagitte ī me ſūt. j. cor. v. Decre
ui h⁹modi tradere ī interitū carnis. i. vexa
tionē ſathāe vt ſpūs ſalu⁹ fiat. ī p̄mitiua eccle
ſia q excōicabant ſtatī a demōe vexabāt
Quarto mā⁹ incluſiōe vt man⁹ moiſi q̄ ex
tracta de ſinu moiſi leproſa appuit et rpoſita
ī ſinu ſimilis facta ē carni reliq̄ vt ptēt exo
di. iiij. Et ſignat religionis

ingreſſum. Aliqui cum in ſeculo ſunt valde
leproſi ⁊ peccatores. qui dum intrant reli-
gionem curantur. Sic curatus eſt matthe-
us. dum illam ſanctam ⁊ venerabilem apo
ſtolorum religionem ac conſortium eſt in-
greſſus. Eſt enim religio quaſi quoddam
martyrium. in quo omnia peccata purgan
tur. Quinto tactus impreſſione vt hic le-
proſus. et ſignat penarum ⁊ tribulationum
inflictionem. que ſunt vt quoddam purga-
torum rubiginem conſumens ⁊ animā ru-
tilantem reddens. Eſt autem duplex purga
torium. Unum in vita iſta in quo homo le
uiter tangitur. quia omnis pena in preſenti
leuis ⁊ momentanea eſt. vt dicit apoſtolus
ij. corinth. iiij. In quo hō probatur quaſi
aurum per ignem. an ſit verum aurum. ge-
neſis. xxj. Accede ad me vt tangam te fili
mi. ⁊ probem vtrum tu ſis filius meus.
Aliud purgatorium eſt in alia vita in quo
homo fortiter tangitur ⁊ vt ferrum mixtū
terre. ſcʒ vena ferri. ponitur in igne magno
ad purgandum. Propter quod qui ſūt ibi
miſericordiam a nobis poſtulare nō ceſſāt
Iob. xix. Miſeremini mei miſeremini mei
ſaltem vos amici mei. quia manus domini
tetigit me. Tercio ponuntur miraculum
primum ſubſequentia. quia facto miraculo
dixit ieſus mundato. Vide nemini dixeris.
Et attende ꝙ quāuis hoc verbum ſit in for-
ma precepti. non tamen preceptum fuit.
Quomodo enim ⁊ quare ei precepiſſet vt
nemini diceret cum ſanauerat eum coram
multis turbis. Sed vt daret nobis exem-
plum vt in bonis operibus gloriam homi-
num non quereremus. ideo ſic mandauit.
Glo. Celari iuſſit ⁊ celari non potuit. ſed
dat exemplum. vt ſui ſequaces in magnis
que faciunt lateri velint. ſed vt proſit alijs
prodamur inuiti. Inſinuatur etiam in hoc
vt qui gloriam mundi fugit maxime eā ap
prehendit. vt patet in ſanctis qui ſpreuerūt
gloriam mundi et modo ita exaltantur in
hoc mundo a mundo ⁊ etiam a mundanis
Unde quidam ſapiens. Hoc ſolum habet
huius mundi gloria glorioſum. ꝙ ſe appe-
tentes fugit. ⁊ ſe fugientes appetit. Sequit
Uade oſtende te ſacerdoti. Glo. Mittit ad
ſacerdotem propter humilitatem. vt ſacer-
doti deferat honorem. Ecci. vij. Honorifi
cā ſacerdotes. Specialiter autem exhortat
ad confeſſionem que poſt contritionem in
qua homo mundatur a culpa neceſſaria ē
ad ſalutem. prouer. xxviij. Qui abſcondit
ſcelera ſua non dirigetur. qui autem confeſ
ſus fuerit ⁊ reliquerit ea miſericordiam cō
ſequetur. Sequitur. Et offer munus tuum.
quod precepit moiſes leproſos offerre in te
ſtimonium ſue curationis. vt recipiaris ab
omnibus tanq̄ mundus. Circa quod ſcien-
dum ꝙ vt habetur leuitici. xiiij. in munda-
tione leproſi. id eſt ſi cōtigit ꝙ leproſus mū
daretur a lepra multa debebant obſeruari
Nam ſacerdos debebat exire ad eū extra
caſtra. ⁊ mundatus debebat habere duos
paſſeres viuos. ⁊ aquas viuas. id eſt de fō
te ſcaturiente in quodam vaſe fictili. ⁊ quē
dam baculum de ligno cedrino. ⁊ vermicu-
lum. id eſt quendam filum rubeum. ⁊ ali-
quantulum de yſopo. et ſacerdos debebat
accipere vnum de illis paſſeribus ⁊ inſcin-
dere ei guttur. ita ꝙ ſanguis eius diſtillaret
ſuper aquas illas viuas in vaſe fictili. ⁊ de
bebat accipere vnum alium paſſerem viuū
⁊ ligare ipſum ſimul cum yſopo ⁊ baculo
cedrino cum filo illo rubeo. ita ꝙ fieret ali
quod aſperſiolum quod debebat intingere ī
illis aquis viuis. ⁊ aſpergere leproſum mū
dandum ſepties. ⁊ poſtea debebat ſacerdos
ſoluere iſtum paſſerem viuum. ⁊ mittere eū
auolare in agrum. ⁊ tunc mundandus debe
bat intus redire in caſtra ad conſortiū ho-
minum. ſed non in domum ſuam. ⁊ ibi debe
bat ſtare ſeptem diebus. In capite vero ſe
ptem dierum debebat lauare veſtimēta ſua
⁊ radere omnes pilos corporis ſui. octauo
vero die debebat offerre ad hoſtium taber
naculi duos agnos ⁊ vnam ouem. de q̄bus
fiebat ſacrificium deo. Debebat etiam ap-
portare vas olei de quo ſacerdos debebat
effundere in palmam manus ſiniſtre. et di-
gitum dexterum intinguere in oleo dicto



ſue palme et proijcere verſus altare ſepties
et de reliquo oleo palme manus debebat
vngere aurem autem dextram mundati et
pollices manus dextre ⁊ pedis dextri. ⁊ his
peractis die octauo redibat in domum ſu-
am. Totum hoc erat in figura mundatio-
nis peccatoris que fit in baptiſmo. quia vt
dicit apl'us. j. corinth. xv. Omnia in figura
contingebant illis. In baptiſmo eñ virtuſ
mortis ⁊ ſanguinis chriſti operatur. Que
virtus non applicatur hominibus niſi me-
diante baptiſmo. Unde duo paſſeres ſignifi
cabant duas naturas que fuerunt ī chriſto
ſcʒ diuinam ⁊ humanam. quarum vna ſcʒ
humana fuit mortua. ⁊ ſanguinem eius fu
dit id eſt virtutē ſuā ſuper baptiſmi aquas
quia in eius virtute baptiſmus habet pur
gare peccata. ⁊ hoc ſignificabat paſſer occi
ſus. Alia vero natura ſcʒ diuina non fuit
mortua nec aliq̄d paſſa. quod ſignificabat
paſſer auolare dimiſſus. Tamen baptiſmꝰ
in virtute deitatis chriſti habet efficaciam
infinitam ad omnia peccata delenda. ⁊ ideo
paſſer viuus dimittebatur ī aquas. Lignū
cedrinum eſt lignum imputribile. ⁊ ſignat
chriſti animam immortalem. Uermiculum
vero id eſt filum tinctum vermiculo. id eſt
colore rubeo ſignat carnē chriſti in ſuo ſā-
guine rubricatam. Yſopus vero qui ē her
ba odorifera ⁊ medicinalis multa habens
folia. ſignat multiplicem virtutem paſſiōis
chriſti. Iſta quattuor fuerunt ſimul cōiun
cta. ſcʒ paſſer viuus. id eſt deitas. cedrus. ī
anima chriſti. yſopus id eſt virtus ⁊ opera
tio chriſti. ⁊ vermiculum id eſt caro chriſti
⁊ ſic ligata mittebantur in aquas. et ſacer-
dos aſpergebat leproſum ſepties. quia vir-
tus paſſionis chriſti que procedit a diuini
tate ⁊ a carne ⁊ ab anima non purgat pec-
cata niſi mediante aqua baptiſmi. Uñ eiuſ
virtus non tangit peccatorem niſi per bap
tiſmum aque ſanguinis vel flaminis. Sep
ties autem aſpergebat. ad oſtendendum ꝙ
omnia genera peccatorum que ſunt ſepteʒ
in baptiſmo mundantur. Et inde mundatꝰ
primo reſtituitur habitationi hominum. id
eſt iuſtificatus congregationi fidelium ⁊ ā
gelorum ſed non ſtatim redit in domū ſuaʒ
ſed primo debet facere ſacrificium deo. Do
mus peccatoris mundati ⁊ iuſtificati ē ce-
lum. Hebre. xiij. Non habemus hic manē
tem ciuitatem. ſed futuram inquirimus. ad
quam iuſtificatus non ſtatim vadit. ſed pri-
mo debet facere ſacrificium deo pro mun-
datione ſua. ⁊ tantum beneficium recogno
ſcere. ⁊ debet offerre ī ſacrificium duos ag
nos ⁊ vnam ouem. id eſt geminum amorē.
ſcilicet dei ⁊ proximi. qui ſunt duo agni no
uelli. Iohā. xiij. Mādatum nouum do vo
bis vt diligatis inuicem. Ouis vero ſignifi
cat innocentiam noue vite. quam mūdatus
debet incohare. Et ſic debet deo totū amo-
rem ſuum offerre ⁊ in nouitate ſpiritus in-
nocentiam vite conſeruare. ... non rurſus
... operibus inquinetur. Debet etiā ſe
... portare oleum id eſt habere opera pie
tatis. quod ſepties debet proijci verſus ta-
bernaculum. quia omnia opera bona que
procedunt a ſeptem virtutibus que virtu-
tes procedunt ab oleo. id eſt a gratia ſpiri-
tusſancti. debent tendere verſus celum. qđ
eſt tabernaculum dei non manufactum. id
eſt debent fieri ad honorem dei ⁊ ad edifi-
cationem eccleſie. De quo oleo debet vngi
auris dextera mundati. vt libenter audiat
verba ſancta. ⁊ pollices manus dextere. et
pedis dextri. per manum dextram intelligū
tur opera bona. per pedem dextrum bōa de
ſideria. Omnia enim opera hominis ⁊ deſi
deria debent eſſe vncta oleo leticie ſpirituſ
ſancti in anima deuota. Ecci. ix. Oleum de
capite tuo non deficiet. Sic fecerunt ille
quinq̄ʒ virgines prudentes. ſed quinqʒ fa-
tue non ſumpſerunt oleum in lampadibus
id eſt in operibus ſuis. vt dicitur matthei.
viceſimoquinto. Et ideo lampades earum
extincte fuerunt. id eſt opera earum perie-
runt. Sed manus ſiniſtra. id eſt mala opera
tio non debet inungi oleo pietatis. vt bona
intentione fiat. Uerbi gratia. Ille qui fe-
neratur vt det elemoſinam ⁊ filias mariter
ne fornicentur. vngit manum ſiniſtrā oleo

Et ſimile eſt de omnibus malis que bona intentiõe fiũt. Et poſtq̃ hõ ſic fuerit mũdatꝰ a peccato tũc. vij. die. i. ſeptia etate q̃ ē etas morientiũ lauabiť ⁊ radeť ab oibꝰ pil'. i. ab omnibus miſerijs. ⁊ ſic anima munda et lota d e octauo. id eſt etate octaua. que eſt etas reſurgentium ſimul cum corpore redibit in domum ſuam. id eſt in celum. Et ſic patet primum ⁊ per conſequens p̃mũ miraculum ſcilicet mundatio leproſi. Conſequenter ponitur ſecũdum miraculum ſcȝ curatio paralitici. Circa quod quinqȝ facit euangeliſta. Primo introducit centurionis orationem vel petitionem ibi. Cũ autem intraſſet capharnaum acceſſit ad eum centurio. Secundo curationis promiſſionē ibi. Ego veniam ⁊ curabo eum. Tercio cē turionis fidelem reſponſionem. ibi. Et reſpondens centurio ait. Domine non ſum dignus vt intres ſub tectum meum. ſed tm̃ dic verbo ⁊ ſanabitur puer meus. Quarto ſaluatoris admirationem. ibi. Audiens autem ieſus admiratus eſt. ⁊ ſequentibus ſe dixit. Amen dico vobis non inueni tantam fidem in iſrael. Quinto promiſſiõis impletionem. ibi. Et dixit ieſus centurioni Uade ⁊ ſicut credidiſti fiat tibi. Dicit ergo. Cum introiſſet ieſus capharnaum acceſſit ad eũ centurio. id eſt princeps ſuper centum milites qui erat alienigena natione. ſcilicet vou meus vt dicit gloſa. Sed contra Luce ſeptimo dicitur ipſum miſiſſe ad eum ſeniores iudeorum rogans eum vt veniret. ⁊ poſtea ieſu veniente miſit amicos dicens. Mi ipm non ſum dignus arbitratus vt venirem ad te. Ergo ipe non acceſſit. Et dicendum ſm auguſtinum q̃ non eſt contrarietas. quia illud per noſipos dicimur facere quod per amicos fieri procuramus. Uel corpore forte venit. ſed iudeis tanq̃ familiaribus xp̃i negocium cõmiſit. vt ipi hoc impetrarent. Et ideo lucas dicit ſeniores miſiſſe. Uel vt dicit interlinearis. acceſſit mente ⁊ deſiderio qui modus accedendi ad deum eſt melior. quia ſpũs eſt deus. ⁊ ideo vult q̃ accedať ad eum ſpiritualiter. Acceſſit ergo rogans eum per amicos ſcilicet iudeos qui dixerũ vt patet luce ſeptimo. Dignus eſt vt hoc illi preſtes. diligit enim gentem noſtram et ſynagogam ipe edificauit nobis. Et dixit. Domine puer meus id eſt ſeruus meus iacet in domo paliticus. Cõtra illos q ſtatim ſeruos dum infirmãť emittunt foras. Conſequenter ponitur ꝓmiſſio curationis vbi ait. Ego veniam virtualiter licet non corporaliter. et curabo eum. q2 virtus eius que eſt vbiqȝ iuit illuc q2 ibi nouũ effectum curationis fecit. Ire em̃ incepit ſed corporaliter non puenit. vt dicitur lu. vij. Conſequenter ponitur fidelis reſponſio centurionis. qui ait. Domine non ſum dignus vt intres ſub tectum meum. Nam ⁊ ego homo ſum habens ſub me milites ⁊c. quaſi dicat. Sicut ego ſum ſub poteſtate ⁊ nihilominꝰ habeo ſub me milites qui ad nutum michi obediunt. ita ⁊ tu ſm humanitatem es ſub deo. ⁊ ſm deitatem omnia ſubſunt tibi ⁊ ad nutum obediunt. Et ideo dic tm̃ verbo et ſanabitur puer meus. In quo magna eius fides apparuit. Et ideo quarto ſequitur admiratio ſaluatoris qui audiens tantam fidem in homine gentili admiratus eſt. id eſt ad modum admirantis ſe habuit. faciendo aliquem geſtũ admiratiõis. Non em̃ in euȝ admiratio cadit. q oĩa ab eterno nouit. Et ſeqñtibus ſe cũ admiratiõe locutus eſt dicens. Amen dico vobis. non inueni tantam fidem in iſrael. Sed nonne inuenit maiorē in beata virgine ⁊ in iohanne baptiſta qui ait. Ecce agnus dei; ecce qui tollit peccata mundi. Iohannis primo. Et in petro ⁊ in alijs diſcipulis. qui dixerunt. Tu es chriſtus filius dei viui. Matthei ſedecimo. Et dicendum q̃ facta comparatione verum dicit. quia centurio non audierat prophetias nec vocem patris dei. Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi complacui ipſum audite. ſicut iohannes ⁊ apoſtoli. Nec ãgelus fuit ei locutus ſicut beate virgini. Nec viderat eum adhuc mirabilia facientem. Et ideo facta comparatione maiorem fidem habuit. In quo innuitur q̃ gentiles qui eius mirabilia non viderunt. maiorem fidem habituri erãt in xp̃m q̃ iudei qbꝰ tãq̃



filijs panem filiorum dedit in eis virtutes et miracula operando. Et quia ipſi filij cõtumaces et rebelles fuerũt lumini ac patrē ſuũ occiderēt exhereditati ſũt celi hereditate amiſſa et gentiles qui in ipm crediderunt introierunt in regnum in filios adoptati. Et hoc eſt quod ſequitur. Quia multi ab oriēte ⁊ occidente. i. de diuerſis partibus mũdi venient ⁊ recũbent cũ abraam yſaac et iacob in regno celorum. id ē ſicut patriarche propter fidem quã habuerunt in ſpe beatē glorie quieuerunt. ſic gentes in me credituꝛe ad eternã gloriã transferenť ⁊ iudei filij regni eijcientur extra regnũ in tenebras exteriores inferni. propter eorũ incredulitatē ⁊ duriciã cordis ſui. Ultimo ponitur promiſſionis impletio dũ ait ieſus centurioni. Uade ⁊ ſicut credidiſti fiat tibi. ⁊ ſanatus eſt puer eius in illa hora.. Sicut ex dictis patet oratio ⁊ petitio centurionis ex quattuor cõmendabilis apparet. ſcȝ a ſapientia humilitate. fidelitate ⁊ pietate. Hec autēȝ quattuor apud deũ omnē orationem faciũt exaudiri. ℒ Primũ eſt ſapientia. Nã ſapienter petiuit vtpote rem bonam. Nam ſtultum eſt petere quod iure poſſit negari. vt dicit catho. Et tpe congruo ſcȝ quando chriſtus intrauit capharnaũ. id eſt eccleſiã iuſtorũ. Nam capharnaũ interpretatur villa pulcerrima. ⁊ villa pinguedinis ⁊ cõſolationis. que tria optime conueniunt eccleſie iuſtorũ. Ante enim petere ſalutem nihil proderat quin poſt mortem omnes ibãt ad infernum. Petamus ergo ⁊ nos ſapienter quia adhuc ieſus eſt in capharnaũ. matth. xxviij. Ecce ego vobiſcũ ſum vſqȝ ad conſũmationem ſeculi. Mater filiorũ zebedei q̃uis illa eſſet cõiuncta xp̃o tñ q2 nõ ſapiēter petiuit a xp̃o exaudita nõ eſt. Petamuſ rem bonã. Nam ſalomon q2 rem bonã petiuit ſcȝ ſapientiam. fuit plenarie exauditꝰ vt patet. iij. regũ. iij. Secundũ eſt humilitas cũ ait. Non ſum dignus vt intres ſub tectum meũ. Ecci. xxxv. Oratio humiliantis ſe nubes penetrat. Tunc autem homo humiliat ſe in oratiõe qñ peccatorem ſe recognoſcit. Sic recognouit ſe publicanus. non phariſeus. ⁊ ideo ille fuit exauditus et alter condemnatus. Tercium eſt fides. Unde ait. ſed dic ver. ⁊ ſa. pu. m. Iacobi. j. Poſtulet autem in fide nihil heſitãs. quia omnia poſſibilia ſunt credenti. matth. xxj. Si habueritis fidem ⁊c. Quartum ē pietas qua cõpaſſus eſt ſeruo ſuo. ⁊ nõ expulit eũ vt multi faciunt. Si ergo volumus exaudiri cõpatiamur alijs ⁊ cõpatieť deus nobis. ſic cõpatiebatur iob di. Cõpatiebať quondam aĩa mea pauperi. Iob. iij. Et oculus fui ceco ⁊ pes claudo. In eodem xxix. Et deus poſtea cõpaſſus eſt ei. ⁊ reddidit ei omnia duplicata. vt patet iob vlti. c.

Moralitas

Moraliter per iſtum paraliticũ deſignať peccator. cuius conditio prout hic innuiť. apparet miſerabilis quantum ad quattuor ſm quod quattuor mala facit peccator. q̃ ſunt ſeruitus perſone. transformatio nature. infirmitas creature. ⁊ vexatio anime. Primũ eſt ſeruitus perſone. Unde puer meus. id eſt ſeruus meus. Nam peccator efficitur ſeruus peccati. Ioh. viij. Qui facit peccatũ ſeruus ē peccati. ⁊ nõ ſolũ vniꝰ peccati. ſed omniũ q̃ in eo regnant q̃ ligant hominē tanq̃ ſuũ. prouer. v. Funibus peccatorum ſuorũ qſqȝ ꝯſtringiť. Unñ boe. i li. de ꝯſo. ꝓbat q̃ peccator nunq̃ ē impũitus. ſed ſtatim hẽt penã ꝓ peccato ſcȝ ſeruitutē peccati q̃ eſt maxima pena. ſicut libertas ē dulce bonũ. Scdm̃ eſt trãſformatio nature. q2 iacet. Hõ eſt factus rectus. cetera animalia curua. vt ipa ſtatura indicet hoĩ vt debeat contemplari vt dicit poeta. Os homini ſublime dedit celũqȝ videre. Peccator autem peruertit naturam. in terram non in celum reſpiciendo. yſaie. Incuruatus ſum vſqȝ in finem. Hieremie. xx. Uerterunt ad me dorſum ⁊ non faciem. Quia peccator terrena cogitat. terrena loquitur ⁊ terrena operatur. Hieremie. xxij. Terra terra terra audi verbum domini. Et quia homo habet vim amatiuam per quam in illud quod diligit transformatur. Iuxta illud hugonis de ſctõ victore. Scio aĩa mea

ꝙ in illud quod diligis transfoꝛmaris. Id
eſt ꝙ amando terram efficitur terra. que ē
eſt imago dei. ⁊ in deum debuit trāſfoꝛmari.
Augu. Talis eſt vnuſquiſqꝫ quale id quod
diligit. terram diligis. terra es. deum diligis
deus es. ps. Ego dixi dij eſtis. Tercium
eſt infirmitas creature. quia paraliticus.
Paraliſis eſt diſſolutio membroꝝ ſeu ner
uoꝛum non valentium recipere influentiaꝫ
virtutis a coꝛde. pꝛopter opilationem. vel.
pꝛopter malos humoꝛes in ipſis exiſtentes.
quam infirmitatem recte patitur peccatoꝛ.
Nam influentiam coꝛdis eccleſie id ē chꝛi-
ſti qui eſt coꝛ ⁊ caput eccleſie non valet re-
cipere. Sacramenta enim que fluxerunt de
coꝛpoꝛe chꝛiſti pendentis in cruce. vt dicit
augu. non recipit. ⁊ hoc pꝛopter malas af-
fectiōes quas habet in anima a quibus nō
curatur. quia non vult recipere medicinaꝫ.
Et breuiter ad omnia opera bōa peccatoꝛ
eſt valde infirmus. nec ei ſapiunt. nec ea fa
cere poteſt. Quartum eſt vexatio anime
quia male toꝛquetur. Peccatum delectat
coꝛpus. ſed vexat animam. Augu. Iuſſiſti
domine ⁊ ſic eſt vt pena ſit ſibi omnis inoꝛ-
dinatus animus. quando enim peccatoꝛ co
gitat bona que perdidit. mala que fecit. et
periculum quod ei iminet ſi moꝛeretur. niſi
ſit omnino ſtultus valde toꝛmētatur. Iob.
vij. Peccata mea ſicut ſagitta ſunt in me
fixa. Sicut homo toꝛmentatur habens fer
rum in vulnere. ſic peccatoꝛ habens pecca-
tum in anima. Et ſic patet de euangelio.

## De epiſtola ſermo. xxj.

Nolite pꝛudentes eſſe apud voſ
metipſos. Ro. xij. Sicut dixit
boecius. pꝛimo extirpanda ſūt
vicia. deinde inſerēde virtutes
Iiere. iiij. Nouate vobis no-
uale. ⁊ nolite ſerere inter ſpinas. Semē em̄
quod inter ſpinas cecidit ſuffocatum fuit.
vt dicit dominus matthei. xiij. Ideo apl's
in hac epiſtola nos hoꝛtatur ad extirpatio-
nem mali. poſtea ad perfectiōem boni. In
qua quidem epiſtola quattuoꝛ facit. Pꝛio
nobis pꝛohibet ne pꝛudentiam inutilem et
pꝛeſumptuoſam poſſideamus. in pꝛincipio
epiſtole. Secundo nos monet ad illud qđ ē
magne perfectionis. vt nulli maluꝫ pꝛo ma
lo reddentes pacem cum inimicis habeamꝰ
ibi. Nulli ma. pꝛo malo. reddentes. Tercio
nos monet vt etiam inimicis bona pꝛebea-
mus. ibi. Si eſu. ini. t. ci. il. Quarto ſubin-
fert generale documentum. quomō in maꝛ
omībus nos geramus. ibi. Noli vinci a ma
lo ſed vince in bono malum. Pꝛimo er
go pꝛohibet ne pꝛudentiam inutilem ⁊ pꝛe
ſumptuoſam poſſideamus ſm̄ ꝙ hoc verbū
dupliciter poteſt exponi. Nam ſi exponitur
Nolite pꝛudentes eſſe apud voſmetipſos. i.
pꝛudentiam veſtram nolite inter vos cōti-
nere. ſed alijs cōmunicare ipſos dirigendo ⁊
oꝛdinando. ſic pꝛohibet nobis pꝛudentiam
inutilem. pꝛouer. xx. Sapientia abſcondi. et
the. inuiſus que vtilitas in vtriſqꝫ. Unde
ille ſeruus piger qui abſcondit talentū dñi
ſui condemnatus eſt. vt dicitur matth. xxv
Si autem exponitur. Nolite pꝛu. eſſe ⁊c. i.
non vos pꝛudentes reputetis. ſic pꝛeſump-
tuoſam pꝛudentiam nobis vetat. vt i ocul'
noſtris pꝛudentes non ſimus. yſa. l. Ve qui
pꝛudentes eſtis in oculis veſtris. id eſt coꝛā
vobiſmetipſis pꝛudentes. Sic ergo pꝛio noſ
admonet vt pꝛudentiam habeamus ⁊ ipſam
alios doceamus. Cum enim pꝛudentia ſit
virtus optima per quam tota vita hoīs
dirigitur. ⁊ ſine qua homo animalibus ſtul
tioꝛ efficitur. cum multa animalia pꝛudētia
dicantur. bonum autem vt dyoniſius dicit
ſuiipſius eſt cōmunicatiuum. pꝛofecto pꝛu-
dentiam habere ⁊ cōmunicare debemus
M Circa quod ſciendum ꝙ pꝛudentia
tria conſiderat. ſcꝫ futura. pñtia. ⁊ pꝛeterita.
Seneca. Si ſapiēs fuerit animus tuus tri-
bus tempoꝛibus diſpenſetur. futura pꝛecaue.
pñtia diſpone. pꝛeterita memoꝛare. Sapiē.
viij. Attingit ergo a fi. vſqꝫ ad finē foꝛ. et
di. omnia ſuauiter ſcꝫ pꝛudentia. Unde illa
ſancta animalia de quibus dicitur ezech. ij
⁊ apoca. iiij. per quem viri euangelici ſignā-
tur erant plena oculis ante ⁊ retro. qꝛ viri
pꝛudentes omnia perſpiciunt. fuatus pñtia



et futura. Pꝛimo ergo pꝛudentiam ha-
bere debemus ad futuroꝛum cautelam et
inſpectionem. quia vt dicit boe. Non enim
quod ante oculos ſitum eſt ſufficit intueri.
ſed rerum exitus pꝛudentia metitur. Exem
plum de ioſeph qui ſeptem ānis fertilitatꝭ
congregauit vt tempoꝛe famis haberet. pec
catoꝛ autem ſicut beſtia non conſiderat niſi
pñtia. Contra quod dicitur ecci. vij. Me-
moꝛare no. tua ⁊ ineter. nō pec. Hanc pꝛu-
dentiam docet nos foꝛmica. pꝛouer. vj. Va
de ad foꝛ. o piger ⁊ conſi. vias eius ꝙ cōgre.
in meſ. ſ. ci. Secūdo debemus habere pꝛu
dentiam ad pꝛeſentium diſpoſitionem. vt. ſ.
ſic vtamur diuicijs ne in paupertatem due
niamus. ſic negociemur vt nō condēnemur
ſic dominemur ne ſeruire cogamur. ſic ho-
noꝛem recipiamus vt non vituperemur.
Omnia iſta cauet pꝛudentia virtus moꝛa-
lis etiam in hominibus mundi. Et multo-
magis pꝛudentia ſpūs virtus diuina i filijs
dei. Nam non vult hic ditari ⁊ delectari ne
in perpetuum paupertatem habeat ⁊ dolo-
rem. iuxta illud Luce. Ve vobis diuitibus
qui ha. hic cōſo. v. In eodē. xvj. Recoꝛ.
fi. quia re. bo. in vi. Sed vult hic depaupe
rari ⁊ cruciari vt homo in perpetuū ſit be-
atus. vt dicit augu. Luce. vj. Beati paup.
ſpū. quō ipſoꝛum ē regnū celoꝝ. Auguſtinꝰ
Domine hic vre. hic ſeca. Item ſic nego-
ciatur vt non condemnetur. ſed optime re-
muneretur. matthei. xxv. Euge ſerue bo. et
fi. quia in pau. fu. fi. ſu. mul. te conſtituam.
Itē dominatur creaturis et vicijs et nūqꝫ
ſeruit. Iohā. viij. Semen abrae ſumus et
nemini ſeruiuimus vnqꝫ. Item in dignita-
te ſic honoꝛe fungitur ꝙ non confunditur.
quia in ipſis non eleuatur ſed humiliatur.
Exemplum de paulo qui poſtqꝫ fuit raptꝰ
ad celum ⁊ a chꝛiſto glorioſe ad apoſtola-
tum vocatus dixit. ego ſum minimus apo-
ſtoloꝛum qui non ſum dignus vocari apl's
j. coꝛinth. xv. Sic etiaꝫ magnus patriarcha
abraam qui poſtqꝫ deus ei locutus fuerat
dixit. Loquar ad dominum meum cum ſim
cinis ⁊ puluis. Gen̄. xviij. Sic mater dei
poſtqꝫ angelus ei locutus fuerat aſſerens
eam ſuper omnia exaltatam vtpote filium
dei parituram dixit. Ecce ancilla domi ⁊c.
Luce. j. Et quia iuxta ſententiam domini
Luce. xiiij. omnis qui ſe humi. exaltabitur
ideo in deo ſpūs pꝛudentis ſūme exaltatur
yſa. lij. Ecce ſeruus meus eleuabit exalta-
bitur ⁊ ſublimis erit valde. Pꝛudentia ve
ro mundi ⁊ carnis omnia hec facit in con-
trarium. ⁊ ideo moꝛs eſt vt dicit apl's Ro.
viij. qꝛ ſolū h vult ditari dlectari honoꝛari
⁊ dominari. ⁊ quid ſequatur non curat. et
mala pñtia fugit. ⁊ non curat incidere i fu
tura. ſimilis equo vmbratico. qui pꝛopter
vmbram in magnum pꝛecipicium cadit et
ſaltat. ſimilis etiam cani poꝛtanti carnes ſu
per pontem qui pꝛopter vmbram carnium
reſultantem in aqua dimittit carnes vt di-
cit eſopus. Omnia enim bona ⁊ mala pꝛe-
ſentia ſunt vmbra futuroꝛum bonoꝛum et
maloꝛum. Et de hac pꝛudentia ⁊ ſapientia
mundi loquitur iacobus in canonica ſua
c. ij. di. Non eſt iſta ſapientia de ſurſum de-
ſcendens. ſed terrena. animalis. dyabolica.
Terrena eſt pꝛudentia auaroꝛum. qui vt
talpa inuoluunt ſe terrenis. ⁊ optime ſciūt
terrena lucrari. Et tales vocat mūdus val
de pꝛudentes. de ſpūalibus enim nihil vidēt
ſicut talpa extra terram non videt lumen.
Animalis eſt pꝛudentia carnalium. q ſciūt
gaudere ⁊ perfrui bonis mundi. et vt aīal
nihil aliud deſiderant. quoꝛum deus venter
eſt. Dyabolica vero eſt pꝛudentia ſuperbo
rum. qui caute dominātur et pꝛudenter ſci-
unt oppꝛimere inimicos ⁊ amicos acgrere
ita ꝙ oppꝛeſſi ab eis vix poſſunt perpēdere
Tales ſignificantur per milites pilati. qui
dicebant chꝛiſto. pꝛophetiſa quis eſt qui te
percuſſit. Luce. xxiij. Et tales mundus ſu
per omnia reputat pꝛudentes. Tales ſunt
pꝛudentes apud ſemetipſos. de quibus hic
loquitur apl's. quia ſunt pꝛudētes apud mū
dum. ſed ipſi ſunt mundus. j. iohā. ij. Omne
quod eſt in mundo. id eſt in hominibꝰ mū-
di. aut eſt concupiſcentia carnis aut eſt cō
cupiſcentia oculoꝛum aut ſuperbia vite.
Tercio. debemus habere pꝛudētiam ad me
moꝛiam pꝛeteritoꝛum. vt ſcꝫ memoꝛemur

quot mala propter peccata hominibus eue-
nerunt vt ab ipſis caueamus. ⁊ quomō deꝰ
iuſtos exaltauit vt ad iuſticiam animemur
Unde ſapiens quidam. Felix qui ex alieno
periculo nouit ſibi cauere. Recordemur eti-
am ꝙ dyabolus ⁊ omnes angeli mali tam no-
biles creature propter vnam ſuperbiam de
celo ſunt ad inferos proiecti. in perpetuum
cruciandi ibidem. Primi parentes ad yma-
ginem dei facti propter gulam ⁊ vanā glo-
riam de paradiſo ad hanc vallem miſerie
ſunt expulſi ⁊ morte ⁊ miſerijs infinitis cū
tota poſteritate ſua addicti. Propter pec-
catū carnis totus mundus preter octo ani-
mas aquis diluuij eſt ſubmerſus. Et pha-
rao cum toto exercitu ſuo ⁊ ſēnacherib cū
centum ⁊ octoginta milibus propter iniu-
rias ⁊ oppreſſiones quas ſeruis dei infere-
bant penitus ſunt extincti. Et pluſꝙ ſexcē-
ta milia filiorum iſrael propter increduli-
tatem ⁊ diffidētiam proſtrata ſunt in deſer-
to ⁊ diuerſis mortibus interempta ⁊ ſolum
duo terram promiſſionis intrauerunt. Nō-
ne propter peccata ⁊ iniuſticias ⁊ diuerſos
dolos regna ⁊ ciuitates deſtructa ſūt. Ubi
eſt troya. vbi eſt niniue. vbi eſt carthago ⁊
babylon. Apoca. iiij. Cecidit babylon illa
magna ⁊ facta eſt habitatio demoniorum.
Ecci. x. Regnum de gente in gentem trāſ-
fertur propter iniuſticias ⁊ diuerſos dolos
Quid ergo fratres putamus nos effugere
iudicium dei ſi peccauerimus ⁊ tantam ne-
glexerimus ſalutem. Ro. ij. Ignoras quō
benignitas dei ad penitentiam te adducit.
Sc͞dm autem duriciam tuam ⁊ impenitēs
cor theſaurizas tibi iram in die ire ⁊ reue-
lationis iuſti iudicij. Ibidem etiā. Ira et
indignatio anguſtia ⁊ tribulatio in omnem
animam hominis operantis malum. Sed
benignitas dei ē peccatoribꝰ nociua. Eccs
viij. Quia nō profert cito ꝯtra malos ſentē-
tia filij hominum abſqꝫ vllo timore perpe-
trant mala. Similiter memorari debemꝰ
quomodo deus iuſtos exaltauit vt eos imi-
temur. Nōne ioſeph factus eſt dn̄s egipti.
qui cuſtodiuit mandatum. Nonne moyſes
conſtitutus eſt deus pharaonis ⁊ dux ſup
populum domini qui negauit ſe eſſe filium
filie pharaonis magis eligent affligi ꝑ po-
pulo domini ꝙ̄ terrene iocunditatis pecca-
tum habere. Hebre. xj. Nōne dauid paſcēs
oues factus eſt rex ſuper populum domini
propter ſuam manſuetudinem. Quid dicā
de apoſtolis piſcatoribus. quorum oſſa re-
ges ⁊ imperatores cum magna reuerentia
oſculantur. Chariſſimi nunquid manus dn̄i
eſt abbreuiata. ⁊ non magis extenta. imo ē
extenta. Sic ergo operemur vt illi. ⁊ ſic ex-
altabimur. ſequamur opera ⁊ ſequētur nos
premia. Et nō ſimus vt cattus qui vult pi-
ſces comedere ⁊ non vult tangere fluuiū.
Dicit augu. ꝙ deus adiutor noſter nō adiu-
uat niſi volentem ⁊ nitentem ſe adiuuare.
Eph. v. Surge qui dormis. exurge a mor-
tuis. ⁊ illuminabit te chriſtus. ¶ Et no-
ta ꝙ prudentia quam habere ⁊ docere de-
bemus quibuſdam animalibus cōparatur.
Et primo per chriſtum comparatur ſpēti.
Matthei. x. Eſtote prudē. ſicut ſerpentes.
Cuius prudentia in quattuor apparet. Nā
ſerpens caput abſcondit. pro eo cetera mē-
bra exponendo. in arto foramine ſe ponit.
vt veterem abijciat pellem: ne incantorem
audiat vnam aurem ad terram figit ⁊ aliā
obturat cauda. Propter inimicicias quas
habet cum homine in cauernis ⁊ deſertis
habitat. Sic ⁊ nos caput noſtrū id ē chri-
ſtum ſumme cuſtodire debemus. ne per pec-
catum abſcidamur ab eo. quin potius mor-
ti nos tradere debemus. quia per talē mor-
tem in perpetuum viuemus. Luce. xvij.
Qui perdiderit animam ſuam id eſt vitam
propter me inueniet eam. Item in arto fo-
ramine ponere nos debemus vt veteris ho-
minis ⁊ conuerſationis pellem deponamus
Eph. iiij. Deponite vos ſm̄ priſtinam con-
uerſationem veterem hominem. Mat. vij.
Contendite intrare per anguſtam portam.
quia arta eſt via que ducit ad vitam. Itē
ne perſuaſionem dyaboli audiamus. vnam
aurem cauda id ē memoria mortis obſtrue-
re debemus. ⁊ aliam terrā id ē conſideratio-
ne proprie fragilitatis. cōſiderātes ex quot
⁊ quātis poteſt homo perire. q enim caſtrū



ſuum luteum ſentit. guerram mouere non
audet. Item cognoſcētes inimicicias quas
cum mundo habemus. ⁊ quomodo nos ꝑ-
ſequi non omittit. iuxta illud ioh̄ā. xv. Si
me perſecuti ſunt ⁊ vos perſequentur. de-
bemus exire de mundo. yſaie. lij. Exite de
mundo popule meus. Secundo pruden-
tia quam habere debemus comparatur ꝑ
ſalomonem quattuor animalibus. Un̄ ait
prouer. xxx. Quattuor ſunt minima terre.
⁊ ipa ſunt ſapientiora ſapientibus. Formi-
ce populus infirmus qui preparat in meſſe
cibum ſibi. Lepuſculus plebs inualida que
collocat in petra cubile ſuum. Regem lo-
cuſta non habet. ⁊ egreditur vniuerſa per
turmas ſuas. Stellio manibus nititur. et
moratur in edibus regum. Iſta quattuor
ſimiliter nos facere debemus vt in conſpe-
ctu dei prudentes nos ſimus. Nam tēpore
meſſis quod eſt tota vita preſens debemus
vt formica fructus bonorum operum con-
gregare. vt inde in futura vita paſcamur.
Ecci. ix. Quodcūqꝫ poteſt manus tua fa-
cere inſtanter operare. quia nec opus. nec
ratio. nec ſapientia. nec ſcientia erunt apud
inferos quo tu properas. Apoc. xiiij. Ope-
ra enim illorum ſequuntur illos. Item cō-
ſiderantes noſtram fragilitatē. et modicam
noſtram virtutem. vt lepus in petra chri-
ſto ſpem noſtram locare debemus. vt i eiꝰ
virtute aduerſa ſuperemus. ⁊ bona opere-
mur. ⁊ premia conſequamur. Philip. iiij.
Omnia poſſum in eo qui me confortat.
yſa. Qui ſperant in domino mutant fortitu-
dinem aſſument pennas vt aquile current.
et non laborabunt. Hiere. xvij. Benedictꝰ
vir qui confidit in domino. et erit dominus
fiducia eius. Item per deſiderium eternoꝝ
ſaltare verſus celum vt locuſte debemus.
ſed ſtatim debemus ad terram reflecti. per
paucorum meritorum et fragilitatis noſtre
conſiderationem. qui enim ſaltat eleuatur i
altum et ſtatim reflectitur verſus terram.
Sic ⁊ nos facere debemus. Exemplum de
pauone qui reſpiciens ſibi pedes ſtatim hu-
miliat deponēs alas. Itē cōſiderātes ꝙ mul-
ta naturalia. ſ. ingenij docilitas et multa alia
bona mundi nobis deſunt. quibus tanquā
alis ſi ea haberemus volare poſſemus. q̄
omnia hec ſunt homini data vt verſus ce-
lum volet et facilius tendat. debemus ma-
nibus niti et in domo regia eterni morari.
Augu. Surgunt indocti et celum vel reg-
num dei rapiunt. et nos cum doctrinis no-
ſtris in infernū dimergimur. Et propterea
dicit apoſtolus. j. corinth. vij. Unuſquiſqꝫ
in ea vo. qua vo. eſt permaneat. Totus em̄
mundus confunditur in eo ꝙ vnus dicit. o
ſi eſſem religioſus ſic facerem. Alius. o ſi nō
haberem vxorem aut filios ſic facerem. et
ſic de alijs. et nullus eſt cōtentus ſtatu ſuo
Omnes enim in quocūqꝫ ſunt ſtatu poſſūt
benefacere. et in domo regis eterni morari
quia ſtellio manibus nititur et moratur in
domibus regum. Simus ergo contenti ſta-
tu vocationis noſtre et in eo nitamur aīas
noſtras ſaluare. quia in quocūqꝫ ſtatu ho-
mo contentatur bene eſt ſibi. et in quocūqꝫ
non contentatur male eſt ſibi. Multa autē
alia ſunt que ad prudentiam nos inuitant.
et prudentiam nos docent. Et ſic patet pri-
mum. ¶ Secundo nos monet ad id
quod eſt magne perfectionis. vt ſcilꝫ nulli
malum pro malo reddentes. pacem cū ini-
micis habeamus. Quod nos docet duplici-
ter facere. ſcꝫ vindictam non requirendo. ⁊
quod eſt perfectius iniuriam nō repellēdo.
ibi. Non voſmetipſos defendentes. dicit er-
go. Non ſitis alicui reddentes alicui malū
conuicij vel alicuius pene pro malo vobis
ab eodem illato. prouer. Non dicas reddā
malum pro malo. expecta dominum et libe-
rabit te. Sed magis ſitis prouidentes bona
facere et non mala reddere. non tm̄ coram
deo qui intus videt. ſed etiam hominibus.
Coram deo debemus bona prouidere tripli-
citer ſcꝫ in cogitatione vt ſit munda. matt.
vij. Ue vobis qui cogitatis inutile. In af-
fectione vt ſit ſancta. Leui. xj. Sācti eritis
quoniam ego ſanctus ſum. Et in intentiōe
vt ſit recta. mat. vj. Si oculus tuuꝰ ſim. fu.
totum corpus tuū lucidum erit. Similiter
coram hominibus etiam tripliciter. ſcꝫ in
habitu ne ſit notabilis. Augu. Non ſit no-

tabilis habitus veſter. In locutione ne ſit
irrationalis. Sermo enim eſt nūcius rōnis
Et ideo ſine ratiōe proferri non debet. Vñ
in ſolum habentibus rationem inuenitur
ſermo. Et ideo de omni verbo ocioſo meri
to homines ſunt rationem reddituri. vt di
citur matthei. xij. Et in operatione ne ſit re
prehenſibilis. Eph. v. Videte quomō cau-
te ambuletis. Et ita prouideatis facere bo
na. ꝙ ſi fieri poteſt aliquo decenti modo ſi-
tis pacem habentes cum omnibus homini
bus. ⁊ hoc quantum in vobis eſt. Aliquā-
do enim nullo modo fieri poteſt. ps. Cum
his qui oderūt pacem erā pacificus. cū lo
quebar illis impugnabāt me grat̄. Hebre.
xij. Pacem ſequimini cum omnibus ⁊ ſā-
ctimoniam. ſine qua nemo videbit deum.
Dein de cum dicit. Non voſmetipſos defen
dentes. monet ad id quod perfectius eſt ſcꝫ
vt iniuria non propulſetur. ſed magis ſuſti
neatur. Et hoc eſt. Non ſitis voſmetipſos
defen. matthei. v. Siquis percuſſerit te in
vnā ma. pre. ei ⁊ alterā. Sed dete locum ire
ſcꝫ vos perſequentis ⁊ affligentis. qđ facit
qui permittit aduerſarium facere qđ vult.
Ecci. viij. Ne ſtes cōtra faciē cōtumelioſi.
Hoc cadit ſub conſilio. Vel date locum
ire dei vt ipſe aduerſarios ⁊ iniuriantes pu
niat. Si eniꝫ vos punitis eos de iniuria vo
bis illata. nō relinquetis locum deo vt eos
puniat in die ire: id eſt in die iudicij. Et no
ta ꝙ vt dicit augu. non precipit hic apl'us
vt ſancti nolint vindicare cum ſcriptum ſit
apoca. vj. Vſquequo domine iuſte ⁊ verax
non vindicas ſanguinem noſtrum qui effu
ſus eſt. ſed precipit vt ſe non vindicent. ſed
relinquent vindictam ire dei. Quid ergo ī
tereſt inter ſanctum et peccatorē cū vterqꝫ
vindictam velit. vt eſt illud. Diligite ini.
ve. benefacite h. q vos odiunt. matthei. v.
Et dicendum ꝙ ſanctus homo magis cu-
pit corrigi inimicum ꝙꝫ puniri. ⁊ cum deus
punit non delectatur de pena inimici. quia
non odit eum. ſed de iuſticia dei. ⁊ quia de-
um diligit hoc ei placet quod deo. Et ſancti
de celo petunt vindictam de inimicis nō vt
delectentur in pena inimicorum. ſed de iu-
ſticia dei. ps. Letabitur iuſtus cum viderit
vindictam. Peccator autem econuerſo. q
ſolum vult puniri ⁊ vexari inimicum et de
correctione non curat ⁊ delectatur de pēa
inimici ⁊ non in iuſticia dei. Sic ergo date
locum ire dei quia ipſe puniet. ſcriptū eſt ei
mihi vindictam ⁊ ego retribuam dicit dñs
in prouer. ſm litteram ſeptuaginta interp-
tum vt dicit glo. Noſtra autem tranſlatio
habet. Ne dicas reddam malum pro malo
expecta dominum ⁊ liberabit te. Et ſic pa-
tet ſecundum. ¶ Tercio monet ad il
lud quod eſt maxime perfectionis. ⁊ ſub ꝯ-
ſilio cadit. vt ſcꝫ bona inimicis prebeamus
Et hoc eſt. Si eſurierit inimicus tu' ciba
il. ſi ſi. potū da illi. yſa. lviij. Frange eſu. pa.
tuū. matthei. x. Qui de. vni ex mi. meis po.
aq̄ fri. a do. vo. q. reci. m. ſ. Et rationeꝫ red
dit huius. quia inimicus per hoc ad chari-
tatem inflammabitur. ⁊ de inimico efficiet
amicus. prouer. xvj. Cum placuerint domi
no vie hominis inimicos eius cōuertet ad
pacem. Et hoc eſt. Hoc faciens carbones
ignis congre. ſu. ca. eius. id eſt charitatem
que ignis eſt congre. ſuper caput id ē ſuper
mentem que eſt caput anime. id eſt occaſio
nes ⁊ quaſi materias diuerſas dabis ei. vt
ad charitatem que eſt ignis inflammetur.
Luce. xij. Ignem veni mittere in terrā. id
eſt charitatem. ⁊ quid volo niſi vt accenda
tur. Hi ſunt carbones vaſtatores igniti q
conſument omnem rubiginem peccatorum
Et ſic patet tercium. Quarto ſubinfert
generale documētum quomodo in omī ma
lo nos habeamus. dicēs. Nolite vinci a ma
lo. ſed vincite in bono malum ¶ Hoc
poteſt intelligi octo modis ſm ꝙ malū oc-
to habet facere. ſcꝫ corrumpere. debilitare
meritum auferre. excecare. tormentare. im-
perfectum oſtendere. contriſtare ⁊ deorſuꝫ
trahere. Primo ſm ſenſum littere. vt ſcilꝫ
proximus nō ſuperet nos malo ſuo. nec cor
rumpat faciendo nos malos ſicut ipſe ē. ſed
nos vincamus bono noſtro malum proxi-
mum. faciendo ipm bonum ⁊ ad bonitateꝫ
trahendo. j. pe. ij. Conuerſationem veſtram
inter gentes habentes bonā. vt in eo ꝙ de-



tractant de vobis tanꝙꝫ de malefactoribus
ex bonis operibus vos conſiderantes glori
ficent deum. Sic vicit cecilia ſponſum ſuū
valerianum. et mater ſancti auguſtini ipm
auguſtinum. Secundo vincimus in bono
malum. quando ipm malum conuertit no-
bis in bonum. quod fit quando ſumus ī ca
ritate fundati. Ro. viij. Dili. de. om. coop.
in bonum. Glo. Etiam malum per occaſi-
onem. vt quando poſt malum et etiā prop-
ter malum quod quis fecit cadendo a cari-
tate poſtea fortius reſurgit et feruētius bo
num operatur. vt dicit apo. ad Ro. v. Vbi
abun. de. ſuper. et gratia. Tercio quando ī
ipo malo quod volebat per impacientiā no
bis auferre meritum. per patientiam meri-
tum augemus. et in malo quod volebat no
bis auferre animam fortiter animam poſſi
demus matthei. xxj. In pa. ve. poſſi. a. ve.
Quantumcūqꝫ enim calefaciat et ferueat
ignis ſi olla eſt plena aqua non frangitur.
Quantumcūqꝫ enim ſeuiret contra vincē-
tium mundus. tamen vincentius per patiē
tiam vicit mundum. et plus potuit ſuſtine
re ꝙꝫ mundus inferat. Quarto quādo per
malum quod volebat pro ſuo furore men-
tem excecare et rationem obfuſcare. iuxta
illud ps. ſupercecidit ignis ſcꝫ tribulatiōis
et anguſtie et non viderunt ſolem. nos illu
minamur. Quod fit quando credimus no-
bis mala euenire vt a domino corripiamur
ne cum hoc mūdo damnemur. vt dicit apo
ſtolus ad corinth. Hiere. Per omne fla-
gellum et dolorem erudieris hieruſalem.
Sic fuit illuminatus dauid qui dixit ange
lo percutiente populum. percute me. ego ſū
qui peccaui. j. re. xiiij. Quinto qñ per ipm
malum quod volebat nos tormentare ⁊ pe
nam irrogare. penas exoluimus peccatorū
vt qñ per famem et ſitim. calorem et frig'.
et alia mala pene que in preſenti patimur.
a penis abſoluimur peccatorum. Hebre. xj
Circuierunt in melotis in pel. capri. egē. ā.
Sic exoluit apoſtolus ī malis que ſibi eue
nerunt penas peccatorum ſuorum. Sexto
quando in malis nō ſolum purgamur a pe
nis peccatorum. ſed etiam perficimur ſicut
aurum in fornace. Sap. iij. Tanꝙꝫ aurū in
for. proba. elec. dominus. mala enim contra
rium volunt facere ſcꝫ hominem infirma-
re ⁊ imperfectum oſtendere. Et hoc eſt qđ
ſathan dicit Job. x. Mitte manum tuā et
tange cuncta que poſſidet. Et idem. Tāge
os eius ⁊ carnem. ⁊ tunc videbis ꝙ in faci
em benedicat tibi. id eſt tunc apparebit ꝙ
non ſit perfectus. ⁊ ꝙ non ſit bonus realit
ſed apparenter. ſed iob vicit in bono malū
quia in ipis malis perfectus apparuit. Se-
ptimo quia non ſolum mala patienter tole
ramus. ſed etiam gloriamur et letamur in
ipis malis que nos premunt. Ro. v. Sed ⁊
gloriamur in tribulationibus. Actuum. v.
Ibant apoſtoli gaudentes a conſpectu cō-
cilij. quō digni habiti ſunt pro no. ie. ꝯ. pa.
Mala enim habent contriſtare. ⁊ ideo dū
in eis letamur nō vincimur a malo. ſed vi
cimus in bono malum. Octauo qñ per ip-
ſa mala que patimur ad regna celorū per-
uenimus. matthei. v. Beati qui perſe. pa.
propter iu. ⁊c. Beati eritis cū ma. vo. ho.
Omnis enim res tendit ad locum ſuū. loc'
autem et fons omnium malorum ē infer-
nus. vbi vmbra mortis ⁊ nullus ordo. ſed
ſempiternus horror inhabitat. Job. x. Et
ideo omne malum inquantum malum tra
hit deorſum. dum ergo in malis et per ma-
la tendimus ſurſum in celo. recte vincim'
in bono malum. et non vincimur a malo.
Cum ergo omnis medicina fiat per cōtra-
rium. quia contraria contrarijs curantur.
tunc non vincimur a malo. ſed vincimus ī
bono malum. quando contrariū operamur
quod habet facere malum. ⁊ ad contrariū
imus ad quod habet ducere malum. Et ſic
patet quartum.

¶ Dominica tercia de euangelio ſermo. xxij.

AScendente ieſu in nauiculam
ſecuti ſunt eum diſcipuli eius.
matthei. viij. Jeſus vt verus
homo hūana opera fecit. ideo
ad tranſeundum de vna parte
ſtagni ad aliam nauicula indiguit. nauicl'aꝫ

aſcendit.⁊ in nauicula obdormiuit. ſed vt
verus deus creaturis imperauit ⁊ obedie-
runt ei.⁊ nullius opus habuit. Et ideo in-
quantum chriſtus erat deus non indigebat
naui.ſed nauis indigebat chriſto ne in fluc
tibus ſubmergeretur .quod per effectum
poſtea patuit. Nec etiam inquantum deus
dormiuit nec dormitauit.ps. Ecce non dor
mitabit neq̄ dormiet q̄ cuſtodit iſrael. De
hac ergo materia preſens euāgelium extat.
In quo quidem euangelio quinq̄ ponit
ſummarie euangeliſta. Primum eſt ieſu et
diſcipulorum eius in nauiculam aſcēſio ad
tranſfretandum.in principio euangelij. Se
cundum eſt maris ⁊ fluctuum concitatio.
ad nauigantes ⁊ nauiculam ſubmergēdum
ibi Et ecce mo.ma.factus ē in mari .ita vt
naui.operi.fluc. Tercium eſt ieſu a diſcipu
lis excitatio.et corundem ad ipm̄ deprecatio.
ad periculum euadendum.ibi. Et acceſſe.⁊
ſuſ.eum dicē. Domine ſalua nos perimus
Quartum eſt ieſu digna increpatio. et ad
mare ⁊ ad ventos eiuſdē imperium ad tran
quillandum.ibi. Et dixit eis. Quid timidi
eſtis mo.fi.⁊ ſur.impe.ven.⁊ mari. Quin-
tum eſt hominum exiſtentium in naui ad-
miratio.⁊ poteſtatis confeſſio.ad omnia co
ercēdum.ibi. Porro ho.tanti nauite q̄ apo
ſtoli vt dicit glo.mirati ſunt dicētes. Qua
lis eſt hic.quia ⁊ genti ⁊ mare obediunt ei.
Quāuis origenes dicit ꝙ non apoſtoli mi-
rati ſunt.ſed homines quorum erat nauicu
la qui cum ipis erant. Primo ergo po-
nitur ieſu ⁊ diſcipulorum eius in nauiculā
aſcenſio ad tranſfretandum. Et hoc ē. Aſcē
dente ieſu in nauiculam. vt ſcz de vna pte
ſtagni vel laci ad aliam tranſiret.ſecuti ſūt
eum diſcipuli eius.cum eo ad eundem locū
ire volentes. Quāuis enim potuiſſet ſuper
mare ambulaſſe ſicut alia vice fecit.vt pa-
tet matthei. vj.quarta autem vigilia noctis
venit ad eos ambulans ſuper mare.tamen
voluit nauigio ad illam terram venire. qa
nunc humana.nunc diuina opera oſtende-
bat.vt ſe verum deum et verum hominem
comprobaret.⁊ vt daret nobis exemplū ꝙ
in his que poſſumus operari per nos nō de-
bemus temptare deum diuine prouidentie
nos committentes et nihil penitus operātes
Nam chriſtus non voluit .ſed cum alijs
nauigauit. Sic et nos debemus ī mari hui
us ſeculi nauigare.et remos accipere et bo
na operari. Multi volūt ſolum volare ad
celum et nihil volunt operari in terra. Cō
tra quos apſus.ij.theſſa.iij. Qui non vult
operari non manducet. Littera plana eſt.
quia hoc euangelium hiſtoriale eſt et non
doctrinale.

Moralitas.

Moraliter autem ad inſtructionem no-
ſtram duo hic videamus ſcz quid per naui
culam et quid per mare ſignificetur. Cir
ca primum ſciendum ꝙ per hanc nauiculā
tria ſignificantur. ſcz eccleſia.religio. crux
chriſti. Notandum ergo ꝙ chriſtus hāc tri
plicem nauem aſcendit.et ſimiliter diſcipli
eius.et omnis perfecte viuens et ad portū
eterne ſalutis deſiderans venire.eandem tri
plicem nauem aſcendere debet.ſcz nauē ec-
cleſie.nauem religionis.et nauem penitētie
id eſt crucem penitētie. Nam et eccleſia mi
litans.et religionis ſtatus.et crux peniten-
tie per nauem poſſunt intelligi. Prima
nauis eſt eccleſia militans.que ratiōe figu-
re nauis per nauem congrue deſignatur.nā
ſicut nauis in capite et in cauda eſt arta et
in medio lata.ſic ſancta eccleſia in pricipio
fuit arta. Exemplum de ſācto marcello pa
pa qui multis annis fuit deputatus ad cu-
ſtodiam animalium. Et beatus vrbanꝰ pa
pa multo tempore in ſepulcris martyrum
latitauit. Hebre.xj. In ſolitudinibus errā
tes in montibus et ſpeluncis et in ca.terre
Similiter in fine tempore antichriſti erit
valde arta.quia vt dicitur matthei. xxiiij.
Erit perſecutio magna et talis qualis non
fuit ab origine mundi. In medio autē ſcz
modo eſt valde ampla et quantum ad nu-
merum.quia multi ſunt fideles. et quantū
ad gaudium.quia patrimonium crucifixi ē
valde in diuicijs et honoribus exaltatum.
et abundant valde tabernacula clericorum
et audacter prouocant deum.cum ipe dede
rit omnia in manibus eorum. Iob.xij. Et



quia vt dicitur matthei.vij. Arta eſt via q̄
ducit ad vitam.⁊ ampla que ducit ad per-
ditionem.ideo in primitiua eccleſia prelati
multi ſaluabantur ⁊ ſanctificabātur. ⁊ mō
multi damnantur ⁊ pauci ſanctificantur.
Hanc nauem chriſtus intrauit tanq̄ domi
nus ⁊ nauclerus qn̄ deſcendit in vterū vir-
ginalem.tūc enim primo fuit de eccleſia mi
litante. Nos autem in hanc nauem intra-
mus quādo ſuper aquas baptiſmi natamus
manat enī hec nauis in magno pelago gra-
tiarum ⁊ donorum ſpūſſancti. Et ideo non
poſſumus ad eam aſcendere niſi ſup aquas
natando. Chriſtus autem hanc nauē intrā
do deſcendit.quia minoratus paulominus
ab angelis in eam intrauit.vt dicit ps. nos
autem hanc nauem intrando multū aſcen-
dimus.quia in filios dei adoptamur. Io.j
Deſcendit .po.f.d.fi. Et quia vt dictū eſt
chriſtus eſt huius nauis dn̄s ⁊ nauclerus.
ideo quando ipſam in baptiſmo intramus
eius fidelitatem iuramus. et dyabolum et
omnem alium dominum abnegamus.quod
facimus cum dicimus in baptiſmo.credis
in deum ⁊ dicit baptizandus credo.abrenū
cias dyabolo ⁊ pompis eius ⁊ reſpōdet ab
renuncio .nā vſq̄ tūc tāq̄ filij ire ad domi
nium dyaboli ſpectabamus. Hec nauis fu
it figurata per archam noe.ad quā omnis
qui intrauit fuit ſaluatus.⁊ qui nō intra-
uit perijt ⁊ ſuffocatus eſt. Sic qui hanc in
trat ſaluatur.⁊ qui non intrat damnatur.
matthei.xvj. Qui crediderit ⁊ baptiſatus
fuerit ſaluus erit. qui vero non crediderit
condemnabitur. In hoc tamen differt hec
ab illa.quia vt dicit chriſ. in illam lupus ī
trauit ⁊ lupus exiuit.homo intrauit et hō
exiuit.nihil enim in illa mutatum eſt. Sed
in hanc homo intrat lupus ⁊ fit ouis dei.
intrat homo ⁊ fit filius dei.et ideo extunc
dicitur chriſtianus filius chriſti. Et nota fi
guram.nam noe miſit foras archā coruum
ſic chriſtus miſit dyabolum extra eccleſiam
Iohā.xij. Nunc princeps huius mūdi eij-
cietur foras. Item noe miſit columbam q̄
redijt ad archam ferens ramum oliue virē
tibus folijs. vt patet gen̄.viij. Sic deus pa-
ter emiſit filium per mortem qui redijt per
reſurrectionem portans ramum oliue.id ē
pacem dei et ideo ait.pax vobis. Iohā.xx.
Virentibus folijs id eſt cum gratijs et do
nis ſpūſſancti.et ideo ait.accipite ſpm̄ſāctū
Hec eſt illa nauis de qua ſalomon prouer
biorum.iij.ait. Facta eſt quaſi nauis inſti-
toris de lon.por.pa.ſu. Nam chriſtus vēit
in eccleſiam quaſi inſtitor ⁊ quaſi negocia-
tor querens bonas margaritas.ſcz animas
hominum precioſiſſimas margaritas.mat.
xiij. Simile eſt reg.ce.ho.nego.q̄.bo.mar.
Que nauis de longe panem noſtrū.i. chri-
ſtum portauit ſcz de celo. Iohān.vj. Ego
ſum panis viuus qui de celo deſcendi. Mi-
rabilis autem inſtitor chriſtus in hac naui
fuit.quia dedit deitatem.⁊ accepit humani-
tatem. De primo.j.iohā.iij. Videte qualē
charitatem dedit nobis deus vt filij dei no
minemur ⁊ ſimus. De ſecundo iohā.j. Ver
bum caro factum eſt ⁊c. Dedit diuicias et
accepit paupertatem. De primo luce.xxij.
Ego diſpono vob.ſicut diſpoſuit mi.pa.m.
regnū vt eda.⁊ bi .ſuper men.meā in re.m.
De ſecundo.ij.corinth.viij. Qui cum eſſet
diues.eg.propter n.eff.eſt. Et breuiter de-
dit omnia ſua bona et accepit omnia mala
noſtra. De primo Ro.viij. Quō nō etiam
cum illo omnia nobis donauit. De ſecūdo
hebre.iiij. Temptatum autem per omnia.
propter quod cantamus. O admirabile cō
mercium creator ge.humani cor.ſu.de vir.
na.dig.eſt ⁊c. De hac autē naue dicit criſ.
Nauigat eccleſia inſtructa fidei guberna-
culo.felici curſu per huius ſeculi mare ha
bens deum gubernatorem. āgelos remiges
choros portans omnium ſanctorum.erecta
in medio ipa ſalutari arbore crucis.in qua
euangelice fidei vela ſuſpendens flante ſpi
rituſancto ad portam paradiſi et ſecuritatē
quietis eterne deducit R Vnde ſi bene
aduertimus octo de hac nāue dicit. Pri
mo quia hoc ſeculum mare tempeſtuoſum
valde habet nauigare.et ideo valde timen-
dum eſt.et cum cautela eundum. Ephe.v.
Videte quō caute ambuletis. Bernardus
Nuſq̄ eſt ſecuritas o fratres neq̄ in celo.

neqȝ in paradiſo multominus in mūdo. In
celo angelus cecidit ſub preſentia deitatis.
Adam de paradiſo de loco voluptatis. Iu
das in mundo de ſchola veritatis. Diſcipu
li etiam fuerūt in periculo in pñtia chriſti.
vt hic patet. Secundo oſtendit ꝙ habet de
um gubernatorem cui mare ⁊ venti obedi/
unt. et ideo multum confidendum eſt. Vñ
a ſanctis dicitur ꝙ hec nauis poteſt cócu/
ti ſed non ſubmergi. quia chriſtus ſemper ē
ibi eam gubernando. matthei. xxviij. Ecce
ego vobi. ſum om. die. vſqȝ ad conſu. ſeculi
Qui et ſi aliquando videatur dormire. tñ
peruigilat ⁊ nobiſcum eſt. yſa. xliij. Cū per
transieris per aquas tecum ero. ⁊ flumina
non operient te. Tercio oſtendit ꝙ āgelos
habet remiges qui eam inter fluctus hui⁹
ſeculi cuſtodiunt ⁊ deducūt. ps. Angelis ſu
is mandauit de te ⁊c. Et ideo multum gau
dendum. phil. iiij. Gaudete in domino ſē/
per iterum dico gaudete. Quarto oſtendit
ꝙ habet choros ſanctorum portare. q ſunt
omni virtute pleni. ⁊ ideo libenter intrādū
quia cum ſancto ſanctus eris vt dicit pſal.
Quinto dicit ꝙ arbor iſtius nauis ē ſaluti
fera crux chriſti. q̄ ſtat ſemper erecta tanꝙ̄
arbor. extenſa tanꝙ̄ artemo ad protegendū
⁊ ideo ſub ipa manendum. quia de ipa vir/
tus mirabilis emanat. ita ꝙ quicunqȝ ſub
ipa manet a nullo poteſt ledi. Quod figu/
ratum fuit ezech. ix. Vbi viro volenti per
cutere hoīes ciuitatis. mādatum eſt ꝙ nul/
lum percuteret ſuper quem videret thau. ſ
ſignum crucis. Sexto dicit ꝙ nauis iſtius
vela ſunt carte euangeliorum que ſunt ple
ne verbis chriſti ſcriptis. ſicut plenum ē ve
lum aere ⁊ vento. Verbum enim nihil ali/
ud eſt niſi aer formatus in gutture loquētis
Iſta enim vela plena ſunt flatu. id eſt ver
bis chriſti que nos docent qua via. quando
quomodo ⁊ quo ſit eundum. ⁊ ideo attenti
us ſunt audienda. Luce. xj. Beati qui au.
verbū dei ⁊ cuſtodiūt illud. Septimo dicit
ꝙ ſpūſſanctus eam ducit. Ioha. iij. Spūs
vbi vult ſpirat. Et ideo vbi ē impetus ſpi/
ritusſancti illuc ⁊ ſtatim eſt eundum. Vñ
ezech. j. de illis ſanctis aīalibus per que vi

ri euangelici deſignantur dicitur. vbicunqȝ
erat impetus ſpus illuc gradiebant ⁊ rote
S. cure ergo ad impetum ⁊ motionem ſpi/
ritusſancti nauigemus. quia ipe ad portum
felicitatis eterne nos ducet. Et octauo ⁊ ꝯ
cluſiue in predicta autoritate dicit. ps Spi/
ritus tuus bonus deducet me in ter. rectā.
In quo portu ⁊ in omni pace ⁊ opulentia
quieſcemus. yſa. xxxij. Sedebit popul⁹ me
us in pulcritudine pacis ⁊ in tabernaculis
fiducie ⁊ in requie opulenta. Secunda
nauis eſt religio que congrue dicitur nauis
quia tria que ſunt ſubſtantialia religionis
ſcȝ obedientia. continentia. ⁊ paupertas ex
cellenter reperiuntur in naue. Ibi enim ē
obedientia prompta. continētia magna. ibi
enim quinqȝ ſcelerati continent. ⁊ pauper/
tas ſumma. quia ibi eſt nihil niſi q̄d defoꝛiſ
apportatur. Hanc nauē chriſtus intrauit
dum ſtetit in mundo. Nā ſubſtantialia reli
gionis perfectiſſime obſeruauit. quia vſqȝ
ad mortem fuit obediens. phil. ij. Exinani/
uit ſemetip. fa. obe. vſqȝ ad mortē. Virgi/
nitatem ⁊ continentiam in ſummo gradu ſ
uauit. ita ꝙ nec primos motus habuit vel
aliquam cogitationem carnalem. Et nota
ꝙ chriſtus habuit ita caſtos mores ꝙ nūꝙ̄
fuit de aduerſarijs de hoc notatus vel ac/
cuſatus vel infamatus vel in ſuſpiciōe ha
bitus. cum de multis alijs fuerit infamat⁹.
⁊ tamen cum mulieribus cōuerſatus ē. ⁊ a
peccatrice tangi ſe permiſit. ⁊ cum maria et
martha frequenter eſt hoſpitatus. ⁊ mag/
dalenam a multis de effuſione vnguēti mo/
leſtatam defendit ⁊ cōmendauit. Pauper/
tatem etiaȝ voluntariam in ſummo gradu
ſeruauit tanꝙ̄ penitus nihil habens. mat.
viij. Vulpes fo. ha ⁊c. Propterea fuit re
ligioſus. quia fuit nazareus que in veteri
teſtamento fuit quedam religio. Et ideo cū
barba longa ⁊ capillis depingitur. Vñ ipe
fuit caput ⁊ inſtitutor omnis perfectionis
⁊ religionis. Illud enim ſanctū collegium
apoſtolorū inſtituit. cui nec prius nec poſt/
ea aliquod aliud potuit in ſanctitate ⁊ om
ni perfectione equiparari. quia in ipo omia
conſilia fuerunt plenarie obſeruata. Et ī



ta quando apoſtoli intrauerunt illam nauē
ad chriſtum ſequendum reliquerunt aliam
nauem ſcȝ cupiditatis. matthei. iiij At illi
relictis continuo retibus ⁊ naui ſecuti euȝ
Sicut enim cum naui religionis nauigatur
ad celum. ſic cum naui cupiditatis nauigat
ad infernum. S Dicitur autē cupidi/
tas nauis propter tria. Primo quia ſicut
nauis ſtat ſuper aquas ⁊ non impletur. ſic
cupiditas ſtat ſuper diuitias ⁊ nō impletur
ſed ſemper ſitit. Ecci. v. Auarus non imple
bitur pecunia. Secūdo quia ſicut nauis fit
cum magno labore. cuſtoditur cuȝ magno
timore. et perditur cum magno dolore. Sic
auarus cum magno labore et multis incō/
modis acquirit diuitias et pro ipis acqui/
rendis vt aranea ſe euiſcerat et conſumit.
Sap. v. Ambulauimus vias difficiles. ps.
Anni noſtri ſicut aranea meditabunt. Itē
cum magno timore et ſolicitudine ipas di/
uitias cuſtodit. Iob. xv. Sonitus terroris
ſemper eſt in auribus eius. et cū pax ſit il
inſidias ſuſpicatur. Boe. Tu qui nūc gla/
dium quemcunqȝ pertimeſcis ſi huius vite
callem vacuus viator intraſſes corā latro/
ne cantares. O preclara mortalium opum
beatitudo quam cum adeptus fueris ſecu/
rus eſſe deſiſtis. Item cum magno dolore
eas amittit. q̄a vt dicit boe. Infeliciſſimuȝ
genus infortunij eſt prius fuiſſe felicem et
poſtea infelicem. Et ideo diuitie dicuntur
ſpine ab ipa veritate luce. viij. quia cogita/
tionum ſuarum aculeis mentem lacerant ⁊
in acquirendo et perdendo vt dicit gregor.
Tercio cupiditas dicitur nauis. quia ſicut
naui de tanto lucro et de tantis mercibus
nihil manet niſi feces et ſentina. ita auaro
de omnibus bōis ſuis et rebus nihil rema/
net niſi tormenta in inferno et putredo ver
mium in fouea. auaro em̄ omnia auferunt
in morte. Nā diuicias auferūt conſāguinei
corpus comedunt vermes. animā aſportat
dyabolus. nihil ergo remanet ei niſi crucia
tus infernalis. Et ideo multū eſt flendum ī
morte peccatoris. cū omnia perdat. Hiere.
vj. Luctum vni. fac t. planc. ⁊c. Tercia na
uis eſt crux chriſti. que dicitur nauis. quia

chriſtum portauit. T Et quia ſicut in
naui bene onerata maxime que de oriente
venit ſunt optima queqȝ. ita in cruce om/
nia bona inueniuntur. quia vt dicit augu.
nullum exemplum bonitatis ⁊ perfectiōis
abeſt a cruce. propter quod dicebat apſus
ad galath. vj. Mihi abſit gloriari niſi ī cru
ce do. no. ⁊c Nam primo ibi apparet maxi/
ma charitas ex parte dei patris qui vnicū
filium ſuum morti tradidit. propter ſeruuȝ
redimendum. Secundo apparet magna fi/
des ex parte virginis glorioſe que morien/
tem filium ſemper deum credidit. Tercio
apparet magna ſpes ex parte latronis. qui
in quendam perforatum denudatum cruci/
fixum tanꝙ̄ in verū deum regem celi ſpera
uit. propter quod nō immerito audiuit ho
die mecū eris in paradiſo. Lu. xxiij. Quar/
to apparet maxima prudentia ex parte ſpi/
ritusſancti qui ſic ſapienter decepit lucifeꝛ
abſcondens deitatem ſub humanitate tāꝙ̄
hamum quem piſcator abſcondit ſub ver/
me. et ſic cepit et percuſſit eum. Iob. xxvj.
Prudentia eius percuſſit ſuperbum. In
eodem. xl. Nūquid capitur leuiathan ha/
mo. Quito apparet magna iuſticia ex par
te chriſti. qui vt iuſta fieret ſatiſſactio fac
tus eſt homo et mortuus in cruce. vt ſicut
homo ī ligno peccauerat ita homo ī ligno
ſatiſfaceret. Et ſicut peccatum hoīs fuerat
infinitum ad omnes perdendum. ita meri/
tum hominis eſſet infinitum ad omnes ſal
uandum. Et ſic iuſticiam magnaȝ exercuit
in cruce ſuper corpus ſuum. pro iuſta ſatiſ
factione hominis. Sexto apparet magna
temperantia deitatis chriſti ſm quam xp̄s
etiam in cruce fuit beatus. et tamē ita frue
batur beatitudine ꝙ ſm humanitatem ma
xime patiebatur. et ita patiebatur ꝙ ſemp
erat beatus. Ecci. xi. In die bonorum ne ſ
inemor ſis malorum et ecōuerſo. Septimo
apparet maxima fortitudo ex parte huma
nitatis chriſti. quia omnia aduerſa patiēter
ſuſtinuit nec in omnibus ē cōmota. yſa. liij.
Tanꝙ̄ ouis ad occiſionem ducetur. Hanc
nauem chriſtus aſcendit in morte vt trāſi/
ret de hoc mūdo ad patrem. In hac naue

ſcꝫ cruce chꝛiſtus pendēs mirabilia docuit
De quibus ſi vis pꝛedicare require in dñi-
ca quinta poſt trinitatis.in ſecundo mem-
bro euangelij. Per hanc nauem ſcꝫ crucē
penitentia deſignatur. Luce.xij. Qui non
baiulat crucem ſuam.id eſt penitentiam.et
ſequitur me non poteſt meus eſſe diſcipłs.
quia ſicut in cruce homo moꝛtificatur ⁊ li
gatur.ſic in penitentia moꝛtificantur mem
bra ⁊ concupiſcentia mala ligatur.gala.ij.
Chꝛiſto confixus ſum cruci.Crux ergo eſt
nauis penitentie. ¶ Deſignatur ergo
penitentia per nauem pꝛopter quinqꝫ rati-
ones quas require infra in do.xix.poſt tri-
nitatis.in pꝛimo membro euangelij. Hec
nauis patitur magnam tempeſtatē ex ven-
tis ſicut hic innuitur. Nam quattuoꝛ vēti
contra eā foꝛtiter flant.de quibus dañ.vij.
Ecce quattuoꝛ venti pugnabant in mari.
Contra quos deus oꝛdinauit ⁊ fecit quat-
tuoꝛ virtutes.tanq̃ quattuoꝛ anchoꝛas vt
nauem penitentie contra omnem ventū ſta
bilirent.que ſunt iuſticia.pꝛudentia.tempe
rantia ⁊ foꝛtitudo. Pꝛimus eſt ventus oꝛi
ens qui ſignat natalem ⁊ pꝛogeniē homis.
que maxime penitentie contrariatur.pꝛop-
ter quod dictum eſt abrae geñ.xij. Egrede-
re de terra tua ⁊ de cognatione tua ⁊ de do
mo patris tui. Vnde ⁊ chꝛiſtus ait. Siqs
venit ad me ⁊ nō odit pa.ſu.⁊ ma. ſuā non
poteſt meus eſſe diſcipulus. Luce.xiiij. qa
ĩnimici hominis domeſtici eius vt ipe xp̄us
dicit matthei.x. Contra hunc eſt anchoꝛa
iuſticie.quia iuſtum eſt ſubditum eſſe deo
magis q̃ parentibus. Deus autem mandat
penitentiam agere.matthei.iij. Penitētiā
agite appꝛopinquabit em̄ reg.ce. Secūdus
eſt ventus occidens. qui ſignat moꝛtem et
defectū carnis.que quottidie tendit ad oc-
caſum.quam quidam longe eſſe credentes
differunt penitentiam agere. Soph.ij. Vox
cantantis in feneſtra ⁊ coꝛuus in ſuperlimi
nari. Qui ventus multos ſubmerſit.⁊ hoc
eſt peſſimū.quia hic ventus ſcꝫ cōſideratio
moꝛtis ſuper omnia deberet impellere na-
uem penitentie. Sicut fuit impulſus quidā
magiſter qui aſcendens cathedram dixit.

Linquo coax ranis.cra coꝛuis.vanaqꝫ va
nis. Ad logicam pergo q̃ moꝛtis non timet
ergo. Contra hunc eſt anchoꝛa pꝛudentie.
que habet conſiderare finē. Ecci.vij. Me-
moꝛare no.tua ⁊ in e.nō pec. Tercius ē vē
tus meridionalis qui ſignat pꝛoſpera mun-
di in quibus penitentia diſſoluitur. Iere.
xxxj. Vſquequo diſſolueris filia vaga. qa
vt dicitur Iob.xxviij. Non inuenitur ĩ ter
ra ſuauiter viuentium ſcꝫ penitentia. Con
tra hunc eſt anchoꝛa temperantie. cuius ē
bona mundi temperate recipere.ſiue hono
res ſiue delitias ſiue diuitias.j.coꝛinth.viij.
Qui gaudent tanq̃ non gau.⁊ qui emunt
tanq̃ non poſſidentes. et qui vtuntur hoc
mundo.tanq̃ non vtentes ſint. p̄s. Diuitie
ſi affluant nolite coꝛ apponere. Quartus ē
vētus aqlonis qui ſignat aduerſa. Iere.j
Ab aquilone pandetur omne malum.quia
ſicut a caloꝛe charitatis oꝛitur omne bonū
ita a frigoꝛe iniquitatis omne malum. In
aduerſis autem penitens per impatientiam
frangitur.⁊ blaſphemat murmurat ⁊ ma-
ledicit. In cuius perſona dicitur Iob.iij.
Maledictus vir qui ānunciauit patri meo
dicens.natus eſt tibi puer maſculus. Con-
tra hunc eſt anchoꝛa foꝛtitudinis. que oīa
mala patienter tolerat.dicens illud Iob.j
Dñs dedit dñs abſtulit .ſic dño placuit ita
factū eſt ſit nomen dñi benedictū. Quantū
ad pꝛedicta duo dicitur in p̄s. Cadēt a late
re tuo mille.id eſt ab aduerſis que nō direc
te ſed ex latere veniunt.⁊ decē milia a dex-
tris tuis.i.a pꝛoſperis que per dexteram de
ſignantur.quia facit peius penitere pꝛoſpe
ritas q̃ aduerſitas. Filij iſrael fuerūt diſſo
luti in maxima quantitate qñ in deſerto ha
buerunt in māna panem angeloꝛū. ⁊ diſci-
puli chꝛiſti fuerunt tempoꝛe paſſiōis frac-
ti in aduerſitate. Dauid in tp̄e aduerſitatis
ſanctum ſe conſeruauit.⁊ tp̄e pꝛoſperitatis
turpiter deliquit. Cum igitur iſta nauis ita
foꝛtiter impellatur a ventis. nihil reſtat niſi
ſi vt deuote clamemus dicentes. dñe ſalua
nos perimus.ſicut apoſtoli fecerūt.⁊ tenea
mus ſupꝛadictas anchoꝛas firmas. Et tūc
chꝛiſtus imperabit vētis ⁊ fiet trāquillitas



magna.j.coꝛinth.x. Fidelis de⁹ qui nō pa.
vos tēp.ſu.id qꝺ po.ſed fa.cū tēp.etiā pꝛo
uen.vt poſ.ſup. Et ſic patet pꝛimum. ¶
Circa ſecundum nota q̄ per mare pñs
ſeculum deſignatur multiplici ratiōe. Pꝛi
mo ratiōe motionis ⁊ inſtabilitatis: Nam
mare nunq̃ quieſcit .ſed fluctuat ⁊ eleuat
⁊ depꝛimitur. Sic mundus nunq̃ quieſcit
quoſdam eleuando ⁊ quoſdam depꝛimēdo
p̄s. Vidi impiū ſuperexaltatum ⁊ eleuatū
ſicut cedros libani ⁊ pertranſiui ⁊ ecce non
erat. Iob.xxx. Eleuaſti me ⁊ quaſi ſupra
ventum ponēs alliſiſti me valde. Boecius
Hunc cōtinuū ludum ludimus ſumma in-
fimis ⁊ infima ſūmis mutare gaudemus .
Secundo ratiōe eiectiōis. Nā mare moꝛ
tuos a ſe ad litus eijcit. Sic mundus eijcit
illos qui ſunt moꝛtui mūdo.nec opera mū
di faciunt.j.coꝛinth.iiij. Tanqꝫ purgamen
ta huius ſeculi facti ſumus oim peripſima
vſqꝫ adhuc. Io.xv. Quia vero de mundo
non eſtis pꝛopterea odit vos mūdus. Viri
em̄ ſpūales nō ſolum eijciūtur de mūdo ſed
etiā perſecutionem patiūtur. Io.xv. Si me
perſecuti ſunt ⁊ vos perſequentur. Ter-
cio ratiōe deuoꝛationis.in mari enim grā-
dioꝛes piſces deuoꝛant minoꝛes. Sic ĩ mū
do potentes paruulos deuoꝛant ⁊ affligūt.
matth.xviij. Tenēs ſuffocabat eū. Abac.j.
Quare nō reſpicis ſuper inique agentes.⁊
taces deuoꝛante impio iuſtioꝛeꝫ ſe.⁊ facis
homines quaſi piſces maris. Viuunt tamē
ſancti viri licet a tyrānis deuoꝛentur ſicut
ionas in ventre ceti. ij. coꝛinth.vj. Quaſi
moꝛientes ⁊ ecce viuimus. Quarto ra-
tione terminationis. mare enim terminum
habet arenam que ē ſterilis ⁊ grauis. Hie
remie.v. Qui poſui arenā terminum mari
Sic finis huius mundi eſt infructuoſitas.
cum onere peccatoꝛū. Ro.j. Quē fructuꝫ
habuiſtis in illis ĩ quibus nūc erubeſcitis
Eccs.iij. Quid habet homo de vniuerſo
laboꝛe quo laboꝛat ſub ſole.nihil em̄ inue-
nit homo in moꝛte niſi opera ſua.ſiue bona
ſiue mala. Apoca.xiiij. Opera enim illoꝛū
ſequuntur illos. Et quia mundus totus in

maligno poſitus eſt.nec opera bona facit .
ſicut ſpina non facit ficus vel vuas. ideo ĩ
fine nihil inuenit niſi onus ⁊ penā peccato
rum.omni ſpe boni fraudatus. Iob. vij.
Conſumpti ſunt abſqꝫ vlla ſpe. Huius ex-
emplum chꝛiſtus recitat de diuite epulāte
qui vnā guttam aque nō potuit habere toꝛ
menta vero multa habebat.vt patet Luc.
xvj. Quinto ratiōe multitudinis pericu
loꝛum. Sunt em̄ in mari mirabilia ⁊ multi
plicia pericula ⁊ de ventis ⁊ de piratis.⁊ d̄
ſcopulis ⁊ ſic de alijs. Ecci.xliij. Qui naui
gant in mari enarrent pericula eius. Sic
mundus iſte totus eſt plenus periculis.ij .
coꝛinth.ij. Periculū fluminum. periculū
latronum.periculū ex genere. periculū ex
fal.frat.peri.ex gen.peri.in ci.peri. in ſoli.
peri.in mari.peri.in ter. Bern. Periculuꝫ
pꝛobat tranſeuntiū raritas. ⁊ pereuntium
multitudo. Pauci valde tranſeūt per hūc
mundum illeſi.⁊ multi periclitātur. Augu.
Ama ſeculum ⁊ abſoꝛbebit te. amatoꝛes
ſuos voꝛare nouit non poꝛtare. Vbi ſūt gi
gantes ⁊ potentes a ſeculo viri famoſi.nō-
ne omnes cum multis periculis perierunt.
Sexto ratione monſtruoſitatis. Nā ĩ ma
ri mirabilia ſunt monſtra. Aliquando in-
uentus eſt ibi piſcis per omnia ſicut miles
armatus in equo. Sic mundus iſte totus ē
plenus hoībus monſtruoſis. Quidam enīꝫ
habent faciē in pedibus ⁊ pedes in capite.
vt omnes auari. Quidam habent duas lin
guas in oꝛe. vt omnes adulatoꝛes ⁊ detra-
ctoꝛes.pꝛouerbioꝛū.xviij. Verba bilinguiſ
quaſi ſimplicia.⁊ ipa perueniunt vſqꝫ ad in
terioꝛa ventris. Quidam habent gladios ĩ
labijs.vt omnes maledici p̄s. Gladius ſub
labijs eoꝛum. Quidam habent multa capi
ta.quia quot vicia regnant in homine.tot
capita ⁊ dominos habet. Quia auaro do-
minatur auaricia.⁊ luxurioſo luxuria ⁊ ſic
de alijs ⁊c. Augu. Malus tot dominoꝛum
ſeruus eſt quot vicioꝛum. Septimo rati
one manſionabilitatis. Nō em̄ mare ē locuſ
ad manendum ſed ad cito tranſeūdū.nullus

enim intrat mare vt ibi maneat. ſed vt cito tranſeat. Ita mundus iſte non eſt locus ad manendum. Hebre. xiiij. Non habemus hic manentē ciuitatem ſed futurā inquirimus Omnes em̄ in hoc mundo ſumus vt hoſpites ⁊ peregrini. qui feſtinare debemus ⁊ ad ciuitatem noſtrā redire. Augu. Nihil aliud eſt tēpus preſentis vite niſi curſus ad mortem. in quo nemo vel paululum ſtare. vel tardius ire permittitur. ſed omnes pari mō vrgemur. Octauo ratiōe incertitudinis Nō enim eſt in poteſtate hoīs exiſtentis in mari ire quo vult. ſed ducitur a ventis frequenter quo nō vult. nec ad portū intentū peruenit ſicut vult. Sic non eſt in homine ſed in ſpūſancto ducente vt ad portū ſalutis perueniat. Ro. ix. Non ē volentis neqȝ currentis ſed miſerentis dei. Et propterea multū orare debemus vt deus vitā noſtrā dirigat in ſalutē. Thobie. iiij Omni tēpore benedic deum ⁊ pete ab eo vt vias tuas dirigat. Nono ratione ſaporis Eſt enim mare valde amarum ⁊ tamē piſcibus maris in eo nutritis valde ſapit. Sic mūdus in rei veritate valde amarus eſt. ⁊ tamē hominibus mundanis valde ſapit. nec eius amaritudinem ſentiunt. imo magnam dulcedinem reputant. ⁊ magnas delicias affluī bonis mundi. Job. xxx. Eſſe ſub ſentibus delicias cōputabant. ps. Btm̄ dixerūt cui hec ſunt. Et hoc ex magna corruptione palati procedit. Habēt enim homines mundi palatum corruptum vt febricitantes. et ideo amarum videtur eis dulce. ⁊ dulce amarum. Augu. Palato non ſano pena ē pānis qui ſano eſt ſuauis. yſaie. v. Ve qui dicitis malum bonum ⁊ bonum malum. ponentes amarum in dulce ⁊ dulce in amarū Decimo ratione voracitatis vel ſatiabilitatis Nā mare omnia flumina deuorat ⁊ nunq̄ redundat vel ſatiatur aquis. Eccl. v. Omnia flumina intrant mare ⁊ mare nō redundat. Sic mundus omnia bona terre conſumit. ⁊ nunq̄ dicit ſufficit. Omne enim qd̄ eſt in mundo aut eſt cōcupiſcentia carnis. aut concupiſcentia oculorum. aut ſuperbia vite. j. Jo. ij. Sed cōcupiſcentia carnis nō ſaciatur delicijs. nec concupiſcentia oculorum diuitijs. nec ſuperbia vite honoribus. ergo mundus nunq̄ ſaciatur. prouer. xxx. Tria ſunt inſaturabilia infernus. id eſt ſuperbia vite. os vulue. id eſt concupiſcentia carnis. ⁊ terra que nunq̄ ſaciatur aqua. id eſt concupiſcentia oculorū diuicijs. Et ſic patet de toto euangelio.

## De epiſtola ſermo. xxiij.

Nemini quicq̄ debeatis niſi vt inuicem diligatis. Ro. xiij. In hac epiſtola docet apl̄us. quō omnes ⁊ ſinguli debent ſe hrē adinuicem ſm interiorē affectum qui eſt charitas ſiue amor. nō em̄ ſufficit q̄ homines pacifice ſe habeāt adinuicē ⁊ ſigna dilectiōis oſtēdant. niſi aſſit ⁊ bona voluntas ⁊ dilectio cordis. quia dn̄s noſter chriſtus intuetur corda hominū ⁊ nō ſolū opera. j. Re. xvj. Homines vident que foris patent deus autē intuetur cor. Duo autem facit in hac ep̄la apo. Primo ponit debitum generale. in quo oēs adinuicem obligamur. in principio ep̄le. Secūdo ponit ſolutiuū ſpāle per qd̄ oīa debita exoluere cōprobamur. ibi. Qui em̄ diligit proximū legē impleuit. Prīo ergo pōit debitū generale ī quo oēs adinuicē obligamur. Et hoc ē Nemini qcq̄ debeatis. i. oīb9 reddite debita ⁊ vnicuiq̄ qd̄ ſuū ē ſoluite. ſiue honorem ſiue tributū. Ita tn̄ q̄ non ſitis debitores alicuius niſi in charitate et dilectione. ī qua eſtis omnes debitores adinuicem quia vnuſquiſqȝ tenetur ⁊ debet alterum ſicut ſe ipſum diligere. ergo in debito caritatis omnes adinuicem obligamur. ſemper enī reddenda eſt charitas ⁊ ſemper debetur. In cuius figura ignis ſemper ī altari debebat ardere. vt patet Leuitici. vj. prouerb. xxx. Ignis ſcilicet charitas nunq̄ dicit ſufficit Ambroſius. Nullum tempus eſt in quo nō ſit caritas impēdēda nec cū reddit amittit. ſed potius reddēdo mltiplicat. ⁊ q̄to plus redditur tantomagis augetur. Que reddi non poteſt niſi habeatur nec haberi niſi reddatur. Idem dicit aug. Et ſic patet primū

Secundo ponit ſolutiuū ſpāle per quod omnia debita ⁊ mādata ſoluere comprobamur. Et hoc eſt. Qui em̄ dili. proxi. le. impleuit. Et circa hoc tria facit. Primo proponit intentū ſcȝ q̄ q diligit proximū totā legē implet. Secundo probat ibi. Nā non adulterabis. Tercio concludit ibi. Plenitudo ergo legis eſt dilectio. Primo proponit intentū d. ſic. Debetis inuicē diligere. qr qui diligit proximū legē adimpleuit. Cuius ratio eſt. Nā qui diligit proximū diligit deum. non em̄ diligendus eſt proximus niſi in deo ⁊ propter deū ⁊ ad deū. Siquis em̄ aliter diligeret proximū non diligeret proximū ſed aliquid proximi. puta viciū eius vl̄ diuicias eius. Ex dilectione ergo dei cauſatur dilectio proximi. Sed propter vnūqdq̄ tale ⁊ illud magis vt dicit ph̄us. ergo q diligit proximū multomagis diligit deū. Sed in his duobus mandatis vniuerſa lex pendet ⁊ prophete. ergo qui diligit proximum om̄ia implet ⁊ omnia debita ſoluit. Hic cadit exēplum cuiuſdam ſacerdotis de frācia qui habebat optimū vinū de quo omni mane ⁊ ſero bibebat. ⁊ dicebat q̄ ſoluebat ſibi omnia debita. quia anxias cogitationes debitorum faciebat eū obliuiſcj. Secundo probat intentum ſuum dicens. Nā nō adulterabis. Ubi nota q̄ quedam ſunt precepta affirmatiua quedam negatiua tam ad deum q̄ȝ ad proximū pertinentia. vt patet exodi. xx. Manifeſtū eſt autē q̄ qui diligit deū ⁊ proximū. implet p̄cepta affirmatiua. que ſunt de honore ⁊ reuerentia dei. ⁊ de bono proximi. quia vt dicit grego. probatio dilectionis exhibitio eſt operis. j. Joh. iij. Qui habuerit ſubſtantiā huius mundi ⁊ vi. fratrē ſu. ne. ha. ⁊ clau. viſ. ſu. ab eo. quo. c. d. ē in illo. Johā. xiiij. Si diligitis me manda. mea ſeruate. Similiter qui diligit deum ⁊ proximū cauet ab omni iniuria ⁊ nocumēto eorum ſicut a proprijs malis. quia proximum vt ſeip̄m diligere debet. Sed omnia precepta negatiua ad hoc tēdunt vt homo nec cogitatōne nec locutione nec opere deum vel proximum offendat Et hoc ē quod dicit. Non adulterabis nō oc. nō fura. non fal. te. di. ⁊c. Et propterea dilectio proximi malum non operatur. Item per dilectionē pximi implent precepta iuris naturalis que ſūt Quod tibi nō vis fieri alijs feciſſe caueto. Qd̄ tibi vis fieri alijs feciſſe memento. Mattheȷ. ſeptimo. Quecumque vultis vt faciant vobis homines ead. et v. fa. illis. Nā qui diligit proximū debitū ſibi. ſeruicium impendit. ⁊ a nocumento cauet. ⁊ ideo tercio concludit d. Plenitudo ergo legis eſt dilectio. quia ē plenitudo legis nature ⁊ legis moſayce vt dictum eſt. ⁊ legis euangelice. Johā. xv. Hoc eſt preceptum meum vt diligatis inuicem ¶ Et nota q̄ dilectio dei dicitur legis plenitudo tripliciter. Primo quia mouet omnes virtutes ad implendum opera legis. galath. v. fides per dilectionem operatur. ⁊ ſimiliter alie virtutes. mouet etiam membra. Nā ph̄s dicit q̄ bonum amatum mouet voluntatem. et voluntas mouet membra. Secundo quia conſūmat ⁊ perficit bona opera ab alijs virtutibus incheata. facit enim in bono perſeuerare. j. thi. j. Finis precepti eſt charitas glo. conſūmans ⁊ confirmās. Tercio quia opera aliarum virtutum plena ⁊ fructuoſa reddit. quia ſine ipſa omnino ſunt vacua ⁊ bona. j. corinth. xiij. Si diſtri. oēs fa. m. in ci. pau. ⁊ ſi tra. cor. m. ita vt ar. caritatē au. nō ha. nihil mihi prodeſt. Et ſic patet ſecundum principale. Et ideo circa dilectionem proximi tria hodie videamus. ſcȝ quare proximus ſit diligendus. quō ſit diligendus. ⁊ que faciūt ad trahendum alios ad amorem ſuum. A Circa primū nota q̄ propter ſex debemus proximum diligere. Primo quia deus hoc mandauit in veteri ⁊ nouo teſtamēto. Leuitici. xiij. Diliges amicum tuum vel proximum tuum ſm aliam tranſlationem ſicut teip̄m. Idē dicitur matthei viceſimo. ⁊ Luce decimo. Ex quo patet q̄ ſine dilectione proximi nō poteſt eſſe ſalus. cum ſit maximum mandatorū. et obſeruatio mādatorū ſit neceſſaria

ad ſalutem. matthei. xix. Si vis ad vitã ingredi ſer. man. j. Johã. iij. Qui non dilig. ma. in mor. Secundo quia fraternitas nos compellit. omnes enim ſm corpus vnum patrẽ habemus adam. ⁊ vnam matrem ſcʒ euam Et ſm animam ab vno deo creati ſumus. Malach. ij. Nunquid non pater vnus eſt omnium noſtrum, nunquid non deus vnus creauit nos. Quare ergo vnuſquiſqʒ deſpicit fratrem ſuum. Voluit deus vnicum hominem facere ex quo omnes prodirent. vt omnes ſe diligerent tanq̃ fratres. Non ſic legitur factum in ãgelis ⁊ animalibus brutis. mutua ergo dilectio eſt debitũ naturale a quo nullus abſoluitur quantũcũqʒ vnus hõ ab altero ſoluatur. Sed inter chriſtianos eſt alia fraternitas preter hanc ſcʒ ſpiritualis. de qua dicit ſanctus augu. Omnes quidem fratres ſm ꝙ hoĩes ſumus quãto magis ſm quod chriſtiani, Ad illud quod es homo vnus pater fuit adam ⁊ vna mater eua. Ad illud vero ꝙ chriſtianꝰ es vnꝰ pater eſt deus. ⁊ vna mater eccleſia. Hec fraternitas tanto melior eſt naturali fraternitate. quanto meliorem patrem habet d.ũ ⁊ meliorem matrẽ eccleſiam. Ex quo patet ꝙ chriſtiani plus inuiceʒ debent diligere q̃ extere nationes. Tercio quia exempla nos inducunt ⁊ maxime tria. Et primo nos inducit exemplum dei qui in tantum dilexit hominem ꝙ vnicum filium ſuum fieri conſtituit hominem. ⁊ pro eo redimẽdo ad crucis patibulum deſtinauit. Eph. ij. Propter nimiam charitatem ſuam qua dilexit nos deus cum eſſemus mortui peccatis conuiuificauit nos chriſto. cuius gratia ſaluati eſtis. Secundo nos inducit exemplum ãgelorum qui in tantum nos amant vt hominem donec viuit nõ derelinquant. ſed cuſtodiunt dirigunt ⁊ illuminant. Hebre. primo Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus propter eos qui hereditatem capiunt ſalutis. Tercio nos inducit exemplum animalium quia vnũquodqʒ diligit ſuum ſimile. vt dicitur eccleſiaſtici. xiij. Quarto debemus proximũ diligere. quia dei ⁊ hominũ placentia hoc perſuadet. Super omnia enim placet deo amor et concordia proximorũ. Eccl. xxv. Diligere proximum ſicut ſe maius eſt omnibus olocauſtomatibus. et ſacrificijs. Hic cadit exemplum illarum duarum cognatarum que ſteterunt ſimul viginti annis. ⁊ valde ſe dilexerunt ⁊ mutuo ſibi obſequebantur. ⁊ nunq̃ verbum aſperum inuicem habuerunt. Et cuidam her. mite magne vite reuelatum eſt ꝙ cũ illis duabus cognatis manſionem in celo eſſet habiturus.

¶ Notandum autem ꝙ ad miſericordiam in effectu et affectu proximo exhibēdam id eſt ad compaſſionem cordis et beneficentiam operis tria nos inducunt. Primum eſt colligantia membrorum. quia vt dicit apl's ad ephe. iiij. Omnes vnum corpus ſumus in chriſto. caput autem chriſt⁹ Cum autem patitur vnum membrum cōpatiuntur omnia membra. Similiter cum patitur vnus fidelis reliqui debent et compati. ij. corinth. xj. Quis infirmatur et ego non infirmor. quis ſcandaliſatur et ego nō vror. Secundum eſt aſſimilatio capitis. q2 in hoc opere chriſto capiti noſtro aſſimilamur. qui compatiens miſerijs noſtris voluit fieri homo et eas experiri. vt ab ipis nos liberaret. Hebre. iiij. Non habemus pontificem qui non poſſit cōp. infir. no. tempta. au. per omnia. Matthei. xiij. Miſereor ſuper turbam quia iam triduo ſuſtin. me nec ha. quid man. Miſertus eſt enim adultere et liberauit eam. Iohān. viij. Mulier vbi ſunt qui te accuſauerunt ne. te. cōdem. ⁊c. Compaſſus eſt chananee ⁊ exaudiuit eam Matthei. xv. O mulier magna ē fides tu. ⁊c. Compaſſus ē et petro et reſpexit retro. Luce. xxij. Et cōuerſus do. reſpe. pe. Compaſſus eſt matri et cōmendauit eā iohanni Iohā. ix. Ecce mater tua. Compaſſus eſt magdalene et apparuit ei. Ioh. xx. Maria ſtabat ad monumentum foris plorās. Cōpaſſus eſt et diſcipulis et venit ad eos. Iohānis. xx. Venit ieſus et ſtetit in medio diſcipulorum ſuorum. Tercium eſt meritum retributionis. Multum enim in hoc opere meremur quod patet. quia quicquid ī hoc proximo facimus chriſtus reputat ſibi factum. Matthei. xxv. Quod vni ex mi. m. f. mi. fe. Et ideo multū meremur. Cuius rō ē q2 ī miſericordia dat hō ꝓprio quicquid habet ſcʒ cor interius ⁊ omnia ſua bona exterius. matthei. v. Beati miſericor. quoniaʒ ipi mi. cōſequētur. Tercia virtus ex qua veſtis debet eſſe contexta eſt humilitas vt in gratijs ⁊ bonis nobis datis ⁊ in bonis operibus que facimus non ſuperbiamus. ſed in humilitate mentis ⁊ corporis ſemp maneamus. Luce. vij. Cum fece. oia q̄ p̄c. ſunt vo. di. ſerui inuti. ſumus. Et hoc ē humilitatem. ℞ Et nota ꝙ ad humilitatem ſeruandam tria nos inducunt: Primū eſt conditio noſtra. ſi enim conſideramus introitum ⁊ exitum noſtrum. ⁊ quot miſerijs ſubiacemus habemus materiaʒ magne humilitatis ⁊ non ſuperbiendi. Ecci. x. Quid ſuperbis ci. ⁊ ter. mich. vj. Humiliatio t. ī medio tui. Voluit deus ventrem ponere ā te oculos vt homo poſſet reſpicere vñ deberet humiliari. Bernar. Quid ſuperbis ſaccus ſtercorum ⁊ cibus vermium. memēto vnde veneris ⁊ erubeſce vbi ſis ⁊ ingemiſce quo vadis ⁊ contremiſce. Secundū eſt exemplum creatoris ⁊ tocius creature. Nam creator ſeip̄m humiliauit formā ſerui accipiens ⁊ humilem matrem ⁊ humiles diſcipulos elegit. humile iumentum equitauit. humile obſequiū exhibuit dum pedes diſcipulorum lauit. Matthei. xj. Diſcite a me quia mitis ſum ⁊ humilis corde. Similiter tota creatura humilitatem obſeruat. dum miniſteria ſua humiliter implet ⁊ ſuo creatori humiliter obedit Baruch quarto Stelle quoq3 vocate ſūt ⁊ dixerūt aſſumus ⁊ luxerunt cum iocunditate ei qui fecit illos. Tercium eſt magna punitio quam pro ſuperbia legimus fore factam. vt patet in demonibus ⁊ primis parentibus. ⁊ in ſennacherib ⁊ pharaone ⁊ in multis alijs. Et magnum meritum humilitati reddendum. vt ſi non terret ſuppliciū alliciat premium. Iob. ij. Qui humiliatus fuerit erit in gl'a

Humilitas enim eſt menſura exultationis ⁊ retributionis. quia quantum quis ſe humiliat tantum remunerabitur ⁊ exaltabit. Lu.xiiij. Qui ſe humiliat exaltabitur. Quarta virtus ex qua debet hec veſtis eſſe contexta eſt modeſtia operuꝫ ⁊ ſermonū vt in omnibus modum debitum teneamus Phil.iiij. Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus. Et hoc eſt. modeſtiam.

S Debemus autem modeſtiā maxime circa tria obſeruare. Primo circa verba. vt modeſte loquamur. Ecci.xxviij. Verbiſ tuis facito ſtateram. ⁊ frenos ori tuo rectos. In lingua enim maxima immodeſtia ⁊ diſtemperantia apparet. ⁊ ideo maxime ī diget freno. Jaco.iij. Omnis natura beſtiarum ⁊ volucrum ⁊ ſerpentum ⁊ ceterorum domatur. ⁊ domita ſunt a natura humana. linguam autem nullus hominū domare poteſt. Inquietum enim malum eſt. plena veneno mortifero. Propterea petiuit dauid dicens. Pone dñe cuſtodiam ori meo. Secundo debemus obſeruare modeſtiam circa temporalia ⁊ in acquirendo et in vtendo. multi enim ſe conſumunt vt tēporalia acquirant. mare ⁊ aridam peragrātes. ⁊ nullum finem ponūt ad acquiſitionē eorum. Cōtra quos matthei.vj. Nolite ſo. eſſe in cra.di.quid man.aut bi.querite primum querite regnū dei ⁊ iuſticiam eius. et hec om.adi.vobis. Et multi effrenate bōa acquiſita conſumunt. prouer.xiij. Vacantes potibus ⁊ dantes ſimbola cōſumentur. Ecci.ij. Nec prohibui cor meum quin omni voluptate frueretur. Tercio debemus modeſtiam habere circa ſcibilia. vt ea q̄ decent ⁊ expediunt nobis ſcire velimus. Ro. xij. Non plus ſapere q̄ oportet ſapere. ſed ſapere ad ſobrietatem. Circa ſcibilia auteꝫ maxima immodeſtia inuenitur ⁊ mirabiliter nociua. Quidam enim totum tempus ſuum expendunt in quibuſdaꝫ ſcientijs nullius vtilitatis. ſemper diſcentes ⁊ nunq̄ ad ſcientiam veritatis peruenientes. vt dicit apl's.ij.ad corinth.iij. Quidam inſiſtūt toto poſſe quibuſdam ſcientijs lucratiuis. et deceptiuis. Quidam attendunt ſpiritibus errorum ⁊ doctrinis demoniorum. vt dicit apl's.j.thi.iiij. Quidam conātur ſcire que facultatem ſuam excedunt vt trinitatē diuinarum perſonarum ⁊ predeſtinationem hominum. Contra quos ecci.iij. Altiora te ne queſieris. ⁊ prouer.xxv. Qui ſcrutator eſt maieſtatis opprimetur a gloria. Quita virtus ex qua debet hec veſtis eſſe contexta eſt patientia in aduerſis. vt patiēter toleremus aduerſa. ij.corinthio.vj. In omnibus exhi.vos ſicut dei mini. in multa patientia. Et hoc eſt patientiam. Debem⁹ autem in aduerſis patientiam habere propter tria. T Primo quia patiētia ditat hominem. Nam patiens de omni malo lucratur. de quo alij perdūt. ſcꝫ de cōtumelia de fame ⁊ de ſiti frigore ⁊ calore. Matthi. xviij. Patientiam habe in me ⁊ oīa reddā tibi. ſcꝫ duplicata. Ipa enim eſt ſaccus meritorum. qui quanto plus extenditur tanto plus impletur. Patientia ſicut vrſus verberibus impinguatur ⁊ ſicut ſalamandra ī igne tribulationis viuit. ⁊ ſicut aurū ī igne depuratur. impatiens vero ſicut plumbum in igne conſumitur Mirabile eſt de patientia. quia inimici ſui ſoluunt ei omnia debita ⁊ ditat eam habentem. Secundo q̄a patientia hominem martyrem eſſe facit. gregorius. Sine ferro ⁊ flāmis martyres eſſe poſſumus ſi patientiā veraciter in anima ꝯſeruamus. Nonne marcellus papa celebratur vt martir ꝓpter patiētiā quā habuit ī cuſtodia animalium. cum tamen nō fuerit gladio interemptus. Jacobi.j. Patientia opus perfectum habet. opus perfectuꝫ eſt martyrium. Vnde vir patiens dicitur multomagis miracula facere ſicut martyr. gregorius. Ego virtutem patientie ſignis ⁊ miraculis maiorem eſſe puto. Cuius ratio ē. quia martyrium gladij paruo durat tēpore ſed martyrium patientie quandoq̄ durat xx.xxx.vel xl.ānis. Tercio quia patientia in prelio ſpūali protegit hominem ab omī ictu. ⁊ omnino neceſſaria eſt ſiquis vult illeſus de prelio mundi exire. Hebre.x. Patientia nobis neceſſaria eſt. Sexta virt⁹ ex qua debet hec veſtis eſſe contexta ē ſupportatio penalitatum infirmitatum ⁊ defectuum proximi. Ro.xv. Debemus autē nos infirmiores infirmitates aliorū ſupportare Galath.vj. Alter al.onera por. ⁊ ſic adimplebitis legē chriſti. Vnuſquiſq̄ habet ſuos defectus. Sicut ergo quis vult in ſuis defectibus ſupportari. ita debet alios ſupportare. Matthei.vij. Quecūq̄ vultis vt faciāt vo.ho. ⁊ vos fa.illis. Chriſtus enim qui nullum habuit defectum portauit patienter graues mores hominū per.xxxiij. ānos ⁊ quotidie de⁹ graues mores noſtros ſupportat. Septima virtus ex qua debꝫ hec veſtis eſſe contexta eſt remiſſio offenſarum. vt ſcꝫ remittamus proximo offenſas culpabiles nobis illatas. relinquentes deo vindictam tanq̄ iudici viuorum ⁊ mortuorum. Ro.xij. Mihi vin. ⁊ ego retri.di.dñs. Sicut chriſtus pendens in cruce omēſ remiſit offenſas.c. Luce.xxiij. Pater di.il. ⁊c. Sic ⁊ nos debemus dimittere. Et hoc eſt qnod dicit. Donantes id ē parcentes vobiſipīs. ſiquis aduerſus aliquem habet querelam. ſicut ⁊ chriſtus donauit vobis ſcꝫ in baptiſmo ⁊ penitentia omnes offenſas veſtras ita ⁊ vos debetis alijs parcere. Et h̄. eſt neceſſarium ad ſalutem. aliter deus non remitteret nobis peccata nec exaudiret noſ in aliquo. matthei.xviij. Serue neq̄ nōne oportuit te miſereri cōſerui tui ſicut ⁊ ego tui miſertus ſum. Ecci. Relique proximo tuo nocenti tibi ⁊ tunc tibi precanti peccata ſoluentur. Mirabile eſt. hō homini ſeruat iram ⁊ a deo querit medelam. cum tamē chriſtus dicat matthei.vj. Si non dimiſeritis hominibus peccata eorū nec pater ve. di.vo.pec.ve. Et nota ꝙ ſupportare defectus aliorum ⁊ dimittere offenſas ſunt due elemoſine ſpūales deo valde accepte ⁊ hominibus neceſſarie ad ſalutem. Et ſic patꝫ primum Secundo nos hortatur apl's vt hanc precioſam veſtem baltheo regio ſcꝫ charitate precingamus. Omnes em̄ virtutes defluerent ad terrena niſi charitate ſtringerentur in anima. Charitas autem vnit virtutes in anima ⁊ vnit hominem deo ⁊ eccleſie. ⁊ per cōſequēs eſt vinculū ꝑfectiōis. Et hoc eſt quod dicit. Super omnia autē hec habete charitatem tanq̄ balthēu omnes ſupradictas virtutes conſtringentem ⁊ ordinantem que vel quod eſt vinculū perfectionis ⁊ non ſeruitutis. Ecci.vj. Vincula illius alligatura ſalutaris. Eſt etiam vinculum ſuauitatis. Matthei.vj. Jugū em̄ meum ſua.eſt ⁊ onus m.le. Eſt etiā vinculum magne ſalutis ⁊ virtutis oīa trahens Omne eniꝫ voluntarie agens trahitur ab amore rei. bonum em̄ amatum mouit operantes. vt dicit ph̄s. Hec traxit filium dei de celo ad terram ⁊ facit hominem trahere ad celeſtia. Oſee.xj. In funiculis adam traham eos in vinculis charitatis. Hiere xxxj. In charitate perpetua dilexi te. ideo attraxi te miſe. Et ſic patet ſecundum. Tercio nos hortatur apl's vt cū veſte hac in pace chriſti ⁊ vnitate eccleſie exultemuſ Solent enim mulieres indute ⁊ honorate ⁊ in nobili ſocietate exiſtentes ⁊ pace multum exultare. Sic ⁊ nos hac veſte precioſa induti. in pace chriſti ⁊ vnitate eccleſie viuentes multū gaudere debemus. Phil. iiij. Gaudete in do.ſemper. Et hoc eſt qđ dicit. Et pax chriſti a chriſto ſcꝫ data. vel qualis fuit in chriſto. Jo.xiiij. Pacem relinquo vobis.pa.meā do vo. Exultet ī cordibus veſtris. i. in cordibus veſtris exiſtēs exultare vos faciat. phil.iiij. Et pax chriſti que exuperat omnem ſenſum cuſtodiat corda vr̄a ⁊ intelligētias vr̄as. In qua ſ. pace vocati eſtis ī vno corpe. i. ad vincēd ī vno corpe qđ ē eccl'ia. q̄r ī pace vocauit noſ de⁹ j.corinth.x. Vnum corpus multi ſumus ī chriſto. Et ideo chriſtus ingrediens in mūdum pacem ānunciari fecit. Luc.ij. In terra pax hominibus. Vadens per mundum pacem predicari fecit. Lu.x. In quācūq̄ domū intraueritis primum dicite pax huic domui. Egrediens de mundo pacē in teſtamentum legauit. Jo.xiiij. Pacē relinquo vobis. Surgens a mortuis pacē nobis apportauit dicens. Pax vobis. Jo.xx. Et ſic patet tercium. Quarto nos hortatur apl's vt de tam precioſa veſte nobis in xp̄i pace ⁊ eccleſie vnitate collata grati exiſtamus.

Et hoc ē. Grati eſtote ſcꝫ de tātis gratijs quia ingratitudo eſt ventus vrens. ſiccans fontem pietatis ⁊ rorem miſericordie ⁊ fōtem gratie. vt dicit bernar. Sap. Ingrati ſpes quaſi glacies hybernalis contabeſcet. Conſequenter cum dicit. Verbum chriſti. oſtendit in quo debet eſſe talis gratitudo. Et dicit ꝙ debet eſſe in duobus. Primo in diſtributione talenti accepti a deo quantū ad proximum. Et hoc eſt. Verbum chriſti habitet in vobis. id eſt hic eſt modus gratitudinis vt verbum chriſti habitet in vobis. id ē intellectus ⁊ obſeruatio verbi xpi. ⁊ hoc abundanter. vt non ſolum habitet ī vobis verbum chriſti. ſed in omni ſapiētia ſitis docentes ⁊ cōmonentes voſmetipſos. ita vt vnus doceat alterum. Sitis ergo docentes inſcios verbum chriſti ⁊ cōmonentes pigros vt ſeruent verbum dei. Et ī quibus debeant ſeipos docere oſtendit di. In pſalmis qui de moribus agūt. ⁊ in hymnis qui de laude dei agunt. ⁊ canticis ſpūalibꝰ que ſunt de bono eterno. Ephē. v. Loqūtes vobiſmetipſis in hymnis ⁊ canticis ſpūalibus. Secundo debet eſſe iſta gratitudo ꝗ̄tum ad proprium profectum interioris actus. Et hoc eſt. Sitis cantantes ad honorem domini. Et hoc in cordibus veſtris in gratia que data eſt vobis. id ē in conſideratione beneficiorū dei que vobis per gratiā dei ſunt collata. Et ſic patet quartum.

¶ Dominica ſeptuageſime de euangelio ſermo. xxvj.

Simile eſt regnū celorū homi patrifamilias qui exijt primo mane conducere operarios in vineam ſuam. matthei. xx. In hac ſacra dominica ſeptuageſime triplex ſimilitudo ꝑponitur nobis. ſcꝫ laborantium in vinea. currentium in ſtadio. ⁊ pugnantium in agone. Cuius ratio ē. qa hac nocte recolit eccleſia quō expulſus fuit adam de paradiſo. ⁊ in hanc vallem miſerie proiectus. In qua conſtitutum eſt ei laborare. currere ⁊ pugnare. Primo mandatum eſt ei laborare vt laborem manuum ſuarum manducet. Gen. iij. Maledicta terra in opere tuo. in labore comedes ex ea. et rurſum. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. Job. v. Homo naſcitur ad laborē. Laborandum eſt ergo quia merces ē magna et fructus glorioſus. Sapi. iij. Bonorum laborum glorioſus eſt fructus. Secundo mandatum eſt ei currere. vt per velocem curſum brauium ciuitatis ſue quod perdidit recuperet. j. corinth. ix. Sic currite vt comprehendatis. Currendum ē ergo quia brauium currenti ⁊ nō ſtanti ꝯfertur. Tercio mandatum eſt ei pugnare. vt per victoriam inimicorū ciuitatē ſuā reintret. Job. vij. Militia eſt vita hominis ſu. ter. Pugnandum eſt ergo quia ſolum vincentes coronātur. ij. Thi. ij. Nemo co. niſi qui le. cer. De primo agitur in hoc euangelio. De duobus ſecundis in epiſtola. Agitur ei in hoc euangelio de laborantibus in vinea eccleſie ⁊ penitentie. In quo quidē euāgelio quinqꝫ continentur. Primo ibi ſub quadam ſimilitudine diuine bonitatis magnitudo demonſtratur ex operariorum conductione. in principio euāgelij. Secūdo humane pigricie ocium redarguitur in ocioſorum redargutiōe. ibi. Quid ſtatis hic tota die ocioſi. Tercio diuine retributionis magnificentia declaratur in denariorū collatione. ibi. Cum autem ſero factum eſſet dixit dn̄s vinee. vo. ope. ⁊ re. il. mer. Quarto fraterne felicitatis inuidentia ſubinfert in operariorum murmuratione. ibi. Et accipientes murmurabant aduer. patremfa. di. Hi no. v. ho. fe. ⁊c. Quinto ꝑſumptiōis audacia exprimitur ⁊ deſperatiōis deiectio ſubleuatur in parabole adaptione ibi. Sic erunt primi nouiſſi. ⁊ no. pri. Multi ſunt vo. pau. ve. ele. Primo ergo ſub quadā ſimilitudine diuine bonitatis magnitudo demonſtratur in operariorum conductione. Et hoc eſt quod dicit. Simile ē reg. celorū id eſt ſimile eſt negocium eccleſie militātis huic negocio quod fuit vel eſſe potuit. Littera plana eſt. Et quia hec eſt quedam ſimilitudo. ideo eſt eius miſtica expoſitio requirenda. Iſte ergo paterfamilias eſt deus pater cuius celum ⁊ terra vna domus ē vt dicit criſo. qui habet tres familias. ſcꝫ angelos ⁊ ſanctos in celo qui letātur. hoīes ī mundo qui preliātur. Unde ⁊ eccleſia militans vocatur. ⁊ demones ⁊ damnatos ī inferno qui tormētātur. Iſte deus pater plātauit vineam ⁊ operarios conduxit. vt fideles inter laborātes in ea ad celeſtem familiām transferātur felicitatis eterne denariū recepturi. Ubi nota ꝙ per hanc vineā duo ſignificari poſſunt que congrue cū hac ſimilitudine currunt. Primo per hanc vineā eccleſia militans ſignificatur. yſa. v. Uinea domini exercituū domus iſrael eſt. Gre. Iſte paterfamilias eſt cōditor noſter qui habet vineā vniuerſalem eccleſiā que eſt ab abel vſqꝫ ad vltimum electum qui in fine mundi naſciturus eſt. que quot ſanctos protulit quaſi tot palmites miſit. Hic pater exit ad colendam vineā mane hora tercia ſexta nona ⁊ vndecima. ⁊ operarios conducit. qa a mundi huius initio vſqꝫ ad finē ad erudiendum fidelium plebem predicatores mittere nō deſiſtit. Huius vinee chriſtus eſt vitis. ⁊ omnes fideles palmites. Jo. xv. Ego ſū vitis ⁊ vos palmites. Propt quattuor autē eccleſia militās per vineā deſignatur. Primo rōne apparētie. ⁊ hoc quātū ad locū ⁊ quantū ad tps. Quantū ad locū nā vinea iuxta terrā turpiſſima apparet. ſꝫ in frōdibus ⁊ in alto pulcerrima ē. ſic ſācta eccleſia h̄ in terra turpiſſima apparet. quia ceci ⁊ claudi ⁊ rugoſe vetule cū multis miſerijs ſunt in ea. Lu. x. Pauperes ⁊ debil. ce. ⁊ clau. intro. huc. Superius autē ī celo eſt pulcerrima. qꝛ oēs ſunt reges ⁊ regine ⁊ ſancti. j. pe. ij. Regale ſacerdotiū gens ſācta. populus acquiſitiōis. Similiter quātū ad tēpus. nā tpe hyemali vinea tota apparet turpis ⁊ diſſoluta. ⁊ nulla prouidentia gubernata. In vere autē ⁊ eſtate apparet tota pulcra ⁊ ordinata. Similiter eccleſia ī tpe p̄ntis hyemis. i. aduerſitatis tota videt turpis ⁊ diſſoluta ⁊ nulla prouidētia gubernata. qꝛ in ea mali exaltātur ⁊ boni deprimūtur. Hiere. xij. Quare via impiorū proſperatur. bene eſt omnibus qui iniq̄ agunt. In futuro aūt tpe eius pulcritudo ⁊ ordo apparebit. j. Jo. iij. Chariſſimi filij dei ſumus. ſed nondū apparuit quid erimus. cum autē apparuerit ſimiles ei erimus. phil. iij. Reformabit corpus humilitatis noſtre cōfiguratū cor. cla. ſue. Secundo per vineam eccleſia deſignatur ratiōe exiſtētie. quia tota virtus vitis ⁊ bonitas in vuis apparet ⁊ non in frondibus. Sic tota virtus eccleſie eſt in operibus charitatis. ⁊ nō in folijs verborum et veſtimentis oculū et religionum. Matthei. vij. Non omnis homo qui dicit mihi do. do. in. reg. ce. ſed qui fe. vo. pa. m. Jacobi. ij. Oſtendas mihi fidem tuam ex operibꝰ tuis. Unde illa ficulnea q̄ non habebat niſi folia. maledicta eſt a xpo. vt patet matthei. xxj. Quidam in eccleſia dei habent ſolum verba ⁊ non facta. Quidam nec verba nec facta. ſed ſolum veſtes ſanctitatis. qui ſunt amputandi ⁊ in ignem mittendi. Johā. xv. Omnem palmitem in me non ferentem fructum tol. e. Ille ergo eſt verus palmes iſtius vinee quando in ea vue reſpondent frondibus ⁊ frondes vuis id eſt facta verbis ⁊ habitui. ⁊ verba ⁊ habitus factis. Oſee. x. Uitis frondoſa iſrael ⁊ fructus adequatus eſt ei. Tercio per vineam eccleſia deſignatur ratione preſcidentie. quia ſicut vitis preciſa ad nullum opus eſt apta niſi ad ignem. ſic palmites eccleſie id eſt fideles ſi per peccatū a chriſto ꝑciduntur nihil valent vltra niſi ad ignē inferni proijciantur. Ezech. xv. Fili hominis quid fiet de ligno vitis ex omnibus lignis nemorum nunquid tolletur de ea lignum vt fiat opus quaſi dicat non. Unde ſubdit. Etiam cum eſſet integrum non erat aptum ad opus. Unde ſicut palmites dum herent viti omnibus lignis ſunt meliores. ⁊ preciſi a vite viliores. ſic fideles eccleſie dum chriſto adherent per fidei ſtabilitatem omnibus alijs nationibus ſunt meliores ⁊ digniores. ⁊ ꝑciſi per peccata mortalia peiores. Eccleſiaſtici. ix. Melior eſt canis viuus leone mortuo. Matthei. v. Si ſal euanuerit ad nihilum valet vltra niſi vt mittatur



SERMO XXVI

foras et conculcetur ab hoībus. Quarto
per vineā eccleſia deſignatur ratiōe putatio
nis ⁊ colligantie. quia ſicut vinea deuaſtat
niſi putetur ⁊ ligetur ⁊ vertitur in labru-
ſtas ⁊ aſcēdunt ſuper eā vepres. ſic eccleſia
dei niſi purgetur a vicijs ⁊ tyrānis ⁊ ab he
reticis qui extermināt eam deuaſtatur ⁊ cō
ſumitur ⁊ aſcendunt ſuper eam vepres. id ē
hereſes ⁊ peccata. yſa v. Nunc oſtendā vo
bis quid faciā vinee mee. Et ſubditur. Nō
putabitur ⁊ nō fodietur ⁊ aſcendent ſuper
eam vepres ⁊ ſpine. ⁊ ideo oportet eā pur-
gari. Luce. iij. Cuius ventilabrū in manu
ſua ⁊ purgabit aream ſuam. De hac vinea
dn̄s multum conqueritur. quia cū ita dili-
genter plantauerit eam. Nā vt dicit bern̄.
Hec vinea eſt plantata manu dei. redēpta
ſanguine chriſti. irrigata verbo veritatis dī
propagata gratia ⁊ virtutibus ⁊ fecūdata
ſpūſſancti donis. tam omnes vuas magnas
aſportat dyabolus. ⁊ ipē non niſi racemos
colligere poteſt. Mich. vij. Factus ſum ſicut
qui colligit racemos in autūno vindemie.
Iſta vinea eſt figurata per vineā quaz
noe plantauit. ⁊ bibens vinū eius inebria-
tus ē ⁊ nudatus in tabernaculo ſuo. vt pa-
tet gen̄. ix. Filius enim dei amore iſtius vi-
nee inebriatus eſt. ⁊ ſicut ebrius i cruce nu
datus. Ad iſtā vineam miſit dn̄s eruditores
⁊ cuſtodes hora prima ſiue mane. qd fuit
ab adam vſq; ad noe. qui fuerunt abel et
enoch ⁊ multi alij. Similiter hora tercia q̄
fuit a noe vſq; ad abraam. qui fuerunt noe
⁊ tres filij eius ⁊ iob ⁊ multi alij. Similit
hora ſexta. que fuit ad abraā vſq; ad moy
ſen. qui fuerunt abraā ⁊ xij. patriarche. Si
militer hora nona. que fuit a moyſen vſq;
ad chriſtum. qui fuerunt moyſes ⁊ omnes
prophete. Similiter hora vndecima. que ē
a chriſto vſq; ad finem mundi. qui fuerūt
apoſtoli ⁊ diſcipuli chriſti ⁊ omnes predi-
catores in nouo teſta. qui mercedem plenā
receperunt. ⁊ primo denariū dei effigiatum
in carne hūana. ſcilicet chriſtum qui ē ima
go dei ipī cognouerunt ⁊ receperunt. Ioh.
xvij. Et ipī cognouerunt ⁊ crediderunt ve-
re quia tu me miſiſti. Et ideo chriſtus dixit

eis. Beati oculi qui vident q̄ vos videtis.
Luce. x. Latroni etiam de cruce qui in hac
vltima etate venit primo dictum eſt q̄ om-
nibus alijs prioribus. Hodie mecū eris in
para. Luce. xxiij. X Et nota ꝙ multū
reprehenduntur qui hac vltima etate i qua
nos ſumus eccleſiam dei per veram fidem ⁊
opera bona non ingrediūtur. Et hoc prop-
ter tria. Primo quia magna virtꝰ emanat
a paſſione chriſti ad intrandum ⁊ perſiſten
dum ⁊ laborandū in vinea. Luce. vj. Virtꝰ
de illo exibat. Et ideo apl's dicit. Oia poſ-
ſum in eo qui me cōfortat. Iohānis. xvj.
Confidite quia ego vici mundum. Secun-
do quia intrantes hanc vineam modicū la
borant ⁊ ſtatim remunerātur. Antiqui pa-
tres per multum tempus ſcz per octingen-
tos aut ſexcentos ānos laborauerunt. ⁊ tar
de remunerati ſunt. ſcz in morte chriſti qui
mortuus eſt vndecima hora. id eſt vltima
etate mundi. Sed modo modicum labora-
re oportet. ⁊ ſtatim quieſcimus recipientes
denarium felicitatis eterne. Ecci. lj. Modi
cum laboraui ⁊ inueni mihi multam requi
em. Tercio quia via eſt illuminata ⁊ abbre
uiata. Nam olim propter magnā guerram
via que ducit ad celum ibat per infernum.
⁊ tenebras ⁊ faciebat magnum circuitum.
mō vadit ⁊ ducit ad celum recto tramite.
Matth. iij. Penitētiā agite appro. ei re. ce
Y Nota etiā ꝙ hanc vineā dn̄i quat-
tuor deuaſtāt ⁊ impugnāt. Prio verſucia
hereticorū qui falſa expoſitiōe ſcripture et
peſtifero dogmate eccleſiā totā corrumpere
nitūtur. Can̄. ij. Capite nobis vulpes par-
uulas. q̄ vineā noſtrā demoliūtur. Tales ei
debent occidi. ſunt em̄ membra putrida to-
tū corpus eccl'ie corrūpētia. Scdo pſſura ti
rānorū. Ps. Exterminauit eā aper d̄ ſilua. iſti
apri freq̄nter ecciam ad ſolitudinē redure-
rūt vt dicit augu. Et niſi fuiſſet māu dei re
tenta oīno periſſet. Tercio ſuperbia ꝑlatoꝝ
q quotidie per malū exēplū vineā iſtā. ſ. ec-
cleſiā deuaſtāt. Hiere. xij. Paſtores multi
demoliti ſunt vineam meam. Iſta ſuper-
bia ex magnis diuicijs que in eccleſia dei
ſunt cauſatur. Valde enim dilatatum eſt



patrimonium crucifixi. et vtinā ad ſalutem
et non ad perniciem. Quarto abundantia
peccatorū. Unde iezabel peccatrix vineam
naboth diſſipauit. vt patet. iij. regū. xxj. tot
enim mala in eccleſia dei. tā in clericis q̄ in
laicis abundant ꝙ non videtur iam vinea
eſſe domini ſed dyaboli. Et remota fide ma
gis videtur vinea dn̄i plebs ſaracenorū q̄
chriſtianorum. ⁊ in tantum abundant in ea
mala ꝙ videtur dn̄s ipām non cuſtodire. ſz
eam totaliter reliquiſſe. Oſee. iiij. Homici
dium. furtum. adulteriū. mendaciū inunda-
uerunt. ⁊ ſanguis ſanguinem tetigit. Secū-
do per hanc vineam penitentia deſignatur.
Et ideo eccleſia hoc ſacro tempore qd vo-
catur ſeptuageſima hoc euangelium legit i
quo cantica laudis omittit. ſcz te deum lau
damus. all'a. gloria in excelſis. ⁊ lamenta pe
nitentie incipit aſſumere dicēs. Circūd. me
gē. mor. ⁊c. Et tres magnos peccatores ho
die legit ſcz dauid in pricipio miſſe qui pec
cauit peccato luxurie. paulum in epl'a qui
peccauit peccato ſuperbie. ⁊ matheū in eu
angelio qui peccauit peccato auaricie. ad q̄
tria peccata omnia peccata reducūtur. vt
nullus quantūcūq; peccator vel in quocūq;
genere peccatorū diffidat ad penitentiā ac-
cedere. Z Deſignatur etiā penitētia per
vineā propter quattuor. ſcz ratiōe māſiōis.
ratiōe reſecatiōis ⁊ ligatiōis. ratiōe planta
tionis ⁊ ratione letificationis. Primo per
vineā deſignatur penitentia ratiōe māſionis
quia ſicut vinea non facit fructū niſi palmi
tes manſerint in vite. ita penitentia non fa
cit fructum niſi per fidem ⁊ charitatē peni
tentes manſerint in chriſto. Io. xv. Sicut
palmes non poteſt facere fructū niſi manſe
rit in vite. ſic ⁊ vos niſi in me manſeritis. ⁊
ideo multi ſaracenorū ⁊ iudeorū ⁊ hereti-
corum aſpere viuunt ⁊ penitētiam agunt.
et quia nō ſunt chriſto iuncti per fidem nō
fructificant. ⁊ multi chriſtianorū faciūt ſi-
militer penitentiā ſuā. Et qꝛ non ſunt xp̄o
per charitatē coniuncti denariū nō merent.
Secundo ratiōe reſecatiōis ⁊ ligationis. qꝛ
niſi vinea putetur ⁊ ligetur ⁊ fodiatur. diſſi
patur ⁊ vertitur in labruſtas. Sic oportet

ꝙ penitens vicia reſecet per purā confeſſio
nem. ⁊ abijciat ſuperflua per elemoſinarum
largitionem. vt ligetur ad paxillum crucis
per ipīus virtutis inhabitationē. galath. ij.
Chriſto confixus ſum cruci. quia de cruce
exit mirabilis virtus ad penitentiā agendā
omnia amara dulcorans. Quod figuratuz
fuit in ligno qd dn̄s in aquas marach mit
ti iuſſit. vt patet exo. xv. Itē oportet ꝙ fo
diatur. quod penitēs facit dū euellit ab aīa
virulentiā malarū cogitationū. vt dum re-
mouet a ſe terrena deſideria ⁊ ſtat ſeq̄ſtra-
tus ab omni conſortio malo. quia cū ſācto
ſanctus eris vt dicit p̄s. Tercio ratiōe plā
tationis. quia vinea plantata in latere mō-
tis in paucitate terre melius vinū facit. q̄
plantata in planicie in terra pingui. ſic peni
tentia debet fieri in mōte cōtemplationis ⁊
ſpūs paupertate ⁊ non in mundo lutoſo et
abundantia tēporalium. In cuius exēpluz
xp̄s acturus penitentiā deſertū intrauit.
Quarto ratiōe letificatiōis. qꝛ ſicut de vi-
nea exprimitur ſuccus ſcz vinū qd letificat
deū ⁊ homines. ſic de penitētia. lu. xv. Gau
diū ē in ce. ſu. v. pec pe. ag. A. Ad hanc
vineā. ſ. pniam deus quoſdā mittit mane. i.
hora pria hōis vel etate q̄ vocat pueritia.
q̄ durat vſq; ad. xv. ānū. qꝛ ſicut ſol māe non ē
clarꝰ ſz vaporibꝰ circūdatus ⁊ pni valoris
ſic etas puerilis. In hac hora vel etate mi
ſit iohē baptiſtā nicolaū ⁊ beatū dominicū.
⁊ multos alios qui a cunabulis ceperunt
agere penitētiā qbus deus ꝓmiſit vitā eter
nā. ꝓuer. viij. Qui māe vigilauerint ad me
inuenient me. Itē quoſdā mittit hora tercia
q̄ vocat adoleſcētia. q̄ durat a. xv. āno vſq;
ad. xxx. ānū. qꝛ ſicut ſol hac hora ſp aſcen
dit ſic hō. In hac etate vel hora miſit iohē
euāgeliſtā. ſanctū petrū. ſanctū paulū ſāctū
franciſcū ⁊ alios multos. Item quoſdam
mittit hora ſexta. que vocatur iuuentus. q̄
durat a triceſimo anno vſq; ad quadrageſi-
mumquintum. quia ſicut ſol hac hora vide
tur figi ⁊ ſtare. ſic homo in hac hora id eſt
etate figitur ⁊ ſolidatur. In hac hora vel
etate miſit beatum petrum et i ij

beatū arſeniū romanū q̄ fuit magnus miles et multos alios. Item quoſdam mittit hora nona q̄ vocatur ſenectus.q̄ durat a.xlv. āno vſqʒ ad ſexageſimū. quia ſicut ſol hac hora ſemper deſcendit.ſic homo hac etate incipit deficere.⁊ vires ⁊ ſenſus debilitant̄ In hac hora miſit illum latronem de quo fertur ꝙ dum ſemel vidiſſet capillos ſuos canos dixit. Hec etas nō eſt latrocinia exercendi ſed penitentiā agendi.⁊ conuerſus magnā penitentiā egit.ſic hō prudens debʒ ſtatum ſuum conſiderare. Eccl.xvj. Oculi ſtultorum in finibus terre ſapientis autem oculi in capite ſuo. Multi ſemper querunt noua de mundo.⁊ vana ⁊ nō conſiderāt caniciem ⁊ rugas ſuas. Itē quoſdam mittit hora.xj.ſcʒ veſpere que vocatur ſenium.q̄ durat a ſexageſimo āno vſqʒ ad mortem.qꝛ ſicut ſol tunc omnino incipit deficere ⁊ nullius caloris eſſe ſic iſta etas.et hec etas vltima hora vocatur.ſiue in ſene ſiue i iuuene In hac hora vel etate veniūt omnes illi q̄ vere penitent.⁊ cōuertūtur in morte. Et nota ꝙ frequēter accidit ꝙ qui hac nouiſſima hora veniūt prius remunerātur ⁊ denarium perpetue felicitatiſ recipiūt q̄ʒ illi qui in prima hora vel etate penitentiam agere ceperūt.prius em̄ remuneratus eſt latro de cruce q̄ʒ petrus vel iohānes.quia frequēter accidit ꝙ illi qui tardius veniūt feruētius operātur.⁊ plus in modico tēpore merētur q̄ʒ alij in multo.quia deus nō penſat quātū ſed ex quāto affectu. Unde illa vidua que miſit duo era minuta in gazophilatiū plus omnibus miſit vt chriſtus dixit. Sen̄. Faciamus illud quod in itinere fieri ſolet. vt q̄ tardius exierunt velocitate recompenſant moram. Et nota ꝙ ſunt rep̄henſibiles qui ſaltem in hac hora penitentiā nō aſſumūt. quia penā ⁊ ſeruitutē merētur eternā. In cuius figura mandatū fuit in lege deut.xv ꝙ ſeruo qui ſeptiō āno.i.vij.etate nolebat egredi ſeruitutē debebat ſubula perforari auris.⁊ ſic in eternum permanebat ſeruus. Itē valde reprehendendi ſunt qui vſqʒ ad horā veſpertinā differūt vineā penitētie intrare.quia in illa etate nō poſſunt penitētiā agere.⁊ volunt ꝙ illa etas portet onera totius vite. Hic cadit exēplum illius militis qui ibat in ſaxoniā ad ſeruiendū iudici arboree cū quinqʒ equis quorū quattuor vendidit piſis viuendo voluptuoſe conſumpſit. poſtea ſuper quintū poſuit totā ſarcinā. et deſuper ipe aſcendit.qui pondus ferre non ſuſtinēs crepuit in plano portus. Tales ſolum feces volunt dare deo.⁊ totū vinuʒ bibunt. Hic cadit exēplum de illo filio q̄ habebat vegetem vini.⁊ patri pluries de vino petenti noluit dare niſi vltimo de fece. In qualibet ergo etate deuſ per ſuā miſericordiā quotidie multa milia ad vineā pnīe mittit. vt nullus in aliqua deſperet etate.⁊ iō oēs in quacūqʒ etate debemus vineā pnīe intrare. Et ſic pʒ primū. Secūdo hūane pigricie ociū redarguit cū dicit. Quid h̄ ſtatis tota die ocioſi.i.toto tp̄e vite vr̄e pn̄tis q̄ reſpectu alteri⁹ vite vna dies ē.imo min⁹ q̄ʒ vnū momētū.qd̄ tp̄us ita modicū ⁊ parū ꝯceſſum ē nobis ad laborādū vt laborare nō recuſemus. ℞ Ubi nota ꝙ per totū officiū in ep̄la ⁊ in euāgelio monemur ociū fugere.⁊ labori bonoꝝ operū intēdere. Ad qd̄ faciēdū inducimur ex octo. Primū ē natura. qꝛ ad hoc naſcimur vt laboremus. Iob.v Hō naſcitur ad laborē. Etiā in ſtatu innocentie hō laboraſſet.gen̄.ij. Tulit em̄ deus hominē ⁊ poſuit eū in paradiſū voluptatis vt operaretur ⁊ cuſtodiret illū. Quis i ſtatu illo ille labor nō erat hōi penoſus ſed delectabilis.poſt peccatū autē datus ē hōi in penā.gen̄.iij. In ſudore vul.t.ve.pa.t. Secūdum ē creatura.oīs em̄ creatura laborat et non ociatur q̄ʒdiu voluitur vita preſens. Nam de angelis dicit apoſtolus. Hebre. primo. Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi. De celo vero luna ſole ⁊ ſtellis patet ad oculum.quia quotidie mouentur ⁊ peragunt officium ſibi iniunctum. Omnia etiam mouentur elementa.ac etiam terra licet non locali. ſed alterationis motu. Omnia etiam animalia cū labore victum ſibi vendicant. prouerbi.vj.



Uade ad formicam o piger ⁊ cō.vias eius Unde de apibus dicitur ꝙ nō patiūtur ocioſam in congregatione viuere. Terciū eſt locus. non ſumus em̄ in loco illo tanqʒ in loco quietis.ſed laboris. eſt enim mundus iſte quidam campus laboris. vbi agricole laborant ⁊ tyrones probātur. Michee.ij. Surgite abite quia nō habetis hic requiē Io.xvj. In mundo preſſuram habebitis. Quartū eſt tēpus.quia totum tempus preſens cōceſſum eſt ad laborandum ⁊ bn̄ operandum ⁊ merendum.galath.vj. Dū tēpus hēm⁹ operemur bo.ad oēs. Eccs.ix. Quodcūqʒ poteſt manus tua facere inſtāter operare. Sen̄. Omnia aliena ſunt.tm̄ tempus noſtrū eſt.turpis autē eſt iactura que per temporis negligentiā fit. quia irrecuperabilis eſt. Quintum eſt ratiōis ordo. Hic ē em̄ ratiōis ordo in tota creatura vt q̄ vult quieſcere primo laboret.quia oīs creatura mō laborat ⁊ poſtea q̄eſcit hōie quieſcēte. Et ideo oīs creatura parturit ⁊ ingemiſcit vſqʒ adhuc.quietē hōis expectās.vt dicit̄ Ro.viij.⁊ de deo etiā dicitur ꝙ ſex diebus operatus eſt ſeptima die requieuit. gen̄.ij. Unde lucifer qui prius voluit ſedere q̄ʒ miniſtrare dicēs.ſedebo in mōte teſtamenti in latere aquilonis.yſa.xiiij.proiectus ē de celo ⁊ labore penoſo ⁊ infructuoſo ē in perpetuum deputatus. Similiter hoīes q̄ illū imitātur ⁊ peruertunt ordinē dei. vt prius velint ſedere q̄ʒ miniſtrare vel laborare ꝓijciuntur ad laborē inutilem ⁊ penoſum.p̄s. Laborabit in eternum ⁊ viuet adhuc in finem. Sextū eſt exēplum chriſti qui factus eſt hō.⁊ in laboribus multis a iuuētute ſua fuit.vt daret nobis exēplum laborandi.p̄s. Pauper ſum ego ⁊ in laboribus a iuuētute mea. Qui etiā ad laborandū nos inuitat dicēs. Ite ⁊ vos in vineā meā.⁊ qd̄ iuſtum fuerit dabo vobis.⁊ ideo nēo poteſt dicere nemo nos cōduxit. Io.xv. Si nō veniſſem ⁊ eis locutus fuiſſem pctm̄ nō hrēnt.nunc autē excuſationē nō habēt. Septimū ē modicus labor ⁊ magnū p̄miū.qꝛ quilibet denarium accipit. Ber. Labor meus vix ē vnius hore.⁊ ſi āplius eſt nō ſentio p̄ amore.j. corinth.ij. Quod oculus nō vidit nec auris au.nec in cor ho.aſcen.q̄ p̄pa.de.diligen.ſe. Octauū eſt multorū maloꝝ fuga quia qui ocia ſectatur in multa mala incidit.prouer. xxj. Deſideria occidunt pigrū.noluerūt em̄ quicq̄ʒ manus eius operari.tota die cōcupiſcit ⁊ deſiderat. Eccl.xxxiij. Multā malicià docuit ocioſitas. Ezech.xvj. Hec fuit iniquitas ſodome ſororis tue ſaturitas panis ⁊ vini ⁊ ociū. Sed quō peccatores dicūtur ociari.cū ipi dicant in inferno. Laſſati ſumus in via iniquitatis. Sap̄.vj. Et dicendum ꝙ ipi multū laborant ⁊ euiſcerant ſe ⁊ conſumūt vt aranea.⁊ circueunt mare ⁊ aridam. Hiere.ix. Ut inique agerēt laborauerūt.ſed pro tanto labor eorū dicit̄ ociū quia fruſtra eſt.quia ſicut hō per ociū nihil conſequitur.ita ipi ex labore eorū nihil conſequūtur boni. Sap̄.v. Quid nobis ꝓfuit ſuperbia ⁊ diuitiarū iactātia quid contulit nobis. Et ſic patet ſecundum. Tercio diuine retributiōis magnificētia declaratur in denarij collatiōe.que fuit excedēs merces ſuper merita ſingulorum. tam qui venerunt de mane ſicut qui venerunt d̄ ſero Ro.viij. Nō ſunt cōdig.paſſi.hui⁹ tp̄is ad futurā glo.q̄ reue.in nobis. Et hoc ē qd̄ ait Cū aūt ſero factū eſſet ⁊c. Ubi nota ꝙ duplex eſt ſero.ſcʒ generale omniū qd̄ ē finis mundi.⁊ particulare vniuſcuiuſqʒ quod ē mors. In vtroqʒ autē ſero dn̄s ſeruis ſuiſ mercedem reddet.quia in particulari retribuet mercedem quantum ad animā.in vniuerſali quantum ad corpus.quia in illo ſero vniuerſali erimus beati in corpore ⁊ aīma. Dominus vinee eſt deus pater.qui vineam ſancte eccleſie plantauit. yſa. Uinea mea electa ego te plantaui. Matthei.xx. Homo erat paterfamilias qui plātauit vineam. Procurator dei pr̄is ⁊ iſtius vinee ē xp̄s ſm̄ qd̄ hō.cui pater omnia dedit i manus.matth.xj. Omnia mihi tradita ſunt a pr̄e meo. Ipe ergo hēt ⁊ punire ⁊ remunerare viuos ⁊ mortuos. Act.x. Qui ꝯſtitutus ē a d̄o iudex viuorū ⁊ mortuorū. ē ergo xp̄s noſter iudex vt dictum eſt.cuiꝰ noſ iudicabit. Item eſt noſter procurator.

quia oīa bona nobis pꝛocurauit. Ro. viij.
Quō non cū illo oīa bo. no. do. Itē eſt no
ſter aduocatus. q̄a cauſam noſtrā ſuſcepit
⁊ ſemper pꝛo nobis deum interpellat. j. Io
hā. j. Aduocatum habemus apud pa. ieſuꝫ
xp̄m iuſt. ⁊ ip̄e eſt pꝛopi. pꝛo pec. no. Item
noſtre mercedis retributoꝛ. vt hic ptꝫ. Io.
x. Ego vitā eternā do vobis. Dat ergo xp̄ſ
omnibus ſeruis ſuis denariū id eſt ſeip̄m.
qui eſt denarius dei patris ⁊ beata vita ani
marum vt dicit auguſt. Gen̄. xv. Ego mer
ces tua magna nimis ℭ Significat er
go felicitas eterna per denarium quītupli
ci ratiōe. Pꝛimo ratiōe imaginis. Nam ī
denario qui olim dicebatur denarius erat
imago regis. Felicitas autē humana eſt dei
tas ⁊ humanitas. xp̄us enim qui eſt imago
dei patris ⁊ deus humanat⁹ eſt beatitudo
noſtra. Nā cognoſcere chꝛiſtū inquantum
deus eſt ⁊ inquantū homo. eſt vita eterna.
Iohā. xvij. Hec eſt vita eterna vt cog. te
ſolum deū verū ⁊ quem mi. ieſum xp̄m. Eſt
ergo xp̄s denarius patris in quo ip̄m habē
do ⁊ videndo conſiſtit beatitudo noſtra. qui
q̄uis omnibus detur tñ vnus alio clarius
videbit ⁊ perfectius poſſidebit ſm differen
tiam meritoꝛū. Sicut oēs ſtelle illuminant̄
a ſole. ſed vna magis illuminatur alia. j. co
rinth. xv. Stella differt a ſtella in claritate
ſic ⁊ reſurrectio moꝛtuoꝝ. coꝛpus autē erit
magis clarū ex maioꝛi gloꝛia anime. Unde
differētia claritatis coꝛpoꝛum ex differētia
gloꝛie animarū cauſabitur. ita ꝙ in ip̄a ma
ioꝛi claritate coꝛpoꝛum cognoſcetur maioꝛ
gloꝛia animarū. Et ſic vna erit gloꝛia om
nium ⁊ de eiſdem ſcꝫ de euaſione mali et de
adeptione boni. Et quantum ad omnia hec
erunt pares. Et hoc eſt qd̄ hic dicitur. Pa
res illos nobis feciſti. Sed illā gloꝛiam nō
oēs equaliter participabunt. vt dictum eſt.
Secundo ratiōe valoꝛis. denarius eñ dicit̄
a decem quia olim decꝫ paruulos valebat.
Uita autē eterna pꝛo obſeruatiōe decem p̄
ceptoꝛū datur. matth. xix. Si vis ad vitā in
gredi ſerua mādata. Ip̄a ergo obſeruatio
decē pꝛeceptoꝛū gratia infoꝛmata valet de
narium regni celeſtis. quia vt dicit Augu

Ipſa [illegible] obſeruatio [illegible]
gratia informata [illegible] denarium

ſtinus. Regnum celoꝛum tantum valet q̄
tum habes. Qui autem gratia dei adiutus
ſeruat p̄cepta. ergo regnū dei meretur. Ter
cio ratiōe litterarū. Sunt eñ littere in de
nario expꝛimētes nomē regis per quas ſci
entia deſignatur. ſic ⁊ in denario vite beate
erit ſcientia omniū rerū. quia in ip̄o deo co
gnoſcemus deū ⁊ omnia alia. j. coꝛinth. xiij
Nūc cognoſco ex parte. tunc autē cogno
ſcam ſicut ⁊ cognitus ſum. Uidemus enim
nunc per ſpeculum in enigmate tūc autem
facie ad faciē. Grego. Quid eſt qd̄ neſciāt
qui videntē omnia vident. Quarto ratiōe
ſufficiētie. quia in denario eſt omis ſuffici
entia vite q̄ emi poteſt. Eccs. x. Pecunie
obediunt omnia. Sic in denario regni erit
ſimiliter ſufficientia ⁊ ſuperabūdantia om
nis boni. Exo. xxxiij. Oſtendam tibi omne
bonū. Quinto ratiōe figure rotūde. in qua
nō eſt finē vel pꝛincipiū inuenire. Sic illa
vita beata que eſt deus nō habet pꝛincipiū
nec finē. Et quicūq̄ eam ſemel habuerit ꝑ
petuus efficietur in ip̄a. Io. vj. Omne qd̄
venit ad me nō eijciā foꝛas. Et ſic patet ter
cium. Quarto fraterne felicitatis inui
dentia ſubinfertur. quia pꝛimi videntes ꝙ
vltimi acceperunt ſingulos denarios. et ip̄i
non amplius acceperunt murmurauerunt.
nō aduerſus pꝛocuratoꝛē ſed aduerſus pa
tremfamilias. d. Hi nouiſſimi vna ho. fe. ⁊
pares illis no. fe. qui poꝛta. pon. di. ⁊ eſtus.
Sed cū boni nunq̄ murmurent de omibus
que deus facit. ſed dicunt cū iob. dn̄s dedit
dn̄s abſtulit. ſicut do. pla. ita fa. ē ſit no. dn̄i
be. quō cū omnes iſti operarij boni fuerūt.
quis omnes denarium acceperūt dicuntur
murmuraſſe. D Ad quod dicendum ꝙ
murmuratio ex mſtis poteſt accidere. Pꝛi
mo enim ⁊ pꝛopꝛie cauſatur murmuratio
ex motu impatientie ex eo ſcilicet ꝙ nō pa
tienter ſuſtinent aliqui ea que deus facit ſi
bi vel alijs ſiue bona ſiue mala. Sic filij iſ
rael in deſerto non patienter tulerunt ea q̄
deus fecit eis. ⁊ ideo murmurauerunt. pꝛi
mo coꝛinth. decimo. Neq̄ murmurauerī
tis ſicut eoꝛum quidam. Et talis mur
muratio nō ē inter ſctōs vt dictū ē. grego.



Regnum celoꝛum nullus murmurās acci
pit. ⁊ nullus qui accipit murmurare poteſt
Secundo poteſt cauſari ex longa expec
tatione ⁊ coꝛdis ſuſpiratiōe. Et illa fuit in
antiquis patribus. Gregoꝛi⁹. Accipientes
murmurabant. qꝛ antiqui patres ī infernū
deſcendentes a gloꝛia dilati ſunt. Quaſi er
go poſt murmurationē denariū accipiunt.
qui poſt longa tempoꝛa inferni ad gaudia
regni peruenerūt. Tercio poteſt cauſari ex
admiratione diuine clementie. Talis mur
muratio q̄nq̄ꝫ eſt inter ſanctos viros. qui
videntes ꝙ deus tam copioſe remunerat. ⁊
citius aliq̄n remunerat tarde veniētes q̄ꝫ ſi
bi longo tēpoꝛe ſeruientes. qd̄āmodo mur
murant dei ſuper hoc liberalitatē ⁊ miſeri
coꝛdiā admirātes. Sic petrus murmurare
potuiſſet ꝙ latro citius eo ad regnū perue
niſſet. ⁊ de tali murmuratiōe itelligi poteſt
qd̄ hic dicitur. Quarto poteſt cauſari ex
admiratione diuine patientie. ⁊ hāc etiā ha
bent ſancti viri qui videntes malos in hac
vita floꝛere qd̄āmō murmurāt. dei ſuꝑ hoc
patientiā admirātes. Hiere. xij Quare via
impioꝛum pꝛoſperatur. bene ē omnibus q̄
ꝑuaricātur ⁊ iniq̄ agūt. Abacuc. j. Quare
reſpicis ꝯtēptoꝛes tacēs cōculcante impio
iuſtioꝛē ſe. Uel dicendū ꝙ murmurauerūt
id eſt murmurare potuerūt. qꝛ nō omnis ſi
militudo currit quattuoꝛ pedibus. Criſo.
Nō aūt opoꝛtet ea q̄ in parabolis ſunt ſm
totū qd̄ dicitur inueſtigare. ſed intentioneꝫ
pꝛopter quā cōpoſita ē intellgere ⁊ nihil vl
tra ſcrutari. Nō ergo inducit hoc vt oſtē
dat aliquos inuidia moꝛſos. ſed vt oſtēdat
hos in tanto poſitos honoꝛe. qd̄ inuidiam
alijs potuit generare. Et ſic patet quartū.
Quinto pꝛeſumptiōis audacia repꝛimitur
⁊ deſperatiōis ſubleuatur deiectio in para
bola adaptatione. qꝛ ſic erūt p̄mi nouiſſimi
id eſt iudei qui pꝛimo ad hanc vineam ſunt
vocati erunt nouiſſimi in laboꝛatiōe ⁊ per
conſequēs in remuneratione. quia vltimo
cōuertentur. ⁊ nouiſſimi ſcꝫ gentiles q̄ no
uiſſima hoꝛa in hanc vineam intrauerunt
erunt pꝛimi in regno. Nō tamen oēs q̄ ad
hanc vineam vocātur neq̄ omnes qui ī ea

laboꝛant recipient denariū regni. quia mul
ti ſunt vocati ad fidem ⁊ penitentiā. pauci
vero electi ad regnum. Multi ſunt electo
res ep̄oꝛum ⁊ alioꝛum dn̄oꝛum. ⁊ pauci ſūt
ep̄i ⁊ poteſtates reſpectu alioꝛum. Sic de
bet intelligi hoc exemplum de filijs iſrael.
qui per moyſen ſunt vocati ad intrandum
terram pꝛomiſſionis. ⁊ fuerunt vltra ſexcē
ta milia. ⁊ non intrauerunt niſi duo ſcꝫ ca
leph ⁊ ioſue. Ex quo magnus timoꝛ debet
incuti nobis ⁊ debemus niti de illis paucis
electis eſſe. Hoc autē ꝙ dicit. Erunt pꝛimi
nouiſſimi pꝛimi tripliciter poteſt intelligi.
ℭ Pꝛimo vt nouiſſimi in oculis ſuis
ſint pꝛimi ⁊ maximi in oculis dei. ⁊ hoc ve
rum eſt. qꝛ humilitas eſt que exaltat. j. Re
gum. xv. Nōne cum paruulus eſſes ī ocu
lis tuis caput in tribubus iſrael factus es
Luce. xiiij. Omnis qui ſe exaltat humilia
bitur. ⁊ qui ſe humiliat exaltabit. Et econ
uerſo. qui ſunt pꝛimi ⁊ maximi in oculis
ſuis ſint minimi ⁊ nouiſſimi in oculis dei.
quia qui ſe exaltat humiliabitur vt ibideꝫ
dicit lucas Secundo vt nouiſſimi in iu
dicio hominum ſint pꝛimi in iudicio dei. qꝛ
homines vident que foꝛis patent. deus au
tem intuetur coꝛ. j. Regū. xvj. Et ideo fre
quenter aliter aliter iudicat deus q̄ hoīes
qui intima aſpicit. Et ideo econuerſo p̄mi
in iudicio hominū ſint nouiſſimi in iudicio
dei. Tercio vt dictum eſt ſcꝫ qui primo
venerunt vltimo remunerentur ⁊ q̄ vltimo
venerūt pꝛimo. Cuius ratio poteſt eſſe du
plex. Pꝛima q̄ dicta eſt ſcꝫ ꝙ illi q̄ tardius
veniūt feruētius operātur. Secūda eſt ſola
gratia ⁊ voluntas dei. q̄ tangitur in littera
cū dicitur. An oculus tuus neq̄ eſt qꝛ ego
bonus ſum. nō licet mi. qd̄ volo facere. q̄a
vt dicit ap̄lus Ro. vj. Gratia dei vita et
na. Cū ergo gratia nō ſupponat meritū alſ
gratia nō eſſet gratia. vt dicit ap̄ls ibidem.
⁊ vita eterna detur gratis. ergo nouiſſimi
poſſunt eſſe pꝛimi. ⁊ pꝛimi nouiſſimi. Quia
vt dicit apoſtolus ibidem. Non eſt volētis
neq̄ꝫ currētis ſꝫ dei miſeētis. ⁊ ſic ptꝫ quintuꝫ

De epiſtola ſermo.xxvij.

Neſcitis ꝙ hi qui in ſtadio cur
runt omnes quidem currũt .ſ;
vnus accipit brauiũ.j.corinth
ix.Conſuetudo eſt aliquarum
terrarum ꝙ iſto tēpore curre
re faciunt brauium. et in aliquibus terris
agoniſte frequentāt agones. armati ſcutis
et galeis et baculis ligneis et agoniſant in
plateis ⁊ vijs.Eccleſia autē iſto ſacro tp̄e
ſeptuageſime incipit per lamenta penitētie
ad brauium eterne felicitatis velocius cur
rere ⁊ in agone ſpūs fortius dimicare. Et
ideo hoc tp̄e facit legi quandā ep̄ſam pauli
in qua beatus paulus ſub ſimilitudine cur
rentium brauium ⁊ agoniſantiū in plateis
nos hortatur vt ad brauium ſuperne voca
tionis cum firma ſpe percipiendi curram⁹
⁊ in agone ſpūs congrue dimicemus.nō ꝙ
licitum ſit predicta etiā conſpicere nedū fa
cere.ſed ſicut chriſtus prudētiam villici ini
quitatis allegauit. ſic ap̄ſus prudentē actū
illorū allegat.vt in eo ꝙ prudenter faciūt
facta ſua eos ſequamur prudenter facta
ſpūs faciendo.matthei.x.Eſto.pru.ſicut ſ.
In qua quidem ep̄la ap̄ls quattuor facit.
Primo eñ ſub ſimilitudine currentium in
ſtadio nos hortatur vt ſic curramus ꝙ bra
uium regni celeſtis cōprehendere valeam⁹
in principio ep̄ſe. Secūdo ſub ſimilitudine
agoniſtarum nos hortatur vt legitime cer
temus quatenus coronā glorie percipiam⁹
ibi.Omnis qui ī agone cōtendit ab oībus
ſe abſtinet.Tercio in duobus p̄dictis ſe ad
ducit in exēplū vt ip̄m inſpicere valeamus
ibi.Ego ſic curro nō quaſi ⁊c.Quarto mul
ta beneficia antiquis patribus preſtita re
ducit ad memoriā noſtra beneficia figuran
tia.propter q̄ fiducialiter currere ⁊ ſecure
poſſumus dimicare in.x.capitulo ibi. No
lo autē vos ignorare fratres ꝙ patres no
ſtri omēs ſub nube fuerunt. Primo ergo
ſub ſimilitudine currentiū in ſtadio hortat
nos vt ſic curramus ꝙ brauium regni cele
ſtis accipere valeamus.Et hoc ē.Neſcitis
ꝙ hi qui in ſtadio currunt.id eſt in octaua

parte miliarij.Stadiuz eñ eſt octaua pars
miliarij. Miliariū autē conſtat ex paſſib⁹
mille.Paſſus autē continet quinq; pedes.
Et ſic ſtadiū continet paſſus centū.xxv.Et
dicitur ſtadiū fuiſſe inſtitutū ab hercule vt
tantū curreretur ſub ſpe adipiſcendi p̄miū
aliquod in fine curſus.⁊ daretur ei q citi⁹
perueniret.Ip̄e autē hercules vno anheli
tu tantū ſpaciū pertranſibat. Et dicitur ſta
diū a ſtando.quia tūc hercules ſtabat. In
tali ergo ſtadio omnes qui cōueniūt vt ac
cipiant p̄miū in fine curſus reddendū. oēs
currūt ad finē ſtadij.ſed vnus qui melius
omnibus currit ⁊ vſq; ad finē pertingit ac
cipit brauiū.i.p̄miū curſus.qd̄cūq; ſit illud
Nō eſt vbiq; equale ſpaciū qd̄ ſtatuitur ad
currendū. Poſtea ſimilitudine adaptat di.
Sic ergo vos currite cōprehēdatis p̄miuz
ſc; curſus veſtri.qd̄ eſt denarius regni ce
leſtis.qui vt in hodierno euāgelio habetur
datur omnibus q in vinea p̄nie pſeuerant.
Vñ nō ē ſicut brauiū qd̄ ſolū vni tribuit.
ſed oībus qui vſq; ad finē currūt pleniſſi
me elargitur.In hoc ergo ē ſimilitudo vt
ſi volumus brauiū eternū recipere.vſq; ad
finē curſus curramus. q: ſolū ſic currenti
attribuitur. Circa hoc primū membrum
tria ad edificationē noſtrā videam⁹.ſ.q ſūt
equi ad hoc brauiū currētes q̄ ſūt neceſſa
ria ad bene currēdū .⁊ q̄ nos mouere debēt
ad bene currendū. Primo videam⁹ qui
ſūt equi ad hoc brauiū currētes.oēs ei cur
rūt q: oēs ī fide ſua credūt ſaluari.ſ; vnuſ
tm̄ pp̄ſs.ī.xp̄ianus accipit brauiū E Et
dicēdū ꝙ ſex ſunt equi ad hoc brauiū cur
rentes ſex pp̄ſos ſignificātes ⁊ oēs fruſtra
currūt p̄ter vnū qui accipit brauium. Pri
mus equus ē pallidus de quo dicit apoca.
vj.Vidi ⁊ ecce equus pallidus ⁊ q ſedebat
ſuper eū nomē illi mors.⁊ infernus ſeq̄bat
eū.Et iſte ſignat genus iudeorū quoꝝ mer
ces erat tēporalis abundātia.quā pallor de
ſignat.pſa.x Si audieritis me bo.ter.come.
Quia oēs moriūtur ad inferos deſcenden
tes.⁊ ideo ad brauium nequeunt peruenire
ſed mors vel infernus ſequitur eos. De
quorum numero ſunt omnes chriſtiani.



qui pro terrenis deo ſeruiunt.pſ. Confite
bitur tibi cum benefe.ei. Io.vj.Queritis
me quia mādaucaſtis ex panibus meis. De
quibus dicitur matth.v.Amen dico vobis
re.mer.ſuam.Secundus eſt equus emiſſa
rius de quo dicitur in eccleſiaſtico. Equus
emiſſarius ſic ⁊ amicus ſubſannator ſub oī
ſupra ſedente hinnijt.Iſte ſignificat genus
ſaracenorum.quorum vita tota eſt in luxu
ria ⁊ delitijs corporalibus ⁊ per huiuſmo
di currunt. quia dicunt in alia vita hoīes
plures vxores habere ⁊ iuxta flumē lactis
et mellis conſiſtere.Et ideo brauium nō ac
cipiunt felicitatis eterne.De quorū nume
ro ſunt omnes xp̄iani quorū deus vēter eſt
qui in corporalibus delitijs finē ſuum con
ſtituunt.Eccs.vj.Omnis labor hominis ī
ore eius. Tercius eſt equus rufus.Apoce.
vj.Et exiuit alius equus rufus.⁊ qui ſede
bat ſuper eū datū eſt ei vt ſumeret pacē de
terra ⁊ vt inuicem ſe interficiāt ⁊ datus ē
illi gladius magnus.Iſte ſignificat genus
thartarorum propter magnā effuſionē ſan
guinis quā fecerūt.quibus magnus gladius
eſt largitus ad ſeip̄os ⁊ alios interficiendū
⁊ pacifice ſupra totā plagā orietalem pla
gam regnāt.Iſti inaniter currūt.q: de mō
currendi nullam legē habent. ſed quilibet
currit ſicut ſibi placet. De quorū numero
ſunt omnes xp̄iani q ſub lege euāgelij no
lunt conſtringi.ſed volunt viuere pro libi
to voluntatis.Quartus aquus eſt niger.
Apoca.vj.Ecce equ⁹ niger ⁊ q ſedebat ſu
per eū habebat ſtateraz in manu ſua.Iſte
ſignificat genus hereticorū qui ſtaterā do
loſam habent in manibus. dū verba euan
gelij et ſacre ſcripture nō ponderant recto
mō.ſed falſe exponētes que nō intelligunt.
et ideo ſicut falſarij litterarū et ponderum
debent cōburi.De quorū numero ſūt oēs
xp̄iani qui falſa loquūtur ⁊ operātur.Quī
tus equus ē varius qui eſt fallax ad ſalutē
Zach.vj.In quadriga quarta equi varij ⁊
fortes. Iſte ſignat genus ypocritarum et
falſorū xp̄ianorum qui ſunt varij.quia ſūt
aliud interius ⁊ aliud exterius.⁊ ſub pelle
ouina habēt morſum caninū.matthei.vij.

Attendite a fal.prophe.qui ve.ad vos ī ve
ſti.o.intrin.au.ſūt lu.ra.Iſti videtur cur
rere ſed nō currūt. ⁊ iō brauiū nō accipiūt
Iſti ſūt valde fortes ad nocendū ⁊ decipiē
dū.q: hoīes nō cauent ſibi ab eis. Sextus
equus ē albus.Apoca.vj.Et ecce equ⁹ al
bus ⁊ q ſedebat ſup eū hēbat arcū.⁊ data ē
ei corona.⁊ exiuit vincens vt vinceret.Et
iſte ſignat genus verorū xp̄ianorū q oīa vi
cunt et perueniūt vſq; ad brauiū.⁊ iō coro
nant qui hn̄t alba ⁊ cādida veſtimēta.id ē
opa.Eccl.ix. Omni tp̄e veſtimēta tua ſint
cādida.Ro.iij.Abijciamus ergo opa te.⁊
indu.ar.lu.i.opa lucida. Iſti ſoli accipiūt
brauiū. Secūdo videamus q̄ ſūt neceſſa
ria ad bene currendū .ita ꝙ brauiū habea
mus.Sicut eñ legere ⁊ nō intelligere ē ne
gligere.ita currere ⁊ nō bene currere ē op⁹
perdere. ℞ Et ſciendū ꝙ ad bene cur
rendū quinq; exigūtur.q̄ etiā exiguntur ī cur
ſu corporali ⁊ ſūt neceſſaria. Primū ē for
titudo perſone ⁊ cōgrua diſpoſitio. qa nec
cecus nec claudus nec debilis vel infirm⁹
bene currere poteſt.ita hō debet eſſe diſpo
ſitus ⁊ ſanus in mēte per virtutes ⁊ gratiā
dei.q̄ diſponūt ⁊ faciunt hoīem aptū ad bn̄
currēdum.Extere natiōes nō pn̄t currere.
q: ſunt cece ⁊ claude nec mali xp̄iani.quia
ſunt debiles ⁊ infirmi dei fortitudine ⁊ ſpi
ritusſācti dōis carētes. ⁊ ideo cū via dei ſit
arta ⁊ difficilis nō pn̄t per eā currere.Au
guſtin⁹.Anguſta ē via q̄ duc ad vit.eter.et
ad ip̄am niſi dilatato corde nō curriī.q: iter
virtutū quo gdiūr pauꝑes xp̄i ē āplū ſpei fi
deliū.⁊ ſi artū ſit infideliū vāitati. Secūm ē
īpedimētoꝝ remotō ℞ Sūt ei mlta īpe
dimēta ſpūalr currere volentē.et p̄cipue ſūt
duo.Primū ē vīcſatio pctōꝝ. catenat⁹ ei
vt ē pctōr nō pōt currere.puer.v.Iniqta
tes ſue capiūt impiū et funib⁹ pctōꝝ ſuoꝝ
ꝯſtrigiī.et iō per verā ꝯtritionē et ꝯfeſſiōē
oportet ꝙ prſo ab his vīculis abſoluaī.q:
alr̄ nō poſſet pergere nedū currere.Io.xi
Soluite eū et ſinite abire.Hoc dixit xp̄s d
lazaro per quē pctōr deſignaī. Secundum
impedimentum eſt onus temporalium.Nō
enim oneratus poteſt velociter i v

ambulare neduum currere. Bernardus. Tu
onuſtus auro ⁊ argento putas te chriſtum
ſequi. qui exultauit vt gigas ad currẽdam
viam. Et quia iſtud onus eſt onus anime.
q̃ currere debet. igitur hec alleuiatio debet
fieri intus in anima. vt anima non afficiat
nec cõcupiſcat temporalia. que q̃uis aliqs
non habeat. afficiatur tamen ⁊ cõcupiſcat
ea habere. ita eſt oneratus ac ſi haberet. et
qui nõ concupiſcit nec afficitur eſt leuis et
aptus ad currendum. q̃uis tẽporalia poſſi
deat. Et attende ꝙ curſor p̃cingit ſe ⁊ ha/
bet veſtes curtas nõ defluentes in terram.
vt melius currat. Sic ſpũaliter currere vo
lentes oportet cingi per continentiã carna
lis voluptatis. Luc. xij. Sint lumbi veſtri
p̃cincti. Debet etiam veſtes curtas habere.
vt de temporalibus ſolum accipiat neceſſa
ria. j. Thi. vj. Habẽtes alimenta ⁊ qui. te.
his conten. ſimus. Quidam habent veſtes
muliebres per cenũ defluentes. ſicut viri ef
feminati qui totaliter carnis voluptatibus
immerguntur ⁊ ideo currere non poſſunt.
Unde in huius figura mandatum ẽ in le/
ge deutro. xxij. ꝙ viri veſte feminea indui
non debent. Tercium quod exigitur ad be
ne currendum vt brauium habeatur ẽ ve/
lox curſus arreptio. vt cito homo arripiat
curſum. Nã in curſoribus brauij magna p̃
rogatiua eſt anticipare curſum. Ita ſpũa/
liter cito incipere curſum maximũ bonum
eſt ad brauium percipiendũ. Treñ. iij. Bo
num erit vi. cũ porta. iu. dñi ab adole. ſua.
Multi ſunt qui dicũt. ſtatim volo currere
⁊ ſemper vadunt ſe vertẽdo ⁊ nũq̃ currũt.
prouer. xxvj. Sicut hoſtiũ vertitur in car/
dine ſuo. ſic piger ĩ lectulo ſuo. Ecci. xxxiij
Precordia fatui quaſi rota carri. Rota
carri ſemper vertitur circa axim neq̃ vnq̃
ab axe ſeparatur. ⁊ ſimiliter hoſtiũ in car/
dine. Sic multi dicunt ſe velle recedere a
mundanis ⁊ nunq̃ recedunt. Quartum eſt
deuiationis cautio. vt currens a deuiatiõe
caueat. quia ſi modicũ deuiat multũ errat.
Numeri. xx. Non ibimus per agros neq̃
per vineas. neq̃ bibem⁹ aquas de ciſternis
tuis. ſed via publica gradiemur neq̃ ad de

xteram neq̃ ad ſiniſtram declinãtes. Qui/
dam ad ſpectacula ⁊ ludos ⁊ per tabernas
declinant ad dexterã mundi. Quidam vero
ſeculi triſticia abſorbẽtur que mortem ope
ratur. vt dicit apl's. ij. corinth. vij. Exẽplũ
huius habemus in filijs iſrael qui circuie/
runt per. xl. ãnos in deſerto. ⁊ viã quam in
duobus menſibus facere debebãt diſtulerũt
facere per. xl. ãnos. p̃s. In circuitu impij
ambulant. Et ideo qui non vult deuiare.
vadat poſt chriſtum qui via eſt. Joh. xiiij
Ego ſum via veritas ⁊ vita. Bernardus.
Beatus eſt dñe ieſu qui te hominem inter
homines cõuerſantem obſeruans diligẽter
pro viribus ſe prebet imitatorem tui. Qui
tum eſt curſus cõtinuatio. Eſt enim ſola p
ſeuerãtia heres regni eterni. matth. x. Qui
perſe. vſq̃ in fi. hic ſal. erit. In cuius figu
ra mandatum eſt in lege ꝙ ſemper cauda
animalis deberet in ſacrificio offerri. Mul
ti incipiunt feruenter currere ſed nõ conti/
nuant. neq̃ opus penitentie conſũmant. et
ideo nihil faciunt. prouer. xviij. Qui mol/
lis eſt ⁊ diſſolutus ĩ opere ſuo frater ẽ ſua
opera diſſipãtis. Mollis eſt qui cedit du/
ris. ⁊ ideo quando occurrit ei aliqd̕ diffici/
le in opere incepto deſiſtit. quod tale eſt ac
ſi illud opus diſſiparet. Contra quod dicit
apl's. ij. Thi. iiij. Bonũ cer. cer. cur. cõſu.
fi. ſer. Tercio videamus que nos mouere
debeant ad bene ⁊ ſtrenue currẽdum. Il
Et dicẽdum ꝙ ſex debent nos mouere ⁊
incitare ad bene currendum. que etiã cor/
poraliter currentes ſolent incitare. Pri
mum eſt premiũ ⁊ brauij precioſitas. Plu/
res enim veniũt ad currendum. ⁊ melius ſa
tagunt currere vbi brauiũ precioſius cerni
tur. In hoc autem curſu ponitur brauiũ
continens omne bonum in ſe. Exodi. xxxiij
Oſtendam tibi omne bonũ. yſa. lxiiij. Ocu
lus non vidct deus abſq̃ te que preparaſti
expectantibus te. Eſt etiam hoc brauium
bonum perpetuum ⁊ nunq̃ finiendũ. yſa lj
Leticia ſempiterna ſuper capita eorũ. Se/
cundum eſt nobilitas ⁊ multitudo perſona
rum expectantium nos currentes. Nã qui
debent currere corã rege ⁊ regina ⁊ oibus



et dominabus regni. totis viribus bñ cur/
rere nitũtur. nos autem coram deo ⁊ beata
maria ⁊ angelis ⁊ ſanctis omnibus curri/
mus. Bernar. Expectant nos angeli vt eo
rum ruina reſtauretur. ſancti vt eorũ gl'ia
compleatur. Deus pater quaſi filios ⁊ he/
redes vt ſuper omnia bona ſua conſtituat.
Filius quaſi fratres ⁊ coheredes vt fruc/
tum natiuitatis. preciũ ſanguinis patri ſuo
offerat. Et ip̃e ſpũſſanctus qui eſt ip̃a cari
tas ⁊ benignitas in qua pater nos predeſti
nauit ad regnum. Et maxime nos religioſi
debemus niti bene currere. quia non ſolũ
celum ſed etiam mundus nos currere aſpi/
cit. ⁊ aliqui vt eddiſcant. ⁊ aliqui vt deri/
deant ⁊ infament. j. corinth. iiij. Spectacu/
lum facti ſumus mundo ⁊ angelis ⁊ homi
nibus. Tercium eſt temporis breuitas. bre
ui eñi tẽpore currere habemus. Jacob. Que
eſt vita no. ni. va. ad modicũ pa. Antiqui
magno tẽpore currebant ⁊ tandem ad infe
ros deſcendebant. nos autem in vltima ho
ra venientes modicum in vinea patientie ⁊
penitẽtie nolumus laborare ⁊ in ſtadio cur
rere. Quartum eſt miſeria loci in quo ſu/
mus. ⁊ malorum habitantium in eo copio/
ſitas. quia totus mundus eſt plenus mal'. j.
Jo. v. Totus mundus in mali. eſt poſitus.
Grego. Mala que nos hic premũt ad deũ
ire cõpellunt. Optime fecit deus qui locũ
incolatus ⁊ peregrinationis noſtre tot mal'
⁊ omni inſtabilitate repleuit. vt nos boni/
tate ſua non detineret. Ber. O munde im
munde ſi ſic tranſiens allicis. quid faceres
ſi maneres. certe omnes caperes. De loco
autem malo feſtinat homo exire. Sic feſti
nauit loth exire de ſodomis. geñ. xix. Qui/
tum eſt inimicorum nos inſequentiũ crude
litas. quia demones nos in hoc curſu fortiſ
ſime inſequuntur perdere cupientes. j. pe. v
Aduerſarius noſt. dya. tan. leo ru. cir. que.
quẽ deuoret. Conſueuerunt autem omnes
homines inſequentibus inimicis fortiſſime
currere fugiendo. Actuũ. xij. Percuſſoq̃
latere petri excitauit eum di. Surge velo.
Sextum eſt perditionis ⁊ confuſionis mul
tiplicitas. quia ſi non bene currerimus ex/

ſpoliabimur armis. et in carcerem dyaboli
detrudemur. et ſic erimus in perpetuũ con/
fuſi. et auferentur a nobis corpus et aĩa ⁊
omnia bona noſtra. Lu. viij. Ei autem qui
nõ habet ⁊ qd̕ videtur ha. aufe. ab eo. ⁊c.
Charitiſſimi curramus fortiter ſuper equũ
album vt non confundamur et tanq̃ victi
in carcere recludamur. ſed tanq̃ victores
brauium habeamus. Et ſic patet primum.
Secundo ſub ſimilitudine agoniſtarum
nos hortatur apoſtolus vt legitime decer/
temus. quatenus coronam glorie percipere
mereamur. Et talis ẽ ratio. omnis pugnãs
in agone pro modico premio. ab omnibus
abſtinet et fortiter dimicat. ergo multo for/
tius in agone ſpũs debemus nos pro mag/
no premio ab omnibus abſtinere ⁊ fortiter
dimicare. Et hoc eſt. Omnis eñi vel aliqs
qui in ago. cõ. hoc eſt. omnis qui in agone
certaminis pugnat cum alio ab omnibus ĩ
pedientibus pugnã ne victus efficiciatur abſ
tinet. ſed nos ſumus in agone et pugna q̃/
diu ſumus in hac vita. Job. vij. Militia ẽ
vita ho. ſuper terrã. Ergo per totam vitaũ
ab his que nos in pugna ſpiritus impediũt
abſtinere debemus. R. Ubi nota ꝙ in/
ter alia maxime ſunt tria que deuaſtãt ho/
minis militiam. et faciunt homines succũ/
bere inimicis etiam in prelio mundi Pri
mum eſt deſideria carnalia et delitie carnis
Unde de militibus hanibalis dicitur in ti/
to liuio. Quos nec ferrum nec alpes nec ni
ues potuerũt vincere delitie cãpanie ener/
uauerunt. Unde ibidem legitur ꝙ ſenatus
romanus miſit quendam capitaneũ ad quã
dam miliciam. qui inueniens eam delitijs ⁊
meretricibus diſſolutam ſtatim exbanniuit
de exercitu omnes feminas. et mandauit ꝙ
nullus poſſet habere niſi vnum equum nec
aliquem famulum. ⁊ ſtatim fuit militia re
parata ⁊ deuicerunt hoſtes. Simile eſt in
prelio ſpũs. Et ideo beatus petrus capita/
neus iſtius prelij clamat. Obſecro vos tã/
q̃ adue. ⁊ peregri. abſti. vos a car. de. q̃ mi.
aduer. animã. j. pe. ij. In cuius figura man
datum eſt in lege ꝙ procedentibus filijs iſ/
rael ad bellum preco deberet clamare dicẽs

Siquis duxit uxorem de novo revertatur in domum ſuam. vt patet deutro.xx. Secundum eſt multitudo ſpoliorum. qꝛ magnum periculum eſt donec homo eſt in bello ſpolijs intendere. Exemplum de cōflictu conradini nepotis friderici imperatoris qui debellatus eſt a carolo. quia milites eius erant diſperſi ad ſpolia. propterea iudas machabeus ait. j. macħ. iiij. Non concupiſcatis ſpolia quia bellum cōtra nos eſt. ſed vt notum eſt nos ſumus in cōtinuo bello. ⁊ ideo nullo tempore debemus ſpolijs intēdere vel ſpolijs onerari. ſed ſemper ſub armis virtutum ſtare. j. theſſa. v. Sobrij ſim⁹ induti lo. fi. ⁊ cur. ⁊ ga. ſpem ſalutis Tercium eſt inobedientia militum. quia d̄ facili debellatur exercitus ſi milites nō obediunt duci. Et ideo prelatis eccleſiarū tanq̄ ducibus iſtius exercitus obedire oportet. Hebre. xiiij. Obe. prepo. ve. per omnia ⁊ ſubiacete illis. Et ſic patet ꝙ a tribus maxime abſtinere debemus. ſcꝫ a deſiderijs ⁊ delitijs carnis. ⁊ a ſpolijs temporalium. ⁊ ab inobedientia prelatorū. Et ſi pugnātes in agone mundi abſtinent ab his tribus vt corruptibilem coronā accipiāt. id eſt gloriam et mercedem tranſitoriam que corrumpitur ⁊ deficit. multomagis nos abſtinere debem⁹. qui incorruptam coronam accepturi ſum⁹ id eſt eternam que nunq̄ corrumpitur nec vnq̄ deficit nec marceſcit. j. pe. v. Vt cum venerit princeps paſtorum percipiatis immarceſſibilem eterne glorie coronaꝫ. Et ſic patet ſecundum. Tercio in duobus predictis ſe adducit ad exemplum vt ipm ſeq debeamus di. Ego igitur qui ad finem curſus in pugna venire volo. ſic curro ad brauium regni quantum ad primum. nō quaſi ad incertum. id eſt nō tanq̄ incertus de premio. quia qui de premio eſt incertus pigre ⁊ lente ⁊ male currit. Qui autem veram ſpem habet de premio optime currit. ſicut paulus. Similiter ſic pugno quantum ad ſecundum ſup. contra dyabolum carnem ⁊ mundum. non quaſi aerem verberans id eſt inaniter pugnās. qui enim pro hoſte aerem percutit. propter inanem ictū magis ſeipm grauat. vel quaſi aerem verberās pugnat qui tm̄ verba habet quibus ad litterā aer verberatur. ⁊ operibus bonis caret quibus predicti inimici vincūtur. prouer. xix. Qui tm̄ verba ſectatur nihil habebit. Talis q̄ verbo edificat facto deſtruit. Ecci. xxxiiij. Vnus edificans ⁊ alter deſtruēs q̄d ꝓdeſt illis niſi labor. Non ſic ergo pugno ſed caſtigo corpus meum. id eſt diſciplinis vigilijs ⁊ ieiunijs caſtum facio ⁊ in ſeruitutem redigo ſcꝫ anime. id eſt facio ipm rōni obedire. vt que ratio dictat facienda faciat. et que non dictat facienda caueat. Et ꝓprie dicit. Caſtigo corpus meū. quia corpus eſt quod impedit animā in curſu ⁊ in certamine prodit. retrahit enim corpus animam ne bene currat ⁊ prodit ⁊ impugnat vt ſuccūbat. Et ideo qui vult bene currere ⁊ bn̄ dimicare. oportet ꝙ corpus caſtiget ⁊ mēbra mortificet. Col. iij. Mortificate mēbra veſtra. Et non dicit occido corpus meum ſed caſtigo. Ro. xij. Rationabile obſequiū veſtrum. Et maxime hoc eſt neceſſarium predicatori ne reprobus efficiatur. quod tunc eſt quando illud quod predicat verbis factis non implet. Ro. ij. Qui predicas nō furandum furaris. Debet em̄ predicator oia que docet implere. Ro. xv. Non audeo loqui eorum que per me nō efficit chriſtus. Et hoc eſt. Ne forte cū alijs p̄di. ipe rep. effi. Et ſic patet tercium. Quarto apl's multa beneficia antiquis preſtita reducit ad memoriam noſtra beneficia figurantia propter quē fiducialiter currere et ſecure poſſumus dimicare. Et hoc eſt. Nolo autē vos igno. fra. qm̄ pa. noſtri nō carnales. corintheis em̄ loquebatur. ſed fidei inſtructores omnes tam boni q̄ mali ſub nube fuerunt. Ecce primum beneficium multum in ſe continens. quia a nube multa bona habuerunt. protegebat em̄ eos a perſequentibus inimicis. Exodi. xiiij. Columna nubis ſtetit inter caſtra egyptiorū ⁊ caſtra iſrael. eratq̄ tenebroſa ita vt ad ſe inuicem toto noctis tempore accedere non valerēt. Item illuminabat. exo. xiij. Per dieꝫ erat columna nubis ⁊ per noctē columna ignis



Nam filijs iſrael erat luminoſa et egiptijs tenebroſa. Item ducatum prebebat. exodi. xiiij. Dominus precedebat eos in columna nubis. Item refrigerium exhibebat in ardore diei ⁊ protectionem a vento ⁊ pluuia ⁊ tempeſtate. yſa. iiij. Erit in vmbraculum diei ab eſtu ⁊ in abſconſionē a tempeſtate ⁊ pluuia. Secundum beneficium tangit cum dicit. Et omnes mare tranſierunt. ſcꝫ ſicco pede ab egiptijs liberati ⁊ ipis egiptijs ſubmerſis. Exo. xiiij. Filij iſrael perrexerunt ꝑ medium ſicci maris. ⁊ aque erant eis pro muro a dextris ⁊ a ſiniſtris. Tercium beneficium tangit cum dicit. Et omnes ī moiſe id eſt in ducatu moiſi baptiſati ſunt. id ē ab ignorantia dei purgati per viſa ſigna in nube. ⁊ in mari id eſt in ſignis viſis in nube p̄cedente ⁊ in mari cedente ⁊ locum faciente ſunt purgati ⁊ illuminati. Exo. xiiij. Submerſis egiptijs timuit populus dominum ⁊ crediderunt domino ⁊ moiſi ſeruo eius ſcꝫ timore purgati. Quartum beneficium tangit dicens. ⁊ omnes eandem ēſcam ſpūaleꝫ manducauerunt ſcꝫ māna quod de celo cadebat. propter quod dicit ſpūalem ſiue āgelicaꝫ. Sap. xvj. Angelorū eſca nutriuiſti populum tuum. Quintum beneficium tangit dicens. ⁊ omnes eundem potum ſpūalem biberunt. quia virtute dei qui ſpūs eſt ſibi ꝓpinatum de petra oreb ⁊ de petra cades vt patet numeri. xx. Percuſſit em̄ moiſes ad imperium domini virga bis ſilicē ⁊ egreſſe ſunt aque largiſſime ita vt biberet popul⁹ ⁊ iumenta. Et ne crederetur ꝙ aquas dediſſet ad momentum ſubdit. Biberunt autem de ſpūali conſe. e. petra. id eſt volūtati eorum ſatiſfaciente. quocūqꝫ em̄ procederent aquarum fluenta eos ſequebatur dicit glo. Sed contra. Si ſequebatur eos aqua ex percuſſione prima in oreb cur murmurauerunt poſtmodum in cades. ⁊ neceſſarium fuit eis aquā dare. Reſponſio. dicit̄ ꝙ glo. referenda eſt ad illam percuſſionem q̄ facta eſt in cades ⁊ non ad primam. Petra autem erat chriſtus. id eſt per petram illam figurabatur chriſtus a quo ⁊ per quē omnia ſupradicta beneficia nos habemus maiora ⁊ meliora. ſicut res eſt melior ⁊ dignior figura. ſicut vinum circulo. Omnia em̄ ſupradicta beneficia figura fuerunt noſtrorum beneficiorum que maiora ſunt. quod patet. Quia illi habuerunt pro duce moyſen. ⁊ nos chriſtum. qui educit nos de egipto tenebrarum huius mundi in celeſtē hieruſalem. Illi habuerunt nubem. ⁊ nos ſpiritusſancti gratiā. que protegit nos ab omnibus inimicis multomagis q̄ colūna nubis filios iſrael. qua gratia apoſtoli roborati ante reges ⁊ preſides impauidi ſtabant. q prius clauſis ianuis morabantur. Itē illuminat de credendis ⁊ agendis. j. Iohā. ij. Vnctio docebit vos de omnib⁹. Et io. xvj. Cum autem venerit ille ſpūs veritatis. docebit vos om. veri. Columna illa illuminabat corpus. ſed gratia ſpūſſancti mentem. Item prebet nobis ducatum ⁊ nobiſcum graditur per totum deſertum mundi. mat. xxviij. Ecce ego vobiſcum ſum omni. die. vſqꝫ ad conſu. ſe. ſcꝫ per gratiā ſpūſſancti. quod columna illa non fecit. Item refrigerium mentis preſtat in omnibus aduerſis. Vnde paraclitus dicitur. id eſt conſolator Et ideo cantamus. Conſolator op. dulcis ho. ani. dul. re. Propterea apoſtoli recepto ſpūſancto ibāt gau. a conſpe. conſi. qm̄ dig. ha. ſunt pro no. ie. cōtu. pati. Actu. v. Qui prius erant triſtes ⁊ deſolati. Columna illa prebebat refrigeriū contra ſolis incēdium ⁊ aeris intemperiem. gratia vero ſpūſſācti contra incendia viciorum ⁊ contra cuncta nobis aduerſantia nos defendit. Illi baptiſati id eſt purgati fuerunt in mari rubro. ⁊ nos in baptiſmo chriſti ſanguine rubricato in quo ſubmergitur pharao id eſt dyabol⁹ cum toto exercitu viciorum ⁊ renaſcimur in filios dei. Illi habuerunt manna in cibum celeſtem ⁊ nos corpus chriſti verum. quod ſine comparatione excedit māna. quia habet dare vitam eternam. quod māna nō fecit. Iohā. vj. Ego ſum panis viuus qui de ce. deſcē. ſiquis mā. ex hoc pa. vi. in eter. pa. ve. mandu. mā. in deſer. ⁊ mor. ſūt. Illi habuerunt aquā de petra. ⁊ nos doctrinaꝫ a chriſto intelligentiam noſtram replentē

in ſatietatem.et ei vitam eternam dantem.
Johã.vj.Verba que ego locutus ſum vo
bis ſpũs ⁊ vita ſunt. Et ſic patet ꝙ potio
ra beneficia ſumus nos per miſericordiã
dei conſecuti ꝙ̃ illi.propter que ⁊ in quorũ
virtute optime ad brauium currere ⁊ in
agone ſpũs poſſumus decertare. Et ſic pa
tet quartum ⁊ conſequenter totũ de epla.

## Dominica in ſexageſima de euangelio ſermo.xxviij.

Cum turba plurima conueni
ret ⁊ de ciuitatibus propera
rent ad ieſum dixit per ſimilitu
dinem.Exijt qui ſeminat ſemi
nare ſemen ſuum. Luce.viij.
Pluries dñs turbis in parabolis loq̃batur
vt quod dicebat memorie mãdaretur. quia
quod per ſimilitudinem accipitur melius ſ
uatur.⁊ phs etiam dixit ꝙ nõ eſt intellige
re ſine fantaſmate.id eſt niſi illud quod dici
tur in vniuerſali nõ applicando ad aliquid
in aliquo exemplo imaginabili conſpiciat.
Et ideo intellectus ſemper reflectitur ſu
pra fantaſmata. in quibus conſpicit quod
intelligit.Eſt autem vt dicit origenes pa
rabola ſermo quaſi factus. non autẽ iuxta
quod dicitur.poſſibilis autẽ fieri rerũ ſigni
ficatiuus per tranſſumptionem eorum q̃ in
parabola traduntur.Sicut ergo chriſtus ĩ
hoc euangelio parabolice loquitur. vt qđ
per ſimplex dictum retineri non poteſt per
ſimilitudinem melius teneatur ſaltem a diſ
cipulis qui ſimilitudinis expoſitionẽ intelli
gere meruerunt.⁊ ſuperbis ⁊ non curanti
bus intellectus dicti claudatur.matthei.xj
Confitebor tibi pater quia abſcondi.hec a
ſa.⁊ pru.⁊ reue.ea paruulis. In quo qui
dem euangelio quattuor ſummarie conti
nentur. Primo enim chriſti predicatio fac
ta ad turbas in parabolis recitatur.in pñ
cipio euãgelij vſq₃ ibi. Qui habet au.au.
Secundo diſcipulorum interrogatio de pa
rabole expoſitione ſubiungitur ibi. Inter.
ãt.e.diſ.ei⁹ q̃ eſ.hec parabola. Tercio qua
re quibuſdam in parabolis ⁊ quibuſdam
aperte ſit loquendum a chriſto innuitur ibi
Vobis datũ eſt noſſe miſterium regni dei.
⁊c. Quarto ipſius parabole a chriſto expo
ſitio per ordinem aperitur ibi. Eſt aũt hec
parabola.Semen eſt verbũ dei. Primo
ergo chriſti predicatio facta ad turbas in
parabolis recitatur.Et hoc eſt. Cum tur.
plu.cõue.Multi eñ de ciuitatibus ⁊ de ca
ſtris multis ad ieſum cum feſtinãtia venie
bant audientes doctrinã ⁊ miracula eius.
⁊ videntes tempus meſſie in lege promiſſi
iam veniſſe.ita ꝙ magna cõmotio in tota
patria fiebat.⁊ ideo multi veniebant quidã
vt inſtruerentur.multi vt ſanarentur.quia
virtus de illo exibat ⁊ ſanabat omnes.Lu
ce.vj.multi vt miracula eius viderent.Lu
ce.v.Vidimus mirabilia hodie.Multi vt
frequenter credentes ipm eſſe meſſiam qui
in mundum ad populum iudeorũ liberãdũ
venire debebat. Johã.vj. Hic eſt vere ꝓ
pheta qui venturus eſt in mundum.Dum
ergo talis cõcurſus populorum fieret chri
ſtus iuit ad mare ⁊ aſcendit vnã nauiculam
propter tumultum populi ⁊ de nauicula ꝓ
poſuit hanc ſimilitudinem ⁊ multas alias.
vt patet matthei.xiij.Eſt autem ſimilitudo
hec de ſeminatore ſeminante. ⁊ de ſemine
iacto.⁊ de vario ſeminis euentu. q₂ aliud
cecidit ſecus viam. aliud in petroſa. aliud
inter ſpinas.aliud in terram bonã.vt infra
patet.Et ꝙ hec ſit ſimilitudo ⁊ in his ſit mi
ſtica ſignificatio requirenda patet per illud
quod in fine ſimilitudinis dicitur.Qui ha
bet aures audiendi audiat.Vbi dicit beda
Quotiens hec ãmonitio vel in euangelio.
vel in apoca.iohis interponitur miſticum
eſſe quod dicitur querendumq₃ a nobis in
tentius oſtenditur.Et ideo in hac pria par
te tria videre debemus.ſc₃ quis ſit iſte ſemi
nator.⁊ quod eſt eius ſemen.⁊ quomõ hoc
ſemen diuerſimode cadit. Circa primum
nota ꝙ ſeminator iſte filius dei eſt.cui pro
prium eſt ſeminare.Et hoc eſt quod hic di
citur.Exijt ſeminare.id eſt ad ſeminandũ
qui ſeminat.id eſt qui habet officium ſemi
nandi.qui tunc exijt dum viſibilis in carne
nobis apparuit. Johã.xv. Ego exiui a pa



tre meo et veni in mundum. Qui ab initio
mundi ſeminauit et ſeminare non ceſſat.
Ecci.xj.Mane ſemina ſemen tuum .⁊ ve
ſpere ne ceſſet manus tua. Joh.v. Pater
meus vſq₃ modo operatur ⁊ ego operor.
Qui ſeminauit ſex agros.ſc₃ celum. para
diſum terreſtrem.mundum.ſanctã eccleſiã.
animam hominis ⁊ beatam virginem. Si
de hoc vis predicare queras ſupra domini
ca quarta poſt octauã epiphanie in primo
membro ſermonis de euãgelio. Sic ergo fi
lius dei eſt proprie ſeminator.omnes alij p
dicatores ⁊ ſeminatores quorũcũq₃ bonorũ
ſunt cophini.Vnde auguſti.ait.Quis ego
niſi cophinus ſeminãtis.in me ipſe ponere
dignatur quod velit ſpargere. M Iſte
ſeminator primo exiuit ad creandum agrũ
vt haberet vbi ſeminaret.⁊ hoc fecit quã
do mundum creauit.matthei.xiij.Ager au
tem eſt mundus.quem fecit magnũ.pulcrũ
⁊ fecundum vel abundantẽ.Sed magnitu
dinem eius vſurpauit ſibi ſuperbia ⁊ diui
ſit.ex ſuperbia eñ ceperũt homines vſurpa
re ſibi dominia ⁊ terras.ſicut patet de nem
roth.qui incepit eſſe venuſtus venator co
ram dño. Geñ.x. Ipe cepit eſſe potens in
terra ⁊ erat robu.ve.corã do. Pulcritudi
nem vero eius vſurpauit luxuria. Geñ.vj
Videntes filij dei filias hominũ ꝙ eſſent
pulcre acceperunt ſibi vxores ex omnibus
quas elegerant. Abundantiam autem eius
vſurpat ſibi auaricia.que cõmunia facit ꝓ
pria ⁊ omnia retinet ⁊ abſcondit .propter
quod generatur cariſtia in terra.⁊ ideo om
nibus eſt odioſa.prouer.xj.Qui abſcondit
frumenta maledicetur in populis.benedic
tio autem ſuper caput vendentiũ. Et quia
bona iſtius agri ſic ſunt occupata.ideo non
germiat niſi ſpinas ⁊ tribulos.geñ.iij. Spi
nas ⁊ tribulos germinabit tibi.Et ideo ſe
cundo iſte ſeminator exijt ad hunc agrum
purgãdum per diluuij inundationẽ.geñ.vj
Finis vniuerſe carnis venit corã me reple
ta ẽ terra iniquitate.Tunc eñ magnitudo
pulcritudo ⁊ fecunditas vel abundantia
creaturarũ delete ſunt.Tercio iſte ſemina
tor exiuit ad hunc agrum ſeminandum .dũ
factus eſt hõ.et cũ hominibus cõuerſat⁹.ẽ
baruch.iiij.P⁹ hoc ĩ fris viſ⁹ ẽ ⁊ cũ hõi
b⁹ ꝯuerſat⁹ ẽ.mat.iiij Circuibat ieſus totã
galileã docens in ſynagogis. In quo agro
ſeminauit exemplum conuerſationis.verbũ
predicationis.⁊ meritum ſue paſſiõis.quia
ſuo ſancto exemplo mundum informauit.
Johã.xiij.Exẽplum eñ dedi vo.vt quẽ.e.
fe.vo.ita ⁊ vos fa.Suo vero verbo mun
dum erudiuit. Joh.xviij.Ego palã locut⁹
ſum mundo.ego ſemper docui in ſynagoga
⁊ in templo quo omnes iudei cõueniũt.Et
ſue paſſionis merito mundum redemit.j.pe
tri.j.Non auro vel argen.re.eſtis.ſed pci.
ſang.ag.incõ.Et nota ꝙ dicit ſemen ſuum.
Tunc eñ predicator ſeminat ſemen ſuũ qñ
verbũ dei per ſcientiã habet in corde.⁊ per
iuſticiã habet in opere.Sic predicabat apo
ſtolus qui dicebat.Ro.xv.Nihil audeo lo
qui eorum que per me non efficit chriſtus.
Quando vero predicator non facit que p
dicat.nec quod predicat habet in corde.ſed
in quaterno ſeminat ſemen alienum. Ieſus
ergo ſemen ſuum ſeminauit. quia verbum
dei habebat in ſe .imo ipe erat fons verbi
dei ⁊ cepit pri⁹ facere ꝙ̃ docere.Multi au
tem ſtatim ꝙ habent vnum quaternũ ſer
monum volunt docere ⁊ predicare. ſimiles
pylato qui poſtꝙ̃ queſiuit a chriſto qđ eſſet
veritas a chriſto ſtatim exiuit foras ad po
pulum non expectata reſponſione. Tales ſi
error ſit in quaterno errorem predicabunt
Quarto exibit ad hunc agrum metendum
⁊ fructus congregandum ſc₃ in finali iudi
cio.Quis eñ quottidie in particulari iudi
cio vniuſcuiuſq₃ mortis deus metat hunc
agrum.tamen in fine mundi meſſionem fa
ciet generalem. In qua tria faciet. N
Primo eñ metet omnes homines. Apo
cal.xiiij.Mitte falcem tuã ⁊ mete quia ve
nit hora.Secundo ventilabit.per quam vẽ
tilationem ſeparabuntur boni a malis per
ventilabrum diſcretionis. Luce.iij. Cuius
ventilabrum in manu eius.⁊ purgabit are
am ſuam. Tercio congregabit in duplici
horreo ſc₃ celi in quo congregabũtur elec
ti.⁊ inferni in quo congregabuntur repbi.

Lu. ce. iij. Congregabit triticum in horreū
ſuum. paleas vero comburet igni inextin-
guibili. Primus ergo exitus pertinet ad
opus creationis. Secundus ad opus pur-
gationis. Tercius ad opus redemptionis.
Quartus ad opus retributionis. Secū-
do vero videamus de ſemine quod ſemina-
tum eſt. Hoc autem ſemen congrue poteſt
intelligi corpus chriſti ⁊ verbum dei. De
corpore enim ſuo dicit chriſtus. Johā. xij.

Nota

Niſi granū frumenti ca. in terrā mor. fue.
ipm ſolum manet. Si autem mortuū fuerit
multum fructum affert. galath. iij. Semini
tuo quod eſt xp̄s. Et conuenienter valde di-
citur ſemen. ſicut enim ſemen primo ſemina
tur. ſecundo in terra mortificatur. tercio in
cipit pullulare. quarto aſcendit ſurſum. qn-
to producit ſpicam. ſexto matureſcit. ſepti-
mo metitur. octauo in horreo reconditur.
ſic iſtud ſemen ſcʒ corpus xp̄i primo fuit ſe
minatum in terra bona. ſcʒ in vētre virgi-
nis in incarnatione. Secundo fuit mortuū
in paſſione. Tercio pullulauit ⁊ fronduit ī
reſurrectione. Quarto aſcendit ſurſum in
aſcenſione. Quinto produxit ſpicā in ſpūſ-
ſancti miſſione ⁊ gentiū vocatione. Sexto
matureſcet ⁊ cōplebitur iſta ſpica in vni-
uerſali eccleſie congregatione. qn̄ conuertē
tur reliquie iudeorum. Septimo metetur ī
mundi conſūmatione. Octauo recondetur
in horreo vite eterne in perfecta retributio
ne. Prima quattuor cōpetunt corpori xp̄i
vero. reliqua vero corpori chriſti myſtico.
Item per hoc ſemen congruentius omni-
bus intelligitur verbum dei. Unde de hoc
ſemine dicere ad litteram chriſtus intendit
vt in fine euangelij in expoſitione ſimilitu-
dinis apparet. ❡ Habet enī verbum

Nota

dei omnem virtutem omnium ſeminū. Et
hoc patet quantum ad decem. eſt enī verbū
dei calefactiuum. illuminatiuū. letificatiuū
caſtificatiuum. ſanatiuum. nutritiuum vel
viuificatiuum. generatiuum. renouatiuum
eſt virtute maximum ⁊ quantitate paruū.
eſt cum puritate ſeminandum. hec aūt om-
nia in ſeminibus inueniuntur. Nam primo
quoddam ſemen eſt habens virtutem cale-
factiuam ſicut granum ſinapis ⁊ piperis ſic
verbum dei habet inflammare animam. ps.
Ignitum eloquium tuum vehementer. tren.
De excelſo mi. ig. in oſ. m. id eſt verbū igni
tum ⁊ erudiuit me. Luce. xij. Ignem veni
mittere in terrā. id eſt verba ignita. Secundo
eſt quoddam ſemen illuminatiuum vt ſemē
rute ⁊ feniculi. ſic verbū dei habet animaʒ
illuminare. ps. Lucerna pedibus m. ver. t.
Tercio eſt quoddam ſemen habens virtu-
tem letificatiuam vt cardomomum ⁊ ſemē
croci. ſic verbum dei habet animam letifi-
care. ſicut iohānes baptiſta ad verbū ma-
rie ſalutantis eliſabeth exultauit. Luce. j.
Ex quo facta eſt vox ſa. in auri. meis exul
ta. infans in vtero meo. Sicut ſimiliter ex-
ultauit maria ad verbum eliſabeth dicētis
Beata que credidiſti. Et ait. Mag. a. m. d
Et exul. ⁊c. Quarto eſt quoddam ſemē ha
bens virtutem refrigeratiuam ⁊ caſtificati
uam vt ſemen lactuce ſi deferatur ab hoīe.
ſic etiam verbum dei habet animā caſtifica
re ⁊ ſanctificare. Act. x. Loquēte petro cō
punc. ſunt cor. ⁊ cecid. ſpūſſanctus ſup eos
qui au. ver. qui ſcʒ ſpūſſanctus habet aīam
ſanctificare ⁊ caſtificare. Quinto multa ſe
mina habent virtutem ſanatiuam. ⁊ ideo po
nuntur in medicinis ⁊ confectionibus. vt
ſemen cucumeris ⁊ peponis. ſic verbum dei
habet animam ſanare. ps. Miſit verbū ſuū
⁊ ſanauit eos. Sap. xvj. Neqʒ herba neqʒ
malagma ſanauit eos. ſed ſermo tuus dn̄e.
qui ſanat vniuerſa. Sexto quaſi omnia ſe-
mina terre habent virtutem nutritiuā viui
ficatiuam ⁊ conſeruatiuam. ſic verbum dei
habet animam viuificare. conſeruare ⁊ nu
trire. math. iiij. Non in ſo. pan. vi. hō ſed in
omni ver. qd̄ pro. de ore dei. yſa. j. Niſi dn̄s
exercituū reliquiſſet nobis ſemē quaſi ſodo
ma fuiſſemus. ⁊ quaſi gomorre ſimiles eſſe
mus. Sic conſeruatus eſt moyſes in collo-
quio diuino. xl. diebus. vt patet exo. xxxiiij
Septimo omnia ſemina terre habent vir-
tutem generatiuam. quia vnum generat ali
ud. ſic filius hominis regenerat hominem
in filium dei. vt patet in baptiſmo. in quo
dum accedit verbum ad elemētū fit ſacra-



mentum vt dicit augu. In quo homo re-
generatur in filium dei. Jaco. j. Volunta-
rie genuit nos verbo veritatis. j. corin. iiij.
Per euangelium ego vos genui. Octauo
in ſeminibus totus mundus renouatur. ſic
per verbū dei totus mundus eſt renouatus
ad nouum cultum. ad nouam doctrinam et
ad nouam vitam. Johā. xiij. Mandatum
nouum do vobis. Apoc. xxj. Ecce noua fa
cio omnia. Nono ſemina ſunt modica quā-
titate ſed maxima virtute. ſic verbū dei bre
ue eſt. quia verbum abbreuiatum fecit do-
minus ſuper terrā. Ro. ix. ſed ſuper omnia
maximum eſt virtute. quia per ipm omnia
facta ſunt. Decimo ſicut ſemina munda et
pura debent ſeminari. ſic verbum dei cū ma
gna puritate debet predicari. ij. corinth. ij.
Non ſumus ſicut plurimi adulterātes ver-
bum dei. ſed ex ſinceritate corā deo in chri-
ſto loquimur. phil. j. Quidam ex contētiōe
chriſtum ānunciant non ſincere. Recte er-
go. ſemen eſt verbum dei. ⁊ congruēter ver
bum dei vocatur ſemen propter decem pre
dicta in quibus cū ſemine materiali conue-
nit. Et quia verbum dei tot habet virtutes
⁊ ita magne efficacie eſſe perhibetur. ideo
dicit augu. ꝙ cum tanta diligentia eſt audi
endum cum quanta eſt corpus xp̄i videndū

Tercio videamus quō hoc ſemen diuer
ſimode cadit. quia aliud cecidit ſecus viam
Ubi nota ꝙ vt dicit theophilus nō dicitur
hic ꝙ ſeminator ſeminauerit ſecus viā vel
ſupra petram vel inter ſpinas. ſed dicitur ꝙ
ſemē ſic diuerſimode cecidit. quia verba dei
in corda audientiū ſeminantur. ſed quidam
ſic ipm recipiunt ſicut granum recipitur iu-
xta viam. quia illud cōculcant. Et quidam
ſic recipiunt ſicut granum recipitur ſup la-
pides. quia in eis non mittit radices. Qui-
dam ſic recipiunt ipm ſicut ſemen recipitur
inter ſpinas. quia ſuffocatur in eis ⁊ nō re
fert fructum. Quidaʒ ſic ipm recipiūt ſicut
ſemē recipitur in terram bonam ⁊ bene pa
ratam. quia in talibus multum fructificat
verbum dei. Vel ſi dicatur ꝙ directe ſicut ī
terram bonam ſic ſecus viam ⁊ ſupra petrā
⁊ inter ſpinas ſeminauit. Dicendum ē ſicut
dicit criſo. ꝙ ſecus eſt de ſeminatore mate-
riali ⁊ de ſeminatore verbi dei. quia ille nū
ꝙ̄ ſeminat ſecus viam vel ſupra petram vl'
inter ſpinas. quia non poteſt facere. ꝙ via
non ſit via. ⁊ petra non ſit petra. ⁊ ſpine nō
ſint ſpine. Sed verbum dei eſt tante virtu-
tis ꝙ frequenter facit viam bonam terrā.
lapidem cōuertit in terram. ⁊ ſpinas euellit
de terra. yſa. lv. Sicut imber deſcendit d̄ ce
lo ⁊ inebriat terram ⁊ infundit eam. ⁊ ger-
minare eam facit ⁊ dat ſemen ſerenti ⁊ pa-
nem comedenti ſic erit verbū quod egredie
tur de ore meo non reuertetur ad me vacu
um. Et ideo verbum dei in via ⁊ iuxta viā
⁊ ſupra petras ⁊ inter ſpinas ⁊ vbiqʒ eſt ſe
minandum. mār. xvj. Predicate euāgelium
omni creature. Notandum ergo vt hic
apparet ꝙ ſemen verbi dei quadruplicem
euentum habet ⁊ quadrifariam diuiditur.
⁊ de quattuor partibus tres perdunt ❡

Et prout hic innuitur quattuor ſunt im
pedimenta ne verbum dei fructificet ī ani-
ma hominis ſeminatum. ſcʒ ſocietas mun-
danorum. quia conculcatum eſt ab homini
bus. peruerſitas inimicorum. quia volucres
celi comederunt illud. ariditas auditorum.
quia natum aruit. quia non habebat hūorē
⁊ ſolicitudo terrenorum. quia ſimul exorte
ſpine ſuffocauerunt illud. Primum im-
pedimentum eſt ſocietas mundanorū. ſtare
enim tota die in plateis vbi audiuntur di-
uerſa noua. ſtare in foro ſeu in apothecis
vbi audiuntur diuerſa mendacia. ſtare ī cu
rijs vbi audiuntur diuerſa periuria ⁊ dece
ptiones ſuffocat verbum quod hō de mā e
in predicatione audiuit. Et hoc eſt qd̄ hic
dicitur ꝙ illud quod cecidit ſecus viā con-
culcatum eſt ab hominibus ⁊c. Remediuʒ
contra hoc eſt fugere homines. Tren. iij.
Sedebit ſolitarius ⁊ tacebit. Un̄ arſenius
cogitans quomodo poſſet ſaluari audiuit
vocem dicentem ſibi. arſeni fuge homines.
ſi vis ſaluus fieri. Seneca. Quotiens inter
homines fui minor homo redij. quia ſicut
bonus homo de bono theſauro ſuo pfert
bonum vt ipa veritas dicit mat. xij. ſic ma-
lus de malo profert malum. Sed vt dicit. j

Jobā.v.Totus mundus in maligno poſi-
tus eſt.Et ideo conuerſans cum mundanis
in mundo non niſi malum ibi audire poteſt
Propterea angelus dixit loth.geñ.xix. In
monte te ſaluum fac.Et vxor eius q̄ ver-
tit ſe ad ciuitatem cōuerſa eſt in ſtatuã ſa
lis.vt eſſet poſteris exemplum cōmonendi
omnes qui volunt ſaluari quatenus ciuita
tes relinquant nec vnq̄ȝ ad eas redire p̄ſu-
mant.yſa.lij.Exite de medio eius.Et apo-
ca.xviij.Exite de illa popule meus ⁊ parti
cipes ne ſitis deliciarū eius.Secundum im
pedimentum eſt peruerſitas inimicorū quia
volucres celi comedebant illud.quod pri-
mo impedimento coniunctum eſt. quia ex
quo homo non curat verbum dei recōdere
in corde ſed dimittit illud diſcoopertum in
auribus ſuis.qđ tunc eſt qñ nō facit clauſu
ram auribus ſuis ⁊ a vanis nouis ſuperue
nientibus conculcatur.⁊ tunc volucres ce
li.id eſt demones qui in hoc caliginoſo ae-
re cōmorantur.⁊ per ip̄m tanq̄ȝ aues diſcur
runt.propter quod volucres celi dicuntur.
rapiunt verbum dei de auribus peccatorū.
ne credentes ſaluentur. ℂ Ubi nota
q̄ demones maxime inſidiantur verbo dei
propter duo. Primo quia ſciunt ip̄m eſſe
maxime virtutis.vt dictum eſt ſupra.He-
bre.iiij.Viuus eſt ſermo dei ⁊ efficax ⁊ pe
netrabilior omni gladio ancipiti ⁊ pertin-
gens vſq̄ȝ ad diuiſionem anime ⁊ ſpiritus.
compagum quoq̄ȝ ⁊ medullarum.Secun-
do quia ex eo ſunt maxima damna cōſecuti
Nam ad verbum apoſtolorum totum mū-
dum cui dominabantur perdiderunt. et in
ydolis non ſunt amplius adorati.ſed p̄ ver
bum dei eorum fuit deſtructa cultura.Re
medium contra hoc Secundū impedimen
tum eſt facere clauſuram omnibus ſenſib⁹.
⁊ abſcondere ſemen verbi in corde per fir-
mam ⁊ iugem memoriam.Nam terra que
eſt ſecus viam debet ſepiri ⁊ abſcondi. p̄s.
In corde meo abſcon.elo.tua vt non pec.
tibi.Lu.ij.Maria autem conſerua.omnia
ver.hec confe.in cor.ſuo.In cuius figura
mandatum eſt in lege Leuiti.xi. q̄ animal
non ruminans eſſet immundum.nec de ip̄o

poterat ſacrificium fieri. Eſt etiā remediū
contra hoc.ſignum crucis.Aues em̄ aliquo
ſigno vel formidine arcentur in campis ne
comedant ſemen.formido autem demōibus
eſt ſignum crucis.propterea ſignamus nos
dum verbum in predicatione audimus.cañ
ix.Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuū.
Hic cadit exemplum de illo iudeo de quo
dicit grego.q̄ dum veniret romam iacuit d̄
nocte in templo appollinis.⁊ fecit crucem
de lapidibus ⁊ iacuit inter eos. ⁊ demones
de nocte non fuerunt auſi tangere eum.ſed
ſtatim viſa cruce diſparuerunt Tercium
impedimentum eſt ariditas auditorū. quia
natum aruit.Granum nāq̄ȝ ſuper lapides
ſeminatum eueniente eſtu aret.quia nō ha
bet humorem.p̄s.Fiat ſicut fe.tecto. quod
priuſq̄ȝ euel.exaruit.Sic multi deuote audi
unt verbum dei.⁊ dum in pace ⁊ proſpere
viuunt deo confitentur.p̄s.Confitebitur ti
bi cū benefe.ei.Sed aliqua tribulatiōe in-
firmitatis vel paupertatis vel alterius ad-
uerſitatis adueniente ſtatim arent.⁊ per im
patientiam frangūtur. ſicut em̄ granum nō
cognoſcitur tempore humiditatis ſed ari-
ditatis ſcȝ tempore eſtus. ſic tales tempore
tribulationis cognoſcuntur.Sicut em̄ au-
rum nō bene cognoſcitur niſi in camino ig-
nis.ſic homo non in proſperitate ſed in ad-
uerſitate cognoſcitur.Ecci.ij.Inigne pro
batur aurum ⁊ argentum.homines vero ī
camino humiliationis.Et hoc eſt quod ſa
than dicit domino.Job.j.Nūquid iob fru
ſtra timet deum.nōne tu vallaſti eum ac do
mum eius.Et ſubdit in eodem.c.Alioquin
mitte manum tuam ⁊ tange cuncta q̄ poſſi
det ⁊ tunc videbis q̄ in faciem benedicat
tibi.Et ſimiliter dixit.ij.c.q̄ tangeret carnē
eius. Remedium contra hoc eſt adherere
crucifixo.quia de ip̄o tria flumina exeūt to
tam terram virtualiter irrigantia.ſcȝ flum̄
lachrymarum aque ⁊ ſanguinis.que adhe
ſio fit per fidem ſpem ⁊ charitatem. nō em̄
hoc vicium contingit niſi ex defectu fidei.
ſpei ⁊ charitatis.quicūq̄ȝ em̄ aridus hume
ctari cupit per has virtutes adhereat cru-
cifixo.vt ſcȝ credat dei filium pro hominū



ſalute in ligno ſuſpenſum.ſperet per ipſum
crucifixū ſaluari. diligat ſuper omnia tāq̄ȝ
deum ip̄m filium virginis crucifixū.Pro-
pterea dicebat ap̄ls galath.ij.Chriſto con-
fixus ſum cruci.ſcȝ per veram fidem ſpem
⁊ charitatem. Quartum impedimētum
eſt ſolicitudo terrenorum.quia ſimul exorte
ſpine ſuffocauerunt illud.Non enim poteſt
dei verbum in hominibus ſolicitis terreno
rum fructificare.quia verbum dei niſi attē
te ⁊ profunde audiatur nō germinat in ani-
ma peccatoris.Sed tales non poſſunt attē
te ⁊ profunde recipere verbū dei.cuius ra-
tio eſt quia vt dicit augu. anima magis eſt
vbi amat q̄ȝ vbi animat. Et quia tales nīs
amāt diuitias.ideo magis ſunt extra circa
diuitias congregandas ⁊ cuſtodiendas q̄ȝ ī
eccleſia vbi audiūt verbum dei.quia vt dici
tur matthei.v.Ubi eſt theſaurus tuus ibi
eſt ⁊ cor tuū.Hic cadit exēplum de quodā
domino ⁊ eius ſeruo. qui dñs dum eſſet in
eccleſia diebus dominicis non videbatur a
clerico homines incenſantu.⁊ ideo nō pre-
bebat ei incenſum.⁊ eius ſeruus nō ſtabat
ibi.⁊ tamen ab eodem clerico videbat ibi-
dem.⁊ ideo incenſabat vbi ip̄m cōſpiciebat
⁊ poſtea dominus confitebatur q̄ nunq̄ȝ in
eccleſia mente ſtabat.⁊ ſemper eius ſeruus
diebus dominicis ibi mentaliter ſtabat q̄ȝ-
uis cum pecoribus foris eſſet.quod deus re
quirit.In cuius figura mandatum eſt in
lege leui.iij.q̄ totus adeps interior ſemper
offerretur deo in ſacrificium.quia deus pa
ter totam intentionem hominis in predica-
tione ⁊ in omnibus bonis que facit reqrit.
prouer.xxiij.Prebe f.m.cor.t.m.Si enim
omnis ars ⁊ que homo facit requirit totū
hominem multomagis deus.Remediū cō-
tra hoc eſt conſiderare multiplices diuitia-
rum defectus.Nam nō ſatiant ſed ſitim im
mittunt.Item frequenter ſunt cauſa perdi
tionis corporis ⁊ anime.Eccs.v.Uidi ali-
ud malum ſub ſole.diuitie congregate ī ma
lum domini ſui.Item in magna neceſſitate
ſcȝ in morte hominem derelinquūt. Debe-
mus etiam dei bonitatem conſiderare q̄ om
nibus prouidet etiā inanimatis ⁊ irrationa

biſibus creaturis.matthei.vj.Nolite ergo
ſoliciti eſſe ⁊c.cur ergo ita ſolicitamur vbi
ita parua vtilitas ⁊ fructus tā exilis repe-
ritur.Eccs.v.Qui amat diuitias fructum
non capiet ex ip̄is.multa enim incōmoda ⁊
nocumenta maxima inde proueniunt vt in-
fra patebit.Et ſic patet de tribus partibus
ſeminis que perduntur. Quarta autem
pars ſeminis cecidit in terram bonam.id ē
in corda bonorum fidelium.que ſunt para
ta ⁊ laborata per bonorum operū exercita
tionem.ſunt purgata a malis herbis pecca
torum per frequentem confeſſionem. ſunt
humectata per ſp̄ūſancti inhabitationem.
que lachrymis humida facit corda. ⁊ ſunt
impinguata per virtutum infuſionem. qui
verbum dei deuote ⁊ reuerenter audiunt.et
ideo in ip̄is affert fructum centuplum.id ē
multum fructum ⁊ perfectum.Centenari⁹
enim numerus perfectionem deſignat.quia
vltra ip̄m nō itur. ⁊ quia conſtat ex decies
decem.denarius enim numerus ſimiliter p̄-
fectionem deſignat. ⁊ ſic decem partes cētū
omnes ſunt perfecte.Matthei autem.xiij.
dicitur.Et attulit fructum aliud centeſimū
aliud ſexageſimum.aliud triceſimum. vt ſi-
cut ſemen perditum triphariā eſt diuiſum.
ita ſemen fructificans tripliciter diuiditur
Boni enim fideles in triplici ſtatu conſide
rantur.Nam quidam ſunt incipientes.qui
dam proficientes.⁊ quidam perfecti. Uel
quidam ſunt in matrimonio.quidam in vi
duali continentia.⁊ quidam in virginitate
perfecta. Primi referunt fructum triceſi-
mum.ſecundi ſexageſimum.⁊ tercij centeſi-
mum ſcȝ qui implent non ſolum precepta
ſed etiam ſuperaddunt conſilia. Iſta bona
terra perfectiſſime fuit beata virgo.⁊ attu
lit fructum centeſimum.ſexageſimum ⁊ tri-
ceſimum.quia ⁊ virgo ⁊ vidua ⁊ nupta fu
it.⁊ omnia conſilia impleuit.Et ſic patet p̄
mum. Secundo diſcibulorū interrogatio
de parabole explanatione ſubiungitur quia
diſcipuli ſicut ⁊ ceteri de turba nō intellexe
runt parabolam hanc.⁊ ideo cum ieſus di
miſiſſet turbas ⁊ rediſſet domum.⁊ eſſet cū
diſcipulis ſingularis vt dicitur matth. iiij.

interrogauerant eum vt diſſereret eis ſimili-tudinem iſtam ⁊ intellectum eis oſtenderet Vbi habemus exemplum q̄ nō intelligim⁹ interrogare debere. Conſequenter tercio ieſus oſtendit cauſam quare quibuſdam in parabolis loqueretur: ⁊ quibuſdam dei miſteria reuelaret dicēs. Vobis datū ē noſſe miſterium regni dei. quaſi diceret. Ideo coram turbis parabolam propoſitam non expoſui. quia meritum eorum nō exigit. quia ⁊ ſi aure audiunt. corde tamē non credunt quod audiunt. Vos autem tales non eſtis ⁊ ideo vobis expono. quia vobis eſt datū noſſe miſterium regni dei. id eſt ſecreta ſacre ſcripture que regnum dei dicitur: quia regnum dei docet. ⁊ in ea regni iuſticia continetur ⁊ gloria: Ceteris autem qui foris ſunt vt dicitur matthei. iiij. id eſt qui neq̄ intrant per fidem neq̄ curant cognoſcere veritatem in parabolis ſup. occultandum ē miſterium regni dei. Lucas. Auferetur a vobis regnum dei. id eſt ſacra ſcriptura. et dabitur genti facienti fructus eius. Et quare hoc. vt videntes id eſt videre ⁊ intelligere ſe putantes. nō videant ſcḋm veritatem. et audientes verba nō intelligant intellectum eorum. Iſtud autem vt cauſatiuū eſt. ſed non cauſatur ex improbitate doctoris ſiue dn̄i. ſed ex malicia ⁊ indignitate eorū. Sap. ij. Excecauit eos malicia eorum. Ex parte ergo eorum ponitur cauſatiue. ex parte vero dn̄i permiſſiue. yſa. vj. Exceca cor populi huius. id eſt excecari permitte. In hoc etiam miſericorditer agit cum eis. quia ſi cognoſcerent non tamen propter hoc bene agerent. Ro. j. Qui cum cognouiſſent deū nō ſicut deū glorificauerūt aut gratias egerūt Si ergo cognoſcerent ⁊ male agerent magis peccarent. Lu. xij. Seruus qui cog. vo. do. ſ. ⁊ nō fa. pla. va. ml. Vt vt videntes foris hūanitatē n̄ vidāt. i. n̄ ꝯgnoſcāt it⁹ diuinitatē ⁊ videntes foris mirabilia nō videāt int⁹ virtutem diuinā operantem. Item audientes foris verbum. nō intelligant interius ſpūalem ſenſum. Et ſic patet ſecundum ⁊ terciū

Quarto parabola ipa a chriſto per ordinem aperitur. Et hoc eſt. Eſt autem hec parabola. id eſt talis eſt intellectus iſtius parabole. Quia ſemen eſt verbum dei per quod homines regenerātur in filios dei. et in quo electi creſcunt ⁊ multiplicātur. Iohānis. j. Dedit e. po. fi. dei fi. ⁊c. Actuū. vj. Numerus autē fidelium creſcebat ſcʒ per verbū predicationis. Quod autē ſecus viā hi ſunt id eſt per ſemen quod cecidit ſecus viam intelliguntur hi qui audiunt. deinde venit dyabolus ⁊c. Nam qui ſupra petram id eſt hi ſunt qui intelliguntur per petram. ſupra quam cecidit ſemen. Quod autem in ſpinas cecidit hi ſunt. id eſt per ſemē quod cecidit inter ſpinas intelliguntur hi ⁊c. Et ſic patet ꝙ hec expoſitio eſt breuis ⁊ aperta Et ideo propter honorem dn̄i nichil addamus vel minuamus. prouer. xxx. Ne addas quicq̄ verbis illius. Et glo. hic dicit. Nota hanc primam eſſe parabolam que cū interpretatione ſua poſita ſit. ⁊ cauendum eſt vbicūq̄ dominus interrogatus a diſcipulis ſuis ſermones ſuos diſſerit ne vel aliud. vel plus velimus intelligere q̄ ab eo expoſituʒ eſt. Aliud autem vel plus dicit id eſt cōtrarium vel ſuperfluum. Superfluum autem non dicitur quicquid ad fidelium vtilitatē cedit. Ideo autem hanc parabolam per ſe ipm dignatus eſt exponere. vt ſe. figurate loqui innoteſceret ⁊ rerum ſignificationes etiam in his que exponere voluit querendas eſſe doceret. Et quia ipe hoc nō expoſuit. ſ. quare diuitie per ſpinas ſignificentur cum ille delectent ⁊ iſte pungāt. ideo hoc ſolum in hac parte queramus. ℞ Notādum ergo ꝙ diuitie dicūtur ſpine. quia quantum ad quinq̄ ſpinis cōparantur. Primo dicūtur ſpine ratione punctionis. Nā ſpine ſub folijs habent aculeos de quibus pungunt. Sic diuitie ſub folijs mundane glorie mentem tripliciter pungunt. ſcʒ per laborem in acquirendo. per timorem in conſeruando. ⁊ per dolorem in perdendo. Grego. Diuitie ſpine ſunt. quia cogitationum ſuarum punctionibus mentem lacerant. ⁊ cū vſq̄ ad peccatum pertrahunt quaſi inflicto vulnere cruentant. Et quia diuitie ſub folijs glorie mundane pungunt. ideo a dn̄o fallaces diuitie vocantur. nam homines fallunt quia promittunt abundantiam. ⁊ immittūt penuriā ⁊ ſitim. Luc. j. Diuites dimiſit inanes. Promittunt quidem quietem et dant inquietudinē. Eccs. v. Saturitas diuitis n̄ ſinit eū dormire. Hic cadit exēplum de illo paupere qui tota die cantabat ⁊ poſtq̄ inuenit marſupiū denarijs plenū non cātauit plus. Secundo rōne veſtiū lacerationis. quia ſicut intrās ſpinas nō poteſt veſtes ſuas illi ſas ſeruare. ſic diuitie hominis ſecuʒ cōuerſantis lacerāt veſtem interiorē ſcʒ veſtem virtutū. Sen. Diuitie ipm cor lacerāt que ſi aliter extrahi nequirēt ipm cor auellendum eſſet. Abac. ij. Ve qui multiplicāt nō ſua. Et ſubditur. Nuquid nō repente cōſurgent qui mordeāt te. ⁊ ſuſcitabūtur qui lacerabunt te. Tercio rōne latitationis. nā ſub ſpinis latitāt ſerpētes ⁊ ſepē tangētes mordent. Eccs. x. Qui diſſipat ſepem mordebit eū coluber. ſic ſerpētes infernales ſub diuitijs ſe abſcondunt. ⁊ ibi laqueos tēdūnt ⁊ hōibus inſidiātur. j. thi. vj. Qui volunt diuites fieri incidunt in tēptationem ⁊ in laqueū dyaboli. Quarto ratiōe ligationis. ſpine eīn ita cōplectūtur ⁊ conſtringuntur ad inuicem vt vix poſſint ab inuicē ſeparari. Sic diuitie ita ligāt ⁊ conſtringūt affectū hōis. vt vix poſſit eas excutere. ido. chriſtus dixit Lu. xviij. Quā difficile q pecunias habēt intrabunt in regnum dei. Et ideo qui vult perfectus eſſe ven. om q̄ ha. ⁊ det paupe. vt dicitur matth. xix. Quinto ratiōe nutritionis. nā ſicut ſpine ſunt materia ignis ⁊ pabulum. ſic diuitie ſunt materia ⁊ pabulum cupiditatis; qui ignis eſt infernalis. yſa. xxxiij. Spine congregate igne cōburentur. Iaco. v. Diuitie veſtre putrefacte ſunt. ⁊ erugo eorum erit vobis in teſtimonium. ⁊ manducabit carnes veſtras ſicut ignis. Et nota ꝙ diuitijs duo adiungit. ſcʒ ſolicitudinem ⁊ voluptatem. quia hec duo mala diuitias comitantur. Et ſic patet totum.



¶ De epiſtola ſermo. xxix.

Libenter ſuffertis inſipiētes cū ſitis ipſi ſapientes. ij. corin. xj. Iſta epl'a valde magna ē ⁊ q̄titate verborū ⁊ pōdere ſentētiarū nec paucis verbis valet aliquatenus explicari. Nā ſeminator iſte diuīs multa i ea ſemiat fidelibus ſalubriter colligenda. In qua qnḋe epl'a ſūmarie qnq̄ facit. Primo in oñdit ꝙ mūdani miſtros eccīe diſcolos atq̄ malos q̄ ſapiētes ⁊ bonos libēti⁹ āplectūt i pricipio epl'e. Scḋo oñdit ꝙ bōi miniſtri et veri ſui xp̄i multos labores ⁊ aduerſa i p̄nti ſecl'o patiūt. ibi. i laborib⁹ plimis. Tercō oñdit d quo ⁊ i quo i hac vitā pfecti hōies gloriātur ibi. Si gloriari oportet q̄ infirmitatis mee ſūt gl'abor. Quarto oñdit ꝙ deus qn̄q̄ ſuis ſuis permittit euenire aduerſa. vt in hac humilitate ⁊ gratijs cōſeruentur ibi. Et ne mag. reuel. extoll. me da. eſt mihi ſtimu. car. ⁊c. Quīto oſtendit ꝙ deus interdum ſeruos ſuos nō exaudit ad votū vt ad ſalutis bonū exaudiantur ibi. Propter qḋ ter dn̄m rogaui. Primo ergo oñdit corinthios ⁊ in perſona eorū mundanos libēti⁹ ⁊ patientius miniſtros diſcolos ſuſtinere q̄ ſapiētes ⁊ bonos. Et hoc eſt qḋ dicit. o corinthi ⁊ mundani libenter ſuffertis inſipiētes miniſtros ⁊ pſeudo apl'os in operibus ſuis incōgruis atq̄ malis. cū ſitis ipi ſapiētes. i. eſſe debeatis. exēplificat. d. Suſtinetis eīn quaḋ mala patientia ſiquis ex libertate q̄ eſt in xp̄o in ſeruitutē ve. le. vos. redigit. i. reducit. ⁊ cōtra quos galath. iiij State ⁊ nolite iterū iugo ſeruitutis contineri. Itē ſuſtinetis ſiquis deuorat id eſt veſtra tanq̄ deuorans ſubito conſumit. mat. xxiij. Qui deuorant domos viduarum ſub obtētu plixe oratiōis. Itē ſuſtinetis ſiquis cupit blande ⁊ paulatim procurādo vt ei porrigatis manum dando. ab iſta acceptiōe etiā dicuntur accipitres. Talis enim acceptio omnino ſine rapina non eſt. Gregorius. Aues que rapiunt accipitres dicuntur. Vnde paulus. Si quis accipit. Si enim in accipiendo malum non eſſet et quodammodo rapina ſcriptura non diceret. Ignis deuorabit ita

berniacula eorū qui munera libenter accipiunt. Job.xv. Hoc eſt valde cōtra queſtuarios hoſpitaliorū ⁊ templariorū qui per oēm modum ⁊ per phas ⁊ nephas pecuniam extorquere nitūtur. ⁊ tamen mundus ſuſtinet eos ⁊ libentius dat eis ꝙ̄ ſanctis viris veris miniſtris xp̄i. Vn̄ hoc per omnia verificatur mō apud xp̄ianos. Itē ſuſtinetis ſi quis extollitur de bonis que nō habet ſe iactando ⁊ vobis ſuperbe loquendo ⁊ dominando. Cōtra quos ecc.xxxij. Rectorem te poſuerunt noli extolli. ſed eſto in illis quaſi vnus ex illis. Item ſuſtinetis ſi quis in faciem vos cedit. In faciem cedere appellat in pn̄tia opprobriū inferre. glo. Nō appello in faciem cedere niſi ignobilitatē vobis obijcere. obijciebant em̄ pſeudo apl̄i corinthijs ꝙ ignobiles erant ⁊ nō de genere abrae. Et hoc eſt quod ſubditur. Scd̄m ignobilitatem dicō. id eſt dico illos vos cedere in faciem dū ignobilitatē vobis improperant quaſi nos veri apoſtoli infirmi fuerimus in hac parte. id eſt nō poſſemus de genere carnis gloriari ſicut ipi. Sed falſum ē quia veri miniſtri xp̄i ſunt nobiliores omnibus alijs. quia filij ſunt regis eterni. Jo.j. Dedit eis poteſtatē filios dei fieri. Sunt etiā filij abrae. quia ex fide abrae ſūt ⁊ opera abrae faciunt. ⁊ cū fideli abraam benedicentur. vt dicit apl̄us ad galath.iij. Erat etiā ſm̄ carnem de tribu beniamin apl̄us. ⁊ ideo de tribu abrae. Vn̄ etiam ſm̄ carnem nō poterant illi pſeudo apoſtoli ſupra paulum gloriari. Et hoc eſt quod ſubdit. In quo id eſt in qua ⁊ de qua nobilitate quis illorum audet gloriari audeo ⁊ ego. hoc tn̄ in inſipientia dico ꝙ̄tū ad materiā gloriādi. nec enim mihi nec eis eſſet gloriādum in hoc. ſed non quātum ad finem ex parte noſtri. quia bono fine hoc dico vt oſtendā illos nō eſſe nobis preferendos propter generis nobilitatē. Gre. Juſti ⁊ perfecti gloriam laudis fugientes ⁊ animarū lucra querentes. aliqn̄ virtutes ſuas predicāt. nō vt ipi apud homines oſtenſione ſua proficiāt. ſed aliorū prouideāt vite. cum exemplo ſuo eos ad vitā ſpūs trahūt. Et ꝙ ipi de nullo

ſupra me poſſint gloriari. patet quia hebrei ſunt lingua ⁊ natione ⁊ ego ſimiliter. Iſraelite ſunt id ē de populo iſrael. ⁊ ego ſimilit̄. Semen abrae ſūt. id ē de abraā nati ⁊ ego ſimiliter. Miniſtri chriſti ſunt de facto ⁊ nō de iure. quia vſurpāt ſibi officiū: ſicut queſtuarij officiū predicatiōis. Oſee.viij. Ipſi regnauerūt ⁊ non ex me. et ego ſimiliter ſū legitimus miniſter chriſti. ⁊ nō vſurpo mihi officium predicatiōis. quia a xp̄o ſū vocatus. ⁊ ideo ſū ego magis miniſter xp̄i ꝙ̄ ipi ꝙ̄uis nō deberem me de hoc collaudare Et hoc eſt quod ſubdit. Vt minus ſapiēs dico plus ego. i. magis ſū ego miniſter xp̄i ꝙ̄ ipi. Et ſic patet primū. Secundo oſtendit ꝙ boni miniſtri ⁊ veri ſerui xp̄i multos labores ⁊ anxietates. ⁊ multa aduerſa patiuntur in vita iſta. Et hoc eſt. In laboribꝰ plurimis ſup. fui ego ⁊ mei ſimiles. ſimiliter. fui in carceribus abundātius quā pſeudo apoſtoli. ⁊ ego ſimiliter fui in plagis etiam ſupra modum. ⁊ in mortibus frequēter id ē in periculis ducentibus ad mortē ſimiliter fui. quia vt dicitur.ij. Thi.iij. Omnes qui pie vo. vi. in chri. ieſu perſe. pa. Mali autē proficient in peius errantes ⁊ in errorē mittentes. actuū.xiiij. Per multas tri. oportet nos intrare in reg. dei. Conſequenter quod dixerat de plagis in generali ⁊ mortibus exemplificat in particulari d. A iudeis quinquies quadragenas percuſſiōes vna percuſſione minus accepi. i.xxxix. tanꝙ̄ malefactor. Sicut in lege mandabatur deu.xxv. Pro menſura peccati erit ⁊ plagarū modus. Ita dūtaxat ꝙ quadragenariū numerū nō excedat Et dicit glo. ꝙ vnū ictū dimittebant de.xl. plagis ne immiſericordes viderentur. exuebant em̄ aplm̄ ⁊ ligabāt ⁊ ſic.xxxix. plagas cū duris flagellꝭ inferebāt ſicut malefactoribꝰ fiebat. ſic etiā factū fuit xp̄o ad columnā ligato. Itē ī virgis ceſus ſū ſ. a gētibꝰ. act.xvj ingrātꝰ ſciſſis tunicis eoꝝ iuſſerūt eos virgis cedi. Itē ſemel lapidatꝰ ſū. ac.xiiij. Lapidātes pau. extraxerūt eū ex̄ ciuitatē exiſti. eū eē mor. Cōſeqn̄t exēplificat quō fuit ī mor. freq. d. Ter naufragium. feci. i. ſuſtinui rupta naui in mari. et non tantum ter naufragium



pertuli imo nocte et die in profundo maris fui. ſcʒ rupta naui ⁊ dei gratia protegente euaſi. Vnde dicit haymo. Non eſt amplius mirandum petrum ſuper vndas maris ſiccis veſtigijs ambulaſſe ꝙ̄ paulum nocte ac die in profundo maris fuiſſe ⁊ dn̄o protegēte ad terrā liberū perueniſſe. Et rurſū. Qui ſeruauit ionā in ventre ceti ⁊ militem ſuū egregium in mari conſeruauit. Itē in itineribus fui ſepe. imo quaſi totū mundū circuiuit apl̄s p̄dicando euangeliū xp̄i. Rom.xv. A hieruſalem per circuitū vſqʒ illiricū repleuerim euangeliū xp̄i. Conſequenter amplius exēplificat idē. ſcʒ quō fuit in mortibus frequēter. In periculis fluminum ſcʒ fui. ⁊ in periculis latronū volentiū me occidere. Periculis ex genere. i. ex gēte mea. Actuū.xxiij. Collegerunt ſe quidā ex iudeiſ ⁊ deuouerūt ſe dicētes. neqʒ māducaturos neqʒ bibituros donec occiderent paulum. Erāt autē pluſꝙ̄ quadraginta qui hanc cōiurationē fecerāt. Periculis ex gētibus ꝓpter deſtructionē ydolorū ⁊ aſſertionē vnius dei. actu.xix. Cōcitauerūt demetrius aduerſarius ⁊ qui cū illo erāt artifices ſeditionem dicētes. magna dyana epheſiorū. Periculis in ciuitate ex cōmotiōe illorū cōtra me. Actuū. Diuiſa eſt multitudo ciuitatis. ⁊ quidā erant cū iudeis. quidam cum apl̄is In ſolitudine a beſtijs ⁊ ſerpētibus. actuū xxviij. Vipera inuaſit manū eius. Periculꝭ in mari a piratis ⁊ fluctibus. Periculis ī falſis fratribus. ſcʒ hereticis qui ſimulāt ſe chriſtianos. ⁊ ſunt perſecutores eorū. gala. ij. Propter ſubintroductos falſos fratres qui ſubintroierūt explorare libertatem noſtram quā habemus in xp̄o ieſu. ⁊c. Moraliter ad edificationē noſtrā nota ꝙ octo ponit genera periculorū corporalium octo pericula anime ſignificantia. S Primum eſt periculum fluminū. i. carnaliū voluptatum. que homines in aquis concupiſcentie demergunt. quod figuratum eſt ī eo ꝙ pharao id ē dyabolus oēs paruulos hebreorū in flumen proijci mādauit. vt patet Exo.j. Et ideo deus oēs voluptuoſos priſce etatis in anuis diluuij ſubmergi mandauit

Contra hoc periculum eſt temperantia. q̄ habet ſubmerſionem voluptatum cauere. Secundum eſt periculum latronū. id ē temptationum occultarū dyaboli. qui a dextris ⁊ a ſiniſtris nobis inſidiatur ⁊ in angelū lucis ſe transfigurat. vt dicit apl̄s.ij. corin.xj. Contra hoc periculum eſt prudentia. que habet cauere pericula in prelio ſpūs. math x. Eſtote pru. ſicut ſerpētes. Tercium periculum eſt ex genere. id eſt amore parentum ⁊ propinquorum. qui nō curant animā perire imo ipam frequētius faciunt perire. michee.vij. Inimici hominis domeſtici eius. Propter quod dixit dominus abrae. Egredere de terra tua ⁊ de cognatione tua ⁊ de domo patris tui. Geñ.xij. Contra hoc periculum eſt obedientia qua hō obedit deo. omnibus alijs cōtemptis. ⁊ ipſum ſequitur math.xi. Ecce nos reliquimus omnia ⁊ ſecuti ſumus te. Quartum eſt periculum ex gentibus id eſt odium inimicorū. quo quis nō parcit iniurias. imo vellet inimicū ſuū occidere. j. Joh.iij. Qui odit fratrem ſuū homicida ē. Contra hoc periculū eſt caritas dei ⁊ proximi qua hō propter deū diligit etiā inimicū. math. v. Diligite inimicos veſtros. Quintū eſt periculum in ciuitate. i. cupiditates q in mercatiōibus ciuiū exercētur. vnuſquiſqʒ em̄ nititur aliū decipere. Hiere.ix. Vnuſquiſqʒ a proximo ſuo ſe cuſtodiat ⁊ in omni frē ſuo nō habeat fiduciā quia oīs vir ſupplantās ſupplātabit. ⁊ oīs amicus fraudulenter incedet. ⁊ vir fratrē ſuum deridebit. Contra hoc periculum eſt iuſticiā. qua homo reddit vnicuiqʒ qd̄ ſuum eſt. Ro. Reddite omnibus debita. cui tributū tributū. cui honorem honorem. cui vectigal vectigal. Sextū periculum eſt in ſolitudine. i. in accidia clauſtraliū. qui ſeruicium dei accidioſe ⁊ cum triſticia faciunt. reſpicientes retro poſtꝙ̄ ad aratrum miſerunt manum. ſimiles filijs iſrael. qui poſtꝙ̄ de egipto exierant redire cupiebant ⁊ frequēter vellent propter accidiam mori. Quod figuratum eſt in eo ꝙ helyas iuit in deſertum ⁊ ex triſticia obdormiuit ſubter vnam iuniperum

et petiuit anime ſue vt moreretur. vt patet iij. Regum. xix. Contra hoc periculum eſt alia virtus. ſcꝫ gaudium ⁊ leticia ſpūalis. phil. iiij. Gaudete in dño ſem. iter. di. gau. Septimū periculum eſt in mari. i. ī piratis ⁊ fluctibus maris. per quos deſignatur oppreſſiones ⁊ rixe magnatorū qui totā concordiam cōturbant ⁊ pauperes depdantur. Cōtra quos dicit iohānes baptiſta. Neminem per calumniā cōcutiatis. ⁊ cōten. eſto. ſti. ve. Lu. iij. Cōtra hoc periculum ē pax ⁊ cōcordia. Ro. xij. Si fieri poteſt ꝙ ex vobis ē cū om. ho. pa. ha. Octauū periculum eſt in falſis fratribus. i. ypocriſi hereticorū. qui ſimulant ſe fratres. ⁊ ſub veſtimentis ouium cupiūt agnos xp̄i deuorare vt lupi. mat. vij. Attēdite a falſis prophetis qui veniunt ad vos in veſti. ouiū intrin. aūt. ſunt lupi rapaces. Cōtra hoc periculum eſt veritas fidei ⁊ doctrine. vt hō in vera fide et doctrina conſiſtat ⁊ omni ſpūi nō credat. I. Ioh. iiij. Nolite omni ſpūi credere. ſed probate ſi ex deo ſpūs ſit. Deinde cū dicit. in labore ⁊ erumna. oſtēdit ꝙ ſerui dei nō ſolum habent labores ⁊ penas aſſumptas et inflictas. ſed etiā ex natura cōtractas dicēs In labore ſup. fui ex natura contracta. et erumna que eſt quidam morbus ⁊ quaſi ſe ſuum contabeſcentia. qnā homo ex natura corrupta habet. Sap. ix. Corpus qd̄ corrūpitur aggrauat animā ⁊ deprimit terrena ī habitatio ſenſum multa cogitantē. Item ī vigilijs multis ſup. fui. quia aliqñ protrahebat ſermonē vſqꝫ ad mediam noctem. vt patet actuū. xx. Vel laborabat manibus ꝓ victu quotidiano. vt gratis euāgelium predicaret ⁊ nullum grauaret. ij. Theſſal. iij. Neqꝫ panem gratis māducauimus ab aliquo. ſed in labore ⁊ fatigatiōe nocte et die operantes ne quē veſtrū grauaremus. Itē fui in fame ⁊ ſiti ⁊ in ieiunijs multis ⁊ ī frigore ⁊ nuditate. Sed contra dicitur in pſ. Nō vidi iuſtum derē. nec ſe. eius q̄. panem. Et math. vi. Primū que. regnū dei ⁊ iuſti. eius ⁊ hec om. adij. vo. Soluit grego. ī moralibus exponēs hunc locū d. Sanctus qui mente ſuper mentē rapitur pauper inopis non anguſtiatur. oppreſſus nihil patit̄. Et licet verum eſt ꝙ vere iuſtus aliqñ patiat̄ defectū temporaliū. ipe tamē defectus ē illi loco deliciarū. Deinde cum dicit. preter illa que extrinſecus ſunt. oſtēdit ꝙ ſerui dei miniſtri chriſti nō ſolum habēt penas ⁊ labores exteriores tā aſſumptos ꝙꝫ afflictos. ſꝫ etiam habent anxietates interiores in ſolicitudine ⁊ cōpaſſione fidelium d. Preter illa que extrinſecus ſunt. id eſt preter illa q̄ ſuſtineo exterius in corpore vrget me magis quod intrinſecus eſt in mente. ſcꝫ ſolicitudo omniū eccleſiarū. id eſt quā habeo de omnibus eccleſijs. pro eis orādo. ipas docēdo. ipas ordinando. ⁊ omnibus cōpatiendo De primo ad eph. iij. Huius rei grā flecto genua mea ad pa. do. no. ie. xp̄i vt det vobis ſm diuitias glorie ſue habitare xp̄m per fidem in cordibus veſtris in charitate radicati ⁊ fundati. De ſecundo actuū. xxij. Nō ſubterfugi quo minus ānunciarem vobis omne conſilium dei. De tercio. j. corin. xiiij. Omnia honeſte ⁊ ſm ordinē fiāt in vobis De quarto exemplificat hic dicēs. Quis ī firmatur in fide vel ī virtute aliqua. ⁊ ego nō infirmor. id eſt de illo ſicut de meipo nō doleo. Quis ſcandaliſatur in aliquo ⁊ ego non vror igne zeli ⁊ charitatis. ¶ In fine iſtius ſecundi membri nota ꝙ propter decem deus iuſtos affligit ⁊ affligi permittit Primo vt purgētur a puluere vel rubigine peccatorū. Lu. xxij. Simon ecce ſathan expetiuit vos vt cribraret ſicut triticum. Grego. Quod flagellum grano. qd̄ lima ferro. quod fornax auro hoc facit tribulatio viro iuſto. Secundo vt non adhereant terrenis ⁊ deſiderio mundanorum quia ſi adherent terrenis amittunt pulcritudinem ⁊ ſaporem. quia dum terrenis conglutinantur terrena ſapiunt. pſ. Conglutinatus eſt in terra venter noſter. Si ergo cor hominis aduolet vt cogitet de terrenis non tamen debet adherere. ſed cito ad ſe redire. Hoc autem maxime habet facere tribulatio. quia quando homo tribulatur nec ī mundanis inuenit requiem anhelat ad deum in quo credit ſe requiē inuenire. Aug.



Feciſti nos domine ad te. et inquietum eſt cor noſtrū niſi requieſcat in te. Unde gen. viij. dicitur de columba per quā vir iuſtus intelligitur ꝙ cum non inueniſſet pes eius vbi quieſceret reuerſa eſt ad archam. Tercio vt nō corrūpantur in delectatiōibus ⁊ quiete bonorum. Aqua eim putreſcit niſi moueatur. Hiere. xlviij. Requieuit moab in fecibus ſuis. nō eſt tranſfuſus de vaſe in vas. Sic eñ corruptus eſt dauid tēpore getis ⁊ pacis. qui tp̄e aduerſitatis cōſeruatus eſt illeſus. Quarto ne extollantur in magnitudine gratiarum ⁊ donorū. Et hoc innuit hic apl's d. Et ne magni. re. ex. ⁊c. Quinto vt magis illuminētur in cognitiōe verorꝫ yſa. xxviij. Et tātūmodo ſola vexatio dabit intellectum auditui. Hiere. Per omne flagellum ⁊ dolorē erudieris hieruſalem. Vñ melius cognouerunt apl'i xp̄m in aduerſis dum ab eo ſeparati fuerant. ꝙꝫ in proſperis dū cum p̄ntem habuerūt. Sexto vt augeat̄ in eis gratia et gloria premiorū. Et hoc innuitur cū dicitur. Virtus ī infirmitate pficitur. Nā dicit hiero. Sicut ignis dū flatu premitur creſcit. ſic dū iuſti premuntur aduerſis creſcunt in meritis. pſ. Dū ſuperbit impius in affligendo. incēditur pauper. in caritate creſcendo. Qd̄ figuratū eſt in eo quod ſcriptura refert ꝙ ſalomō coronatus eſt in regē in gyon. iij. Regū. j. qd̄ interpretatur luctatio. et ſignificat tribulationem in qua opus eſt lucta vel patientia. Sic afflictus eſt thobias et iob. Septimo vt velocius gradiātur ad rgnū celorū. Sicut enim equus calcaribus pūctus velociter currit ad brauiū. ſic iuſti vite p̄ntis mal' pūcti ad deū ire coguntur. Grego. Mala que nos h̄ premūt ad deū ire cōpellunt. Hiere. xxvj. Stimulator ab aquilone veniet ei. Octauo vt peccatores ad cogitandum quid de eis fiet excitentur. ſi iuſtis irrogātur tot genera aduerſorum. prouer. xj. Si iuſtus in terra recipit ꝙꝫtomagis impius ⁊ peccator Luce. xxiij. Si in viridi hoc faciūt ī arido quid fiet. id eſt in ſiccis ab humore gratie. j pe. iiij. Si iuſtus vix ſaluabitur impius et peccator vbi parebit. Nono vt flagella nō ſemper venire putētur ex merito peccatorꝫ ſicut dixerūt amici iob. Recordare inquiūt quis vnqꝫ innocēs periit. Iob. iiij. Et ideo ipe oſtendit ꝙ nō propter demerita ſua ipſe flagella patiebatur. Vñ ait. Nō peccaui et in amaritu. mo. ocu. me. in eodem. xvij. glo. Culpā non feci ⁊ flagella recepi. Si ei ſemper propter demerita flagella irrogarentur tunc omnē flagellatū homines cōdemnarēt ⁊ abominarētur. ſicut abominātur ſuſpenſum. quod eſſet materia multorū malorum Decimo vt minores videntes maiores meritis ⁊ dignitate tribulari non anxientur in afflictione aduerſorū. qñ eñ homines parui meriti audiūt per ſcripturā xp̄m ⁊ apl'os ⁊ magnos ſanctos tot aduerſa paſſos fuiſſe debent omnino conſolari. Ro. xv. Quecunqꝫ ſcripta ſunt ad no. doct. ſcrip. ſunt vt per pa. ⁊ conſo. ſcrip. ſpem habe. Et ſic ptēt ſecundum. Tercio oſtēdit de quo ⁊ in quo hō in vita iſta ſi gloriari velit. debeat glāri. Vult hic dicere apl's ꝙ in quocūqꝫ ſtatu ⁊ conditione hō ſit in vita iſta nō debet gloriari nec expedit. ⁊ hoc propter quinqꝫ. V

Primo quia nō eſt in tuto. ſed in continuo prelio. ⁊ multa aduerſa eū circumſtant Unde poſtqꝫ apl's ad celum raptus fuerat proteſtatus eſt ſpūſſanctus quōm vincula ⁊ tribulationes eū hieroſolimis manebant vt patet actu. xx. Sēper etiā habebat angelum ſathane qui eū torquebat. Nō ergo ei gloriari expediebat. ⁊ multominus nobis q paucioribus gratijs ſubleuamur. ⁊ plurimis malis replemur. Secundo nō eſt gloriandum. quia multi gloriando miſerabiliter euaneſcunt. ⁊ deuotio cordis effunditur. Ecc. xliiij. Aperti ſunt theſauri ⁊ euolauerunt nebule quaſi aues. Tercio quia inimici noſtri ſcꝫ demones ꝓpt̄ gloriationē omnia bona noſtra depredantur. In cuius figura dicitur yſaie. xxxix. ꝙ ezechias poſtqꝫ theſauros omnes oſtenderat nuncijs paladan regis babylonis dixit yſaias. Ecce dies venient ⁊ auferentur omnia que in domo tua ſūt. ⁊ q̄ theſauriſauerūt prēs tui vſqꝫ ad diem

hanc in babilonē dicit dñs. Gre. Depdari
deſiderat qui theſaurum pub. in via portat
Quarto quia gloriatio ⁊ iactantia multos
turbat. prouer. xxviij. Qui ſe iactat ⁊ dila-
tat iurgia concitat. Quinto qꝛ gloria hōis
nihil eſt. Job. . Si ego gloriā meā qro
gloria mea nihil eſt. Hiere. ix. Non glorietꝰ
fortis in fortitudine ſua. nec ſapiēs in ſapi
entia ſua nec diues in diuitijs ſuis. X
Sed ſi gloriari vult aliquis in vita iſta.
de duobus gloriari debet. Primo de infir-
mis ⁊ aduerſis q̄ patitur pro deo ⁊ dei iuſti
cia. Secūdo de gratijs ⁊ donis q̄ recipit a
deo. Et hoc facit ibi. Si gloriari oportet
ſcio hoiem in chriſto. Primo ergo oſtēdit
ꝙ pro infirmis ⁊ aduerſis q̄ pro deo pati-
mur gloriari debemus d. Si gloriari opor-
tet q̄ infirmitatis mee ſunt gloriabor. Et h
propter tria. Primo propter multa bona
q̄ aduerſa ⁊ infirma efficiūt in hōie q̄ ſupra
immediate dicta ſunt. Secundo qꝛ infirma
⁊ aduerſa patiētes eligit deus hic ad grām
⁊ in futuro ad gloriā. De primo. j. corint. j.
Infirma mūdi elegit deus ſcꝫ ad grām ſuā
De ſecundo Lu. xiiij. Exi in vicos ⁊ plate
as ciuitatis ⁊ pau. ⁊ de. ⁊ ce. ⁊ cla. int. huc
Nō eñ eſt deus noſter vt dij gentiū ⁊ prin-
cipes mūdi qui ſolum potētes ⁊ diuites ad
ſui eligunt comitiuā. Tercio quia tales ſic
infirmi ⁊ diſciplinati oſtendūtur eſſe filij dj
Hebre. xij. Qḋ ſi extra diſciplinā eſtis er-
go adulteri ⁊ nō filij eſtis. Pro huiuſmodi
ergo eſt gloriādum. Et de hoc ponit exem-
plum de quodā aduerſo qḋ ſuſtinuit ꝓ xpo
dicēs. Deus ⁊ pater dñi noſtri ieſu xpi qui
eſt benedictus in ſecula ſcit ꝙ nō mentior.
id eſt ipm qui oīa nouit inuoco teſtē ꝙ ve-
rum eſt qḋ dico. Damaſci ꝑpoſitus gentis
arethe regis voluit me comprehendere ⁊c.
Littera plana eſt. Secundo cum dicit. Si
gloriari oportet. vbi incipit. xij. ca. oſtendit
ꝙ de gratijs ⁊ donis que hō recipit a deo ē
gloriandum. Et circa hoc duo facit. Prio
oſtendit ꝙ pro huiuſmodi ſit gloriandū. Se
cundo oſtendit congruū modū gloriandi. ⁊
cauſam quare in talibus ē gloriandum. ibi
Nā ſi voluero gloriari nō ero inſipiens.

Primo ergo oſtendit ꝙ de gratijs ⁊ do
nis eſt gloriandum que homo recipit a dō.
Et hoc eſt. Si gloriari oportet. qꝛ oportet
propter pſeudo apl'orū rephēſionē. vt ipſi
mendaciter nō glorientur pro huiuſmodi q̄
dixi ⁊ q̄ dicā ē gloriandū. ſed veraciter non
expedit gloriari. vt patet per ea q̄ dicta ſūt
ſupra. Ponit ergo materiā ſue gloriatiōis
quantū ad donū qḋ recepit a deo in duplici
raptu mētis. Primus fuit in terciū celum
Secūdus in paradiſum ibi. Et ſcio huiuſ-
modi hominē. Dicit ergo. Veniā ad viſio-
nem ignotorū ⁊ reuelatiōes occultorū dñi.
id eſt a dño mihi factas ⁊ oſtēſas. Scio ho
minem in xpo ſicut mēbrum in corpore ſuo
⁊ ſicut locatū in loco. actuū. xvij. In ipſo
eñ viuimus mouemur. ⁊ ſumꝰ. Ante ānos
xiiij. i. in āno. xiiij. añ hoc tps. Et nota ꝙ lo
quitur h de ſe tanq̄ de alio. qꝛ hoc ad cōmē
datione ſui pertinebat. in his aūt q̄ ad accu
ſationē ſui pertinēt loquitur de ſe tanq̄ de
ſe d. j. Thi. j. Qui prius fui blaſphemus ⁊
perſecutor ⁊ contumelioſus. prouer. xviij.
Juſtus prior accuſator eſt ſui. Sequit̄. Si
ue in corpe ſiue extra corpus neſcio deꝰ ſcit
id ē neſcio ſi in illo raptu aīa fuit extra cor
pus an in corpore deus autē ſcit. q̄ hoc fa-
cere potuit. Et addit de termino ad quē fu
it raptus. d. Raptū huiꝰmodi vſq̄ ad terci
um celū. Primū ē celū aereū. mat. xiij. Vo
lucres celi comederūt illud. Secundū ē ſide
reū. ſ. firmamētū. geñ. j. Vocauitq̄ deus fir
mamentū celū. Terciū eſt empireū qḋ ſtati
conditū ſāctis āgelis ē repletum. geñ. j. In
prin. cre. de. ce. ⁊ ter. Sed cōtra aut hoiem
appellat cū dicit. ſcio hominē. hoiem itegꝛ
ex aīa ⁊ corpore. ⁊ ſic ſciebat hoiem raptū
in corpore. aut pro ſola anima dicit hoiem
per ſinodochen. ⁊ ſic ſciebat raptū ſine cor-
pore. Reſpondeo eſſe raptum ſine corpore
dupliciter intelligendum eſt. Vel corpore
non ſimul rapto. ⁊ hoc bene ſciebat. quia
cum corpore non fuit raptus. Vel corpore
ab ipſa anima ſimpliciter ſeparato. et hoc
neſciebat. Neſciebat enim vtrum anima
in illo raptu fuit a corpore ſeparata.
Sed cōtra. ſi anima pauli fuit rapta ſupra



firmamentū vt dictum ē. ⁊ certū erat ei ꝙ
anima ſua nō poterat eſſe ſimul extra cor-
pus ⁊ in corpore. quō ergo potuit ignorare
an eſſet a corpore ſeparata vel nō. Reſpon
ſio duplex ē raptus. vnus localis. alius per
mētis cōtuitum. Primo mō nō fuit raptꝰ
paulus. nō enim fuit anima ſua localiter ī
celum tranſlata. ſed ſecundo mō fuit raptꝰ
Et vtrum in illo cōtuitu mētis anima fue
rit ſeparata a corpore ignorabat. Et ſi ali-
quis opponat qḋ glo. dicit ꝙ vltra omnia
ſidera fuerit raptus. ⁊ ſic videtur raptus fu
iſſe localiter. Dicendum ē ꝙ vltra omnia
ſidera potuit rapi ſm intelligētiam. qꝛ deus
oſtendit ei vitā eternā. Itē ſi ad dei viſionē
raptus ē. ergo vidit deū facie ad faciē. id eſt
per eſſentiā. Sed exo. xxxiij. dicitur. Nō vi
debit me hō ⁊ viuet. Et prima Johā. xiiij.
Deum nemo vidit vnq̄. Paulus aūt bene
ſciebat ſcripturas ergo ſciebat ꝙ qñ vidit
deū viuus nō fuit. ⁊ per conſeqñs fuit aīa
a corpore ſeparata. Ad qḋ dicendū ꝙ vidit
deū in facie ad faciē eo mō quo anime ſepa
rate ſanctorū vident. Ad hoc autē qḋ obij-
citur dicendum. nō videbit me hō ⁊ viuet.
id eſt non videbit me hō ſenſibus corporis
vtendo ⁊ imaginatiōe. Et eodem mō dicēdū
eſt ad aliud ſcꝫ. deū nemo vidit vnq̄ ſcꝫ ſen
ſibus corporis vtendo. Hoc autē bene ſci-
uit paulus. qꝛ bene ſciuit ꝙ qñ anima vidit
deū non eſt vſa ſenſibus corporeis vel ali-
qua imaginatiōe alicuius rei. ſed per violē
tiam ſpūs fuit tota ad celeſtia eleuata. ⁊ de
um per eſſentiā vidit. nō tamē in manendo
ſed in tranſeundo. ⁊ ideo in quodā ī raptu
deū vidit. Sꝫ ꝯtra quō ſi deū vidit ī quo ſūt
omnia nō vidit etiā modū raptus ſui. ⁊ ne-
ſciuit an anima ſua eſſet a corpore ſepara-
ta vel nō. Reſpondeo. deus eſt ſpeculum in
quo omnia vidētur. eſt tamē ſpeculum vo-
luntariū. ⁊ ideo operit ſe ſicut vult. Nam ⁊
plura ibi videt vnus q̄ alius ſicut deo pla
cet. noluit ergo deus ſibi oſtēdere modū ra-
ptus ſui ⁊ tñ ei multo maiora oſtēdit De
inde dicit. Et ſcio huiuſmodi hominē. Vbi
ponit ſecundum raptum. Primus raptus
creditur fuiſſe in domo Ananie. qñ tribus

diebus nō manducauit neq̄ bibit q fuerat
ante ānos. xiiij. qñ hoc dixit. Secūdus autē
quando factus eſt in extaſi in tēplo in hie-
ruſalem. vt patet actuū. xxj. de quo nō dicit
quādo fuit. ſed ait. Et ſcio huiuſmodi ho-
minem. id eſt eundem qui ſupra raptus eſt
⁊ etiam in chriſto exiſtentem tunc ſicut pri
us ſiue in corpore ſiue extra corpus neſcio.
deus ſcit. Expone ſicut prius. quōm raptus
eſt in paradiſum. id eſt in dulcedinem ſuper
ne contemplationis. Glo. in eā tranquilli-
tatem qua fruuntur iſti qui ſunt in celeſti
hieruſalem. Quod ſupra dixit tercium celū
hic dicit paradiſum. nō enim fuit raptus ī
paradiſum delitiarū. ſed in paradiſum ange
lorum. Et audiuit nō aure corporis. ſed au
re mētis id eſt mente percepit. archana ver
ba. i. intimatione quadam percepit de ſacra
tiſſima dei eſſentia ⁊ gloria beatorū ⁊ in tā
tum ſecreta verba audiuit ꝙ non licet hōi
loqui. id eſt verbis explicare. Augu. Dixit
quidem qḋ poſſet hominibus dici. ⁊ tenuit
apud ſe qḋ non poſſet dici. Ergo ⁊ audiat
ad qḋ poſſumus pertingere. Illa ergo ar-
chana ⁊ ſecreta que de gloria dei ⁊ beatoꝝ
in mente percepit nec ab homine mortali
dici poſſunt. nec homini mortali lingua
intimari nec aure audiri vel corde cogitari
yſa. lxiiij. Oculus nō vidit de. abſ. t. q̄ ꝑpa.
ex. te. Concludit ergo. di. Pro huiuſmodi
ergo viſione ⁊ reuelatiōe a deo receptis glo
riabor. quō cōgruū eſt pro huiuſmodi glo-
riari. cū ſint bona ſpūalia ⁊ ad dei honorē
tendentia. Et ſic qui gloriatur in his hono
rem dei querit ⁊ in dño gloriatur. ij. cori. x.
Qui gl'atur in dño gl'etur. Per me aūt ni-
hil ſup. gloriabor. id eſt pro his q̄ pertinent
ad me. vt eſſe de genere abrae. ⁊ huiuſmodi
ad carnē pertinētibus. niſi ī infirmitatibus
meis ſcꝫ corporalibus afflictionibus. quia
virtus ī infirmitate perficitur. Deinde
cum dicit. Nā ⁊ ſi voluero gloriari. oſtēdit
congruū modū ⁊ cauſam gloriādi dicēs. Si
voluero gloriari propter reprimendā auda
ciam pſeudo apoſtolorum non ero inſipiēs
quia bono zelo faciam ad edificationem au
dientiū ⁊ depſſionē malorū. ⁊ id xitatē dicā

id eſt pꝛo veritate dicam. quod dicere veritatem interpꝛetatur haymo. Siquis inquit pꝛo vtilitate ⁊ edificatione alioꝛum factū diuinitus ſibi conceſſum cū humilitate narrat non eſt inſipiens. quia loquitur veritatē Joh. xiij. Vos vocatis me magiſter et dn̄e ⁊ bene dicitis. ſum etenī. glo. Qui neceſſitate vrgente vera de ſe loquitur. tantomagis humilitati cōiungitur q̄ntomagis veritati ſociatur. Hic eſt ergo cōgruus modus glo riandi qn̄ homo neceſſitate vrgente ad edificationem pꝛoximoꝛū ⁊ ad depꝛeſſionē p̄ſumptuoſoꝛū gloꝛiatur. ⁊ ſic gloꝛiabatur apꝛlus Parco aūt. q. d. q̄uis ſic poſſem gloꝛiari. et ſic poſſem me laudare. tamen parco. id eſt parcere volo. laudibus ⁊ gloꝛie me laudando ⁊ gloꝛiando. Et hoc ne aliquis exiſtimet me eſſe aliquid ſupra illud quod videt eſſe pꝛopꝛijs oculis. aut audit ab alijs aliquid ex me. id eſt de me. cū non niſi infirmitas videatur in me. vel ab alijs qui vident me audiatur. Si autē de me magna referrē ⁊ plura. putarēt foꝛte ſimplices ⁊ infirmi me nō eſſe infirmū ⁊ moꝛtalem. ſed hominem immoꝛtalem vel angelum vel huiuſmodi. ido ergo parce de ſe loquitur ne quis exiſtimet eum eſſe ſupra illud qꝺ videt vel audit. vt ſcꝫ pꝛo magnis illis illis non eſſe hō moꝛtalis ⁊ fragilis videatur. Et ſic patet tercium

Quarto oſtendit ꝙ deus ſeruis ſuis q̄tumcūqꝫ perfectis permittit ⁊ infert aduerſa vt in gratijs ſemper in humilitate cōſeruentur. Et hoc eſt. Et ne mag. reue. extol. me in ſuperbiā. datus eſt mihi. id ē ad meaꝫ vtilitatē. qꝛ temptatio cui non conſentitur pꝛodeſt ad coꝛonam ſtimulus carnis mee. id eſt temptatio carnalis concupiſcentie. qꝛ illa temptatio carnem pungebat. qui ſtimulus eſt angelus malus ſathane qui eſt miniſter illius temptationis a dyabolo miſſus ⁊ a deo permiſſus. qui me collaphiſet. i. affligat. Et ſic deus et dyabolus conueniunt ad hominē temptandum. ſed deus vt pꝛobet ⁊ coꝛonet. dyabolus vero vt vincat et vinctū ad infernū deducat. Et ſic patet quartum.

Quinto oſtēdit ꝙ deus interdum ſeruos ſuos non exaudit ad votum vt exaudiat ad ſalutem. quia paulus tantus et talis nō eſt exauditus ad votū vt exaudiretur ad ſalutem. Unde augu. dicit ꝙ exauditur dyabolus petens iob tēptandum. et nō exauditur paulus apꝛs petens ſtimulum remouēdum Exaudiuit eū quem diſpoſuerat damnare. et nō exaudiuit eū quē voluerat ſanare. nā et eger multa petit a medico que medicus non dat. Nō exaudit ad voluntatē vt exaudiat ad ſanitatē. Item ⁊ dn̄s nō exaudiuit paulum ad voluntatē vt exaudiret ad ſalutem. Et hoc eſt qꝺ dicit. Pꝛopter quod id eſt pꝛo amotiōe ſtimuli carnis. ter dominū rogaui vt diſcederet a me. neſciens eū mihi vtilem. ⁊ dixit mihi vel interius inſpirādo. vl' exterius vocē in aere foꝛmādo. Sufficit tibi gratia mea. q. d. remedium habes ſufficiens ſcꝫ gratiā meā per quā potes omnem temptationem vincere ⁊ in bono conſiſtere Nam virtus in infirmitate perficitur quia in infirmitate certat ⁊ per gratiam vincit. Sine infirmitate autē non certaret. ⁊ per conſequēs nō coꝛonaretur. ij. Thi. ij. Nemo coꝛo. niſi qui legiti. cer. Cōcludit ergo dicēs Libēter ergo gloꝛiaboꝛ ī infirmitati. meis vt virtus ⁊ gratia chꝛiſti habitet in me Et ſic patet totum de epiſtola.

Dominica in quinquageſima de euangelio ſermo. xxx.

ASſumpſit ieſus duodecim diſcipulos ⁊ ait illis. Ecce aſcendimus hieroſolimā ⁊c. Lu. xviij Quia iſtis diebus cōſueuerūt fideles multū diſſolui ⁊ ludis ⁊ cōmeſſationibꝰ vacare. et gaudiū mūdi eſt aduerſoꝛum memoꝛia tēperandū. iuxta illꝺ Ecc. In die bonoꝛum ne immemoꝛ ſis maloꝛum. Ideo eccleſia chꝛiſti paſſionem patris noſtri pꝛedicat. que fuit multa amaritudine celebrata. Et quia per chꝛiſti paſſiōnem humanum genus eſt ſanatum ⁊ illuminatū. ideo poſt pꝛedicationē paſſiōis ſtatim xp̄s quendā cecū ſanauit ꝑ quē genꝰ hūanū figuratur. Et ſic in euangelio hodierno duo pꝛincipaliter continētur Pꝛimo em̄ chꝛiſti paſſio ab ip̄o chꝛiſto diſcipulis pꝛenunciat in pꝛincipio euangelij. Secundo quidam cecus publice coꝛam turbis illuminatur. ibi. Factū eſt autē dum appꝛo. hierico ce. quidam. In pꝛimo autē membro duo implicātur. Pꝛimo chꝛiſti paſſio ſicut fuerat pꝛophetata foꝛe cōplenda chꝛiſto diſcipulis p̄nunciatur in pꝛincipio euāgelij. Secundo verboꝛum intellectus penitus a diſcipulis oſtenditur fuiſſe ignoꝛatus ibi. At illi nihil hoꝛum intellexerunt. Pꝛimo ergo chꝛiſti paſſio ſicut fuerat pꝛophetata foꝛe complenda. a chꝛiſto apl̄is pꝛenūciatur. Et hoc eſt. Aſſump. ieſus duodecim diſ. In quo inſtruimur ꝙ ſecreta noſtra ⁊ maxime q̄ ad ſalutem anime pertinent paucis reuelare debemus. quia multi ⁊ multe ſalutē impedire nitūtur. Ecc. vj. Multi pacifici ſint tibi. cōſiliarius autē ſit tibi vnus de mille. Et nota ꝙ apoſtolis xp̄i. i. viris ſanctis facta noſtra ſecreta reuelare debemus qꝛ ſi ſunt mala ſuadebunt nobis ea relinq̄re ⁊ viā ⁊ modum relinquendi oſtendēt. ſi autē ſunt bona ſua perſuaſione ⁊ interceſſione ea aggredi ⁊ perficere nos iuuabūt. Vn̄ de augu. dicit ꝙ deus miſit in mentē eius vt iret ad ſimplicianum ſeruum dei. ⁊ ei geſtus ſuos ꝓferret. ⁊ ille ſibi quis eſſet aptus modus viuendi indicaret. Sic beatus Benedictus iuit ad quendam monachum nomine romanum. ⁊ ei pꝛopoſitum ſuum indicauit quod et ſecretum tenuit. ⁊ inquātū licuit miniſtrauit. vt dicit grego. in dyalogo. Sed attēde vt dicitur ecci. xxxviij. Noli inquit conſiliari cum ſocero tuo ⁊ a zelantibus te abſconde conſilium. Socer em̄ ſolum reſpicit bonū filie vxoꝛis petētis conſiliū. ⁊ zelantes hominē reſpiciunt ſolum bonū eius coꝛpoꝛale. Et ideo cum talibus ſecretū ſalutis anime noſtre nō debemus habere. qꝛ impediēt ⁊ non iuuabūt. propterea chꝛiſtꝰ ait. Inimici hominis domeſtici eius. matthei. x. Hec ē illa turba de qua dicitur hic inferius. que cecū ſalutem petentem increpauit vt taceret. ſed cecus foꝛtis ⁊ conſtans non curauit turbā ſed magis clamauit. et ideo ieſus iuſſit eum venire ad ſe. ⁊ ip̄m ſanauit. quia ſi hō facit quod in ſe eſt. deus iuuat eum ⁊ ad ſaluteꝫ perducit. Unde amicos ⁊ qui nos ſolū carnaliter affectant. debemꝰ viriliter increpare. ⁊ eoꝛū blandicias non curare. Sic etiaꝫ chꝛiſtus in hoc loco petrum blandiētem ſibi increpauit. quia ſymon petrus qui xp̄m carnaliter tunc diligebat dum audiuit ip̄m dicentem. Oportet filium hominis ire hieroſolimam ⁊ repꝛobari a ſenioꝛibus ⁊ tradi ⁊ crucifigi ſtatim ait. Abſit a te domine quia nō erit tibi hoc. pꝛopicius ſis tibi. cui chꝛiſtus reſpondit. Vade poſt me ſathanaſ non ſapis ea que dei ſunt. matthei. xvj. Dicit ergo. Ecce aſcendimus hieroſolimam. Ecce in ſcriptura nota eſt ammirationis. Et que maioꝛ ammiratio chariſſimi q̄ꝫ vt dominus pꝛo ſeruis. amicus pꝛo inimicis. innocens pꝛo peccatoꝛibus. deus pꝛo hominibus voluntarie ad patibulum crucis aſcendat. Ro. v. Cōmendat deus charitatem ſuam in nobis. quꝺ cum inimici eſſemus reconciliati ſumus per moꝛtem filij eiꝰ. Vix em̄ pꝛo iuſto quis moꝛitur. ſed pꝛo impijs ⁊ peccatoꝛibus quis audeat moꝛi. Quinqꝫ autē circa ſuam paſſionem p̄dixit. ſcꝫ ꝙ traderetur. illuderetur. flagellaretur. ꝯſpueret ⁊ occideretur. Ecce magna āmiratio. Naꝫ ille traditur qui ē virtus omnipotētis patris oīa regēs ⁊ oīa gubernās Hebꝛe. p̄mo Poꝛtans omnia verbo virtutis ſue. Ille illuditur qui eſt perfecta dei ſapiētia. om̄ia oꝛdinans ⁊ diſponens in numero pondere ⁊ menſura. Sap̄. xj. Ille flagellatur qui eſt omnimoda ⁊ pura innocentia. qui peccatū nō fecit. nec do. inuē. eſt in oꝛe eius. j. pe. ii. Ille conſpuitur qui eſt perfecta dei gloꝛia ⁊ cādoꝛ lucis eterne ⁊ ſpeculum ſine macla Sapientie. vj. In quem etiam deſiderant angeli pꝛoſpicere. vt dicitur pꝛima. petri. j. Ille occiditur qui eſt beata vita animarū vt dicit Auguſtinus. ¶ Moꝛaliter autem ad edificationem noſtram nota ꝙ iſta quinqꝫ que tunc chꝛiſtus paſſus eſt in coꝛpoꝛe ſuo quottidie patitur in membris ſ

ſuis. quia ipe eſt caput noſtrum. nos vero membra eius. Et etiam a miniſtris ⁊ fidelibus ſuis. Primo patitur in membris ſuis. Nam ſerui dei quotidie traduntur decipiuntur ⁊ expelluntur. Luce. xxj. Trademini autem a parentibus ⁊ fratribus ⁊ cognatis. Item a mundo deridentur. Sap. v. dicunt dampnati. Hi ſunt quos habuimus aliqñ in deriſum ⁊ in ſimilitudinē improperij. Exemplum de heliſeo aſcendente in bethel quem pueri ciuitatis deridebant dicentes. aſcende calue. aſcende calue. Sed vide qd ſequitur. quia vrſi duo egreſſi de ſaltu lacerauerunt ex eis. xlij. pueros. vt patet. iiij. regnm. ij. Itē a tyrānis ⁊ predonibus flagellantur. Yſa. x. Ve aſſur. virga furoris mei ⁊ baculus ipe eſt. Vbi dicit augu. Quid ſuperbit impius ſi de ipo flagellum fecit pater meus. pater filium flagello corripit. et poſt flagellum in ignem mittit. Itē conſpuuntur. dum in contemptu ⁊ vilipenſione habētur. j. corinth. iiij. Vſqꝫ in hanc horā eſurimus ⁊ ſitimus et nudi ſumus. ⁊ collaphis cedimur. Et ſequitur. Tanqꝫ purgamenta huius mundi facti ſumus omniū peripſima vſqꝫ adhuc. Item occiduntur. ps. Propter te mortificamur tota die eſ. ſ. ſicut o. oc.

Secundo eadem quinqꝫ chriſtus quotidie patitur a miniſtris ⁊ fidelib9 ſuis. Primo enim patitur traditionem. fuit eñi traditus a iuda. ſalutando. āplexando. oſculādo. comedēdo. Sic multi in iſta quadrageſima chriſtum ⁊ matrem eius ſalutabunt dū pater noſter ⁊ aue maria dicent chriſtum amplexabuntur ⁊ oſculabuntur extenſis brachijs. Chriſtum comedent dum corpus xpi ſument. ⁊ poſt paſcha chriſtum ſic ſalutatum ſic amplexatum ⁊ oſculatum ⁊ ſic i mē ſa anime receptum turpiter perdunt. ipſum de anima per mortale peccatū expellendo. ⁊ dyabolum eius aduerſarium intromittendo. Secundo a ſuis miniſtris ⁊ ſeruis patitur illuſionem. Nam duri corde ⁊ obſtinati chriſto illudere videntur. dum toto die clamat per ſcripturas ⁊ predicatores. cōuertimini ad me ⁊ ipi deſpiciunt. prouer. primo. Vocaui ⁊ renuiſtis. extendi manū meam ⁊ non fuit qui aſpiceret. Et quid ſequit. Ego quoqꝫ in interitu veſtro ridebo ⁊ ſubſannabo. cum vobis quod timebatis aduenerit. Tota die minatur penas eternas ⁊ ipm nō timent. Tota die repromittit premia inaudita. ⁊ ipi non curant. A Et nota hic ꝙ quater chriſtus illuſus fuit. Primo i domo cayphe ſacerdotis cum velamine capitis. Luce. xxj. Illudebāt ei cedentes ⁊ velauerunt eum ⁊ percutiebant faciem eius. Secundo in domo herodis cum veſte alba Luce. xxiij. Tercio in atrio pylati cum veſte purpurea. Iohā. xix. Quarto in cruce Matthei. xxvij. Principes ſacerdotuꝫ cū ſcribis ⁊ phariſeis ⁊ ſenioribus illudentes dicebant. Si rex iſrael eſt deſcendat nūc de cruce. B His quattuor modis hodie mali ſacerdotes videntur chriſto illudere. Primo cum caypha cum velamine capitis dum amictum habent in capite qui ſignificat ſpem celeſtium. ⁊ ipi pro tēporalib9 ⁊ non pro celeſtibus in eccleſia ſeruiūt. Secundo cum veſte alba ſibi illudunt. qui camiſiam albam induentes per quā mundicia cordis et corporis ſignificatur. ipſi mūdiciam non ſeruāt. Tercio in purpura cuꝫ militibus ſibi illudunt. qui caſulam vel veſtem purpuream ſiue rubeam induunt. per quaꝫ feruor ⁊ latitudo charitatis ſignatur. ⁊ ipi non habent purpuream veſtem charitatis ſed ſanguinolentam odij ⁊ rancoris. Quarto in cruce eum derident cum iudeis. q eius verba peruertebant. ⁊ fidem deridebant cū verba dei contemnunt ⁊ indigne predicant

Tercio chriſtus a ſuis fidelibus patitur flagellationeꝫ cum ipm quotidie verbis lacerant. ⁊ ipm tanqꝫ ſignum ad ſagittam percutiunt. Hiere. xviij. Percutiamus eū lingua. Luce. ij. Poſitus eſt hic in ruinam et in ſignum cui contradicetur Quarto xps patitur conſpuitionem. Conſpuitio iſta ſignat malam vilipenſionem ⁊ vilificationem quam quidam habent ad deum ⁊ ad ſacramenta eccleſie. que ita tractant quaſi quaſdam immundicitias. ⁊ tamen deus ex benignitate ſua ſuſtinet eos. yſa. l. Faciem meā non auerti ab increpātibus ⁊ conſpuiētibus me.



Quinto chriſtus patitur occiſionē. quidam fideles pro quibus ſemel mortuus eſt vt eos a peccatis mūdaret quotidie ad peccata redeunt. ⁊ quotidie peccatis ſe maculant quantum in ſe eſt iterum chriſtū occidunt. dum peccatum perpetrant. quod per ſolām chriſti mortem poteſt deleri ⁊ pro quo fuit neceſſarium filium dei mori. Hebre. vj. Rurſum cruci filium dei in ſemetipſis ⁊ oſtentatui habentes. Secundo oſtēditur ꝙ intellectus verborum chriſti a diſcipulis fuit penitus ignoratus. Et hoc eſt. At illi nihil horum intellexerunt. Et ſic patet primum.

2° Secundo principaliter quidam cecus a chriſto coram turbis illuminatur. Et hoc eſt. Factum eſt dum appro. hierico. ⁊c. In quo quidem miraculo tria apparent. ſ. magna miſeria ex parte ceci ſedentis ⁊ mēdicantis. ⁊ magna miſericordia ex parte xpi vocantis ⁊ ſanantis. ⁊ magna gratiarū actio ex parte deum laudantis. C Circa vero hoc miraculum ſciendum eſt ꝙ per

allego^æ iſtum cecum allegorice genus humanū cōgrue poteſt intelligi. quod ante chriſti aduētum quattuor mala patiebatur. que in iſto ceco apparent. a quibus omnibus chriſtus ipm plenarie liberauit Primo ergo erat cecum. nec creatorem ſuum cognoſcebat. ſed creaturas pro deo colebat. Sapiē. xiij. Aut ſolem aut lunam aut girum ſtellarum rectores orbis deos eſſe putabāt. propterea petebat zacharias dicēs. Illuminare his q in tene. ⁊ in vm. mortis ſedent. Et hoc eſt quod hic dicitur. Cecus quidam. Chriſtus autem ipm iluminauit di. Ioh. j. Erat lux vera q̄ illumi. omnē ho. ve. in hūc mundū.

Secundo erat totaliter terrenis intētū. ⁊ eius merces terrena erat. yſa. j. Si volueritis ⁊ audieritis me bona terre comedetis Vnde pro omnibus bonis operibus ſuis ad deum non aſcendebat. Et hoc eſt quod hic dicitur. Sedebat id eſt in terrenis bōis. quieſcebat tanqꝫ in vltimo fine. Sed chriſtus iuſſit ipm duci ad ſe. vt ipm ſecum ad deum duceret celeſtia percepturum. Io. x. Per me ſiquis introierit ſaluabitur ⁊ ingredietur ⁊ paſcua inueniet. Tercio erat extra viam iuſticie et veritatis. quia ex quo recta fide carebat. non poterat in via iuſticie ambulare. quia vt dicit Augu. Omnis actio infidelium mala. Hebre. xj. Sine fidē impoſſibile eſt placere deo. Et ideo dicit in ps. Omnes declinauerūt nō eſt qui fa. bo. nō eſt vſqꝫ ad vnū. Et hoc eſt quod hic dicitur. ꝙ ſedebat non in via ſed ſecus viam. ergo erat extra viam. Sed chriſtus per lumen fidei ⁊ per donum gratie fecit ipſum poſſe in via iuſticie ⁊ veritatis ambulare. Et hoc eſt quod hic dicitur ꝙ illuminat9 factus ſequebatur chriſtum. magnificans deum. Dum enim ei oſtendit viam ⁊ dedit virtutem eundi per viam. ipm dicitur ambulare feciſſe. Quarto erat veris diuitijs pauperrimum ⁊ egenum. quas veras diuitias ſcꝫ virtutes ⁊ dona ſpūſancti paucas habebat. Apoca. iij. Neſcis quia tu es miſer ⁊ miſerabilis ⁊ pauper ⁊ cecus ⁊ nud9. Et hoc eſt quod dicitur hic. quia ſedebat mendicans. Chriſtus autem genus humanum omnibus bonis replebat. quia pater dando nobis filium omnia bona nobis cū ipo donauit. Ro. viij. Quō non etiam cuꝫ illo omnia nobis donauit. Io. j. De plenitudine eius nos omnes accepimus gratiaꝫ pro gratia. Reliquit nobis etiā theſaurum ſue paſſionis hominibus diſpenſanduꝫ. Et hec omnia fecit dum appropinquaret hiericho. id eſt ad penam mortalitatis noſtre. Hiericho eñi interpretatur luna. que pro defectu ponitur. que omnia omnis plebs vt vidit dedit laudem deo. Et hoc eſt qd dicit apſus. j. corinth. j. Qui factus eſt nobis ſapientia a deo ⁊ iuſticia ⁊ ſanctificatio ⁊ redemptio. Sapientia quantum ad primum. iuſticia quantum ad ſecundum. ſanctificatio quantum ad tercium. redemptio quātū ad quartum. Et ſic patet miſeria generis humani. ⁊ miſericordia chriſti. et gratiarum actio plebis ⁊c

Moraliter autem ad edificationem noſtram nota ꝙ per hunc cecum peccator intelligitur qui totaliter in mente eſt cecus. Circa quod tria videamus ſcꝫ ex quibus cecitas inducitur. in quibus cecitas ſpūalis eſt periculoſior q̄ morale

corporalis. ⁊ ex quibus cecitas reparetur.

Primo ergo videamus ex quibus cecitas inducitur. ¶ Ubi nota ꝙ octo ſūt cauſantia ⁊ inducentia cecitatem corporalem ⁊ ſimiliter ſpūalem. Primum eſt magni luminis inſpectio. vt patet ſi aliquis inſpiciat rotam ſolis que diſſoluit oculos et excecat. Quia vt dicit philoſophus. Excellentie ſenſibilium corrumpunt ſenſum. Et ideo illi qui tranſeunt montes vbi ſunt cōtinue niues deferunt in manu ramū oliue. ne videndo ſolum niues excecentur. Hoc etiam ſignat peccatum preſumptionis. Preſumptuoſus enim vult figere oculum in rotam diuinitatis dei. dum vnitatem eſſentie ⁊ trinitatem perſonarum ac eius pſcientiaʒ inueſtigare nititur et preſumit. ⁊ ideo opprimitur ⁊ excecatur. prouer. xxv. Qui ſcrutator eſt maieſtatis opprimetur a glīa. Propterea dicit apſus ad Ro. xij. Non plus ſapere ꝙ̄ oportet ſapere. ſed ſa. ad ſobrietatē.

Secundum eſt longa in tenebris habitatio. quia vt dicit philoſophus. Opus nature eſt opus intelligentie. ⁊ ideo natura non mittit virtutem ſuam ad membrum qd̄ nō operatur. ⁊ ideo virtus viſiua in oculo nō vidente deficit. ⁊ ad membrū qd̄ inuitum operatur multam virtutem mittit. Unͣ phs dicit ꝙ ſcriptores habent oculos meliores ⁊ fabri habent brachia alijs fortiora. ⁊ curſores crura alijs duriora ⁊ fortiora. Et adidem vadit ꝙ hō aliqn̄ propter ſeniū amittit viſum. geñ. xxvij. Senuit yſaac ⁊ caligauerunt oculi eius. ⁊ videre nō poterat. quia organum viſus ſcʒ oculus eſt debilitatum. ⁊ non poteſt recipere lumen. ⁊ ideo natura non tranſmittit virtutem. Hoc ſignificat peccatum conſuetudinis. quādo em̄ homo inueteratus eſt in tenebris peccatorū omnino eſt excecatus. quia ſuprema intelligētia aufert ei gratiam. per quam poſſet videre. ex quo ipā non vtitur. Luce. xix. Auferte ab eo mnam ⁊ date illi qui decem mnas acquiſiuit. quia omni habenti dabitur ⁊ abūdabit. ab eo autem qui non habet etiam qd̄ habet auferetur ab eo. Tерciū eſt multi fumi perceptio que nimis oculis cōtrariaſ. Hoc ſignat peccatum ire. Sicut em̄ fum⁹ generatur ex collectione lignorū circa ignē ſic ira ex collectione ſanguinis circa cor. vt dicit philoſophus que excecat hominem. ſicut em̄ cecus non poteſt videre. ſic ira impedit animum ne poſſit diſcernere veruʒ. Itē ſicut cecus percutit quenꝗ̄. ſic iratus percutit amicum ⁊ inimicum. parentes ⁊ filios ⁊ aliquando ſeipm̄ occidit. Exemplum de achitophel. ij. re. xvij. Quartum eventi pulueris immixti in oculos i ſufflatio. hoc ſignat peccatum vane glorie ſuperbie ſociatum. Si em̄ cecus dum ſe credit aſcendere cadit. ſic vane glorioſus ⁊ ſuperbus. Exemplum de lucifero ⁊ primis parentibus. yſa. xiiij. Qui dicebas in corde tuo. in celū aſcēdam ⁊c. Et ſequitur. Verūtamen ad infernum detraheris in profundum lac⁹. Quītum eſt nimia ad lumen vigilatio. ex hoc ei oculi cōturbantur. Hoc ſignat nimiam ſolicitudinem. quam homo habet pro tēporalibus acquirendis ⁊ obſeruandis. Eccl. v. Saturitas diuitis non ſinit cum dormire. Pro quibus excecatur ⁊ vendit animam ſuam dyabolo. quod eſt maxima cecitas. Ecc. x. Nihil eſt ſceleſtius ꝙ̄ amare pecuniam. Hic enim animam ſuam venalem habet. Deut. xvj. Excecant oculos ſapiētum munera. Contra quod chriſtus ait mat. vj. Nolite ſo. eſſe in craſt. quid mā. aut go bi. ⁊c. Querite primū regnū dei ⁊ iuſti. eius ⁊ hec om. ad. vo. Sextum eſt malorum humorum ad oculos deſcenſio. ac etiā nimius calor. Unde in ethiopia propter calorē multi perdunt viſum. Similiter ad peluim feruentem excecātur homies. Hoc ſignat peccatum luxurie que ex abundanti calore et ſanguine conſurgit. ex quibus magnus calor in carne generatur. luxuria enim vere ē ignis. Job. xxij. Ignis eſt vſqʒ ad conſumptionem deuorās. que totaliter excecat hominem. Si enim cecus non diſcernit inter pulcrum ⁊ turpe. ſic luxurioſus habet frequenter pulcram vxorem ⁊ nobilem. ⁊ dimittit eam propter turpem ⁊ viliſſimam. ⁊ frequenter vadit ad mortem habēs oculos faſciatos ſicut ille qui vadit ad ſuſpēdium. 



plures enim iam interfecti ſunt. ſic excecatus fuit ſampſon de dalida. que pluries voluit eum prodere. ⁊ ille tamen ſemper dormiebat in gremio eius. tandem aūt decepit eum ⁊ prodidit. propter quod ab inimicis excoculatus fuit. vt patet iudicū. xvij. Septimum eſt organi deuaſtatio. vt qn̄ oculus perforatur vel eruitur. quedam enim potētie anime ſunt omnino alligate organis. ita ꝙ corrupto vel impedito organo anima nō poteſt actus illarū potentiarū operari de quibus eſt viſus. Hoc ſignat peccatū odij vel inuidie in quo anima moritur ⁊ a deo ſeparatur qui eſt beata vita animarum. j. Joh. iij. Qui non diligit manet in morte. Et iterum. Qui odit fratrem ſuum homicida eſt. Et ſcitis quō omnis homicida non habet parteʒ in regno chriſti ⁊ dei. Sicut em̄ oculus eſt organum videndi. ſic amor dei ⁊ proximi eſt organum viuendi. qui tollitur ⁊ deuaſtatur per odium ⁊ inuidiam. Octauū eſt lucis coopertio. vt qn̄ quidam pānicul⁹ ſuper lucem generatur. ita ꝙ lux ē coopta ⁊ intus abſcondita nec videri poteſt. Hoc ſignat peccatum accidie ⁊ pigricie. quando homo talentum a deo ſibi traditum abſcondit. ⁊ nihil operatur in eo. propter qd̄ a dn̄o condēnatur. vt patet Luce. xix. Domine ecce mna tua quā habui repoſitaʒ in ſudario ⁊c. Et ſequitur. De ore tuo te iudico. ſerue neqꝫ. quare nō dediſti pecuniam meā ad menſam ⁊c. prouer. xj. Qui abſcondit frumēta maledicetur in populis. Secundo videamus in quibus cecitas mentis cecitati corporis magis periculoſa videatur. ¶ Et ſunt octo in quibus magis apparet cecitas mentis ꝙ̄ corporis eſſe periculoſa. Primum quia in nobiliori ſubiecto ſcʒ in aīa. ⁊ nobiliori bono priuat ſcʒ lumine gratie. quod ſine cōparatione melius ē lumine corporis. Ex his em̄ duobus periculoſior infirmitas iudicatur. ſcʒ quia eſt i nobiliori mēbro. vt quia eſt in corde vel in cerebro. ꝙ̄ que eſt in oculo. ⁊ que eſt in oculo ꝙ̄ q̄ eſt ī pede. ⁊ quia meliori bono priuat ſcʒ vita. ꝙ̄ que priuat viſum. ⁊ que priuat viſum ꝙ̄ que priuat auditum vel greſſum. Secundum eſt. quia cecus corporaliter conat̄ omnino ducem habere. nec ſine duce audet ambulare vel baculo. cecus vero ſpūaliter de duce nō curat. ⁊ omnia facere ſine duce attemptat. Scn̄. Ceci ducem querunt. et nos ſine duce erramus. Immo ducem expellit. Job. xxj. Qui dixerūt deo. recede a nobis. ſci. vi. tu. no. Tercium eſt quia cecus corporaliter eligit pro duce videntem ⁊ fideleʒ perſonam. peccator autem cecus eligit cecum pro duce. dum ſcʒ accipit exemplum a malo alterius qui cecus eſt ſicut ipē. Treñ. iiij. Errauerunt ceci in plateis. tenuerūt lacinias ſuas. Et quod peius eſt peccator eligit pro duce illum qui pluries eū pcipitauit ſcʒ proprium ſenſum ⁊ propriā voluntatem. Contra quod ecc. xviij. Poſt concupiſcentias tuas nō eas. ⁊ a voluntate tua auertere. ſi em̄ preſtes anime tue concupiſcentias eius. faciet te in gaudium inimicis tuis. Libentius etiā ſequitur dyabolum ducentem ipm̄ ad mortem ꝙ̄ chriſtum ducentem ipm̄ ad vitam. Quartum eſt. quia cecus corporaliter cecitatem ſuam agnoſcit ⁊ confitetur ſe eſſe cecum. peccator vero cecus nō agnoſcit maximā cecitatem ſuā. imo multi peccatores reputant ſe valde videntes ⁊ ſapientes. ⁊ ideo magis peccāt. Johānis. xix. Si ceci eſſetis nō haberetis peccatū. nunc vero quia dicitis videmus. peccatū veſtruʒ manet. Ro. j. Dicentes ſe eſſe ſapiētes ſtulti facti ſunt. Ubi dicit augu. Si dicentes ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt. puta ergo te ſtultum ⁊ ſapiens eris. Quintū eſt quia cecus corporaliter omni ſtudio ⁊ conatu quo poteſt querit illuminari. peccator vero cecus non curat nec querit illuminari imo fugit audire verbum dei per qd̄ poſſet illuminari. ps. Lucerna pe. meis verbū tuū.

Sextum eſt quia cecus corporaliter quēcūqʒ cibum vnde viuit ſcit ponere in os. peccator vero neſcit cibū ponere in os anime. ſed ponit in auribus in oculis ⁊ in manibus dum in corporeis ſenſibus delectatur ⁊ totum conatum ſuum ad hoc tendit. vt ſenſus corporis paſcat ⁊ animaʒ fame perire permittat. Job. xxiiij. Pauit em̄ ſterilē

et que non parturit ſcʒ carnem et viduę nõ
bene fecit ſcʒ anime que per peccatũ ſepara
ta eſt a deo ſponſo ſuo. Septimũ ē quia
cecus coꝛpoꝛaliter quod videre non poteſt
palpat. Unde vulgariter dicitur. Qui non
videt palpare debet. Sic yſaac qui non vi/
dere poterat palpabat iacob. geñ. xxvij. pec
catoꝛ vero cecus penas futuras quas ocu/
lo fidei non videt nec credit. nec oculo coꝛ/
dis videre poteſt. nec oculo cogitatiõis co/
gitat. non vult hic eas aliqualiter experiri
imo omnē penã penitentie ſubterfugit. debe
ret enim experiri penam famis ſitis ⁊ frigo
ris ⁊ caloꝛis. ad pꝛobãdum ſi poterit cã in
perpetuũ ſuſtinere. yſa. xxxiij. Quis ex vo/
bis habitare poterit cũ ardoꝛibus ſempiter
nis. Hic cadit exemplum illius heremite. q
temptatus ꝰ quadam muliere cuius foꝛmã
aſſumpſerat dyabolus ⁊ ſibi apparuit. vo/
luit experiri ſi ignem poſſet ſuſtinere quam
pꝛo peccato paſſurus erat. ⁊ accendit cãde
lam ⁊ cõbuſſit digitos ⁊ ſtatim temptatio
receſſit. Octauum eſt quia cecus coꝛpo/
raliter felices reputat videntes ⁊ ſe indicat
infelicem. Thobie. v. Quale mihi gaudiũ
eſt qui in tenebris ſedeo ⁊ nullum lumē vi
deo. Peccatoꝛ vero cecus iuſtos videntes
contemnit. ⁊ irridet. pꝛouer. xxix. Abomi/
nantur impij eos qui in recta via ſunt. Et
ſe reputat beatum dum tempoꝛali felicita/
te fruatur. ps. Beatum dixerunt populum
cui hec ſunt. De tercio ſcʒ ex quibus ſpi
ritualis cecitas reparetur. parum dicamus
quia multa de alijs dicta ſunt. ¶ No/
ta ergo ꝙ triplex eſt remediũ cecitatis ſpi/
ritualis pꝛout ex ſcriptura habetur. Pri/
mum eſt amaritudo contritionis qđ figura
tum eſt in thobia. cuius oculos ãgelus fel/
le liniri mandauit ⁊ viſum recepit. Secun
dum eſt ablutio confeſſionis. quod figura/
tum eſt in ceco nato. cui chꝛiſtus mãdauit
ꝙ iret ad natatoꝛia ſyloe ⁊ lauaret ſe. Qui
abijt ⁊ lauit ⁊ vidit. vt patet Johãnis. ix.
Syloe interpꝛetatur miſſus. aqua ergo ſyloe
eſt confeſſio. que eſt vnum de lotoꝛijs chꝛi
ſti miſſi a patre. Tercium eſt collirium bo
ne operationis. quod pertinet ad ſatiſfacti/
onem. Apocal. iij. Collirio inunge oculos
tuos vt videas. Collirium fit ex frumento
frumentum eſt chꝛiſtus. ſic opera bõa fiũt
ex chꝛiſto ⁊ ĩ chꝛiſto ⁊ per chꝛiſtũ. yſa. xxvj
Omnnia opera noſtra operatus es in no/
bis domine. Et ſic patet totum.

¶ De epiſtola ſermo xxxj.

Si linguis hominum loquar ⁊
angeloꝛum charitatem autem
non habeam factus ſum velut
es ſonãs ⁊ cimbalum tinniēs. j
choꝛith. xiij. Sicut epiſtola do
minice pꝛecedentis ſic ⁊ iſta eſt valde lõga.
Nam totum. xiij. c. pꝛime epiſtole ad choꝛ.
continet. nec per pauca cõgrue expediri po
teſt niſi ſuperficietenus ipam tranſeundo.
Omnino ergo ipam breuiter percurrere ĩ
tendo. quia dies hodierna longis ſermoni/
bus non eſt apta. Intendit autē apoſtolus
in tota pꝛeſenti epiſtola charitatem nobis
pꝛe omnibus alijs virtutibus cõmendare.
⁊ eius excellentiam demonſtrare. Et ideo ĩ
hac epiſtola quattuoꝛ facit. Primo enim
oſtendit ꝙ omnes alie virtutes ⁊ dona ſine
charitate ad ſalutem penitus nihil valent.
in pꝛincipio epiſtole. Secundo oſtendit ꝙ
charitas omnium virtutum opera poſſidet
⁊ exercet ⁊ omnia mala cauet. ibi. Chari/
tas patiens eſt benigna eſt ⁊c. Tercio oſtē
dit ꝙ in futura vita omnes virtutes ⁊ dõa
euacuata ceſſabunt. ſed charitas nunꝗ ex/
cidet. ibi. Charitas nunꝗ excidet ſiue pꝛo/
phecie eua. ⁊c. Quarto excellentiam ⁊ ma
ioꝛitatem charitatis quaſi concludendo ſub
infert ibi. Nunc autem ma. fi. ſp. chari. ⁊.
Primo ergo oſtendit ꝙ alie virtutes et
dona ſine charitate nihil pꝛoficiunt ad ſa/
lutem. Eſt autē charitas oꝛdinatus amoꝛ
dei ⁊ pꝛoximi. vt ſcʒ deus ſuper omnia dili/
gatur. deinde debemus diligere pꝛoximum ĩ
deo ⁊ propter deum tanꝗ noſipos. Talis er
go amoꝛ charitas nominatur. Et hoc val/
de congrue pꝛopter quattuoꝛ. ¶ Pri
mo ergo talis amoꝛ dicitur charitas ratio
ne ethimologie nominis. quia caritas id eſt



cara res. Tranſcendit enim caritas omnia
virtuoſa ⁊ valoꝛoſa. et ſuper omnia cara
magis valet. Sap. vij. Nec cõpare. illi. la.
pci. q. o. a. in cõpa. illius are. ē exi. ⁊ argen.
nihil ē in cõ. illius. Etiã caritas res cara ē
quia omne rarum carum. perfecta autē ca
ritas raro inuenitur. Secundo talis amoꝛ
dicitur caritas quia rem cui ineſt facit ca/
ram ⁊ pꝛecioſam. Homo eñ per charitatē
carus ē ⁊ pꝛecioſus deo ⁊ ſanctis ⁊ ſine ipa
eſt vilis ⁊ abominabilis. Et non ſolum ho
minem cui ineſt facit carum ⁊ pꝛecioſũ. ſed
omnia opera eius reddit cara. vtpote valē/
tia vitã eternam. que ante nihil valebant.
vnde paleas facit aurũ. Tercio dicitur ta
lis amoꝛ caritas quia cariſſime cõiungit rei
mi menſis. ⁊ ideo eodem tp̄e recolitur. licet
nō ſemper eodem die. quia hoc nō poteſt eē
Tercio quia hoc tēpore mundus a vetuſta
te hyemali renouatur. ⁊ ideo decēs fuit vt
etiam homo per penitentiā renouaretur ad
vitam gratie. Epħ. iiij. Renouamini ſpiritu
mentis veſtre. Quarto quia hoc tempore
maxime neceſſaria eſt medicina. quia homi
nes ⁊ beſtie propter abundantiam ſangui/
nis magis ad luxuriam mouentur. Un̄ om
nia in humorem modo conſurgunt. Quin/
to quia hoc tempus magis accedit ad equa
litatem diei ⁊ noctis. frigoris ⁊ caloris. vt
ex ip̄o tempore āmoneamur ab inequalita
tate viciorum recedere ad virtutes que in
medio conſiſtunt. ſicut vicia in extremis. et
ideo inequalia ſunt. Quia guloſus habet
maius os quaꝫ ventrem. Sexto vt oſten/
dat ꝙ ad gloriam reſurrectionis non perue
nitur niſi per penitentiam ⁊ carnis afflictio
nem

quia non eſt ſeruus maior domino ſuo. io.
xiij. Chriſtus autē ſic peruenit. Vñ mater
filiorum zebedei fuit deriſa q̄ petijt filios ā
te regnare q̄ȝ pati. vt patet matthei. xx.

Q Quinto queritur quare nō ſemper
eodem tēpore ieiunamus. id eſt quare qua
dragesima alta ⁊ baſſa procedit. Ad qd̄ dicē
dum ꝙ quadrageſima nullo mō eodem tem
pore occurrere poteſt. Cuius ratio ē. quia
paſcha noſtrū quo chriſtus immolatus fu
it oportet ꝙ reſpondeat paſchati vete. teſt.
per qd̄ figuratum fuit ꝙ incipiebat. xiiij. lu
na ad veſperā primi menſis. Primus autē
menſis eſt in quo primū lunare terminatur
ſcȝ aprilis. quia in ipō ſemper primū luna
re terminatur. Nota ergo ꝙ annus ſolaris
continet. ij. lunaria ⁊. xij. dies nō completos
Vnde ſi hodie eſſet luna prima ſequēti āno
eodem die eſſet luna fere. xij. Habet em̄ lu
nare. xxix. dies ⁊ dimidium. quos multipli
cando per. xij. erūt. ccc. liiij. dies. ānus autē
continet. ccclxv. dies ⁊ ſex horas. Paſcha
autem reſurrectiōis ſemper oportet eſſe in
dominico die ſicut chriſtus reſurrexit. Lu
na em̄ in paraſceue ſemper debet eſſe quaſi
plena. vt ſcȝ habeat adminus. x. dies. et ad
plus. xx. quia xp̄s plena luna paſſus eſt. Ex
his ergo patet quare quadrageſima nō po
teſt occurrere vno mō ſicut feſta ſanctorū
in quibus obſeruātur menſes ſolares ⁊ nō
lunares. ſicut hic. quia omnia ſupradicta ñ
poſſunt ſemper eodem tempore occurrere.

P Sexto q̄ritur an oēs in quocunqȝ
ſtatu teneātur ieiunare. vt laborātes. viato
res. infirmi. pauperes. pueri. lactantes. Ad
hoc dicendum ꝙ quadrageſimale ieiunium
de iure poſitiuo eſt. In iure autē poſitiuo
hoc eſt obſeruandum ꝙ ſemper recurren
dum eſt ad intentionem legiſlatoris. inten
tio autem legiſlatoris in hoc ieiunio fuit ī
ducere homines ad virtutē abſtinentie mo
derate vt vires ieiunantiū non excedat. Et
propterea ſacerdos poteſt diſpenſare cum
omnibus in hoc ieiunio ex rationabili cau
ſa vbi recte iudicat ꝙ legiſlator diſpenſare
deberet. De laboratoribus ergo diſtinguen
dam eſt. vtrū ſint diuites vel pauperes. ſi
diuites tenētur. non em̄ oportet eos tota die
laborare. pauperes vero ſi pñt ſufficiēter ſi
bi ⁊ familie ſue neceſſaria acquirere modi
cum laborando. puta qꝛ modica hora mul
tum lucrātur. vel quia leuem artē exercēt.
q̄ non debilitat eos. tunc tenētur. aliter ve
ro non tenentur ad totum. ſed pro poſſe ad
partē. Viatores autem qui ex tali arte vic
tum querūt. qui ābulare nō pñt. ieiunando
ſimiliter nō tenētur ad totum. Alij vero vi
atores ſpontanei ſi tale iter differre nō poſ
ſunt. puta quia eſt feſtū tēpore ieiunij. vel
quia ieiuniū inuenit eos in via. vel quia ha
bent neceſſario ire pro factis ſuis. ⁊ eundo
comode ieiunare nō poſſunt. ſimiliter nō te
nentur ad totū. ſed ſicut pñt ad partē. In
firmi autē ſi eos offendit ieiuniū vel cibi ie
iunij nō tenentur. non tñ debet eſſe quantū
cūqȝ modica offenſio pro qua ieiuniū fran
gant ⁊ cibos prohibitos aſſumant. Paupe
res autem mēdicantes ſi in hora comeſtio
nis nō tantū acquiſiuerint vt eis ſufficiat.
vel quia ex precedenti inedia nimis debili
tantur nonā expectare non tenentur. aliter
autem tenētur. Pueri autē infra. xx. annū
non tenentur ſed bonū eſt ꝙ ante ſicut pñt
incipiāt ieiunare. ⁊ in ſeptimana aliquo vel
aliquibus diebus ieiunēt. Mulieres vero
lactātes nō tenētur ad totū. ſi ex hoc puer
deficeret nutrimentū. vel ipē nimis moleſta
rentur ex hoc. ſed debent vt poſſunt ieiuna
re in parte. Omnia tamē iſta debēt fieri de
licentia ſacerdotis. Q Et queritur vl
terius vtrum frangens ieiuniū preter pre
dictos modos peccet mortaliter. Et dicenō
ꝙ ſic. ſi hoc facit ex cōtemptu vel ſine ratio
nabili cauſa. quia mandatum eccleſie ſicut
mandatum dei obligat. iuxta illud Luce. x
Qui vos audit me au. ⁊ qui vos ſpern. me
ſper. R Septio q̄ritur in qua etate hō
tenetur incipere ieiunare. Ad qd̄ dicendū ꝙ
a. xxj. āno hō debet totā quadrageſimā ieiu
nare añ aūt ñ tenet̄. qꝛ vſqȝ ad illō tp̄s natura
mlto indigȝ nutrimēto ꝑpt̄ nutricōȝ ⁊ augm̄
tatōȝ quā hēt ī corpe facere. nā vſqȝ tūc hō
nutrit̄ ⁊ creſcit. ſȝ bonū ē vt puer añ h tp̄s
ieiūare icipiat S Octauo q̄r q̄ hora hō



debeat comedere quando ieiunat. Et dicen
dum eſt ꝙ ieiunās hora nona debet comede
re ⁊ nō ante. cuius ratio eſt. quia ieiunium
debet eſſe penoſum. a medio autem die vl
tra ieiunium incipit eſſe penoſum. ante au
tem parum vel nihil. qꝛ calor naturalis de
nocte redit ad interiora ſicut ſol ⁊ per totā
noctem in digerendo cibum laborat. de ma
ne autem vt ſol ad exteriora redit tranſmit
tendo cibum digeſtum ad membra. ⁊ hoc
facit vſqȝ ad mediū diem. media autem die
calor naturalis non habet in quod agat. ⁊
ideo reflectitur ſupra ſtomachū. ⁊ cōſumit
humiditatē eius. ⁊ ex tūc homo incipit de
bilitari. ⁊ ieiunium incipit eſſe penoſum. añ
autem parum vel nihil eſt penoſum. Vnde
Inno. dicit ꝙ nequaq̄ȝ putandi ſunt ieiuna
re qui ante nonā comedunt. quod intelligo
per magnā horam vt in tercia vel ī media
die. Sufficit em̄ ꝙ nona inueniat hominem
comedentem in menſa. alſ oporteret eū ha
bere aſtrolabiū ad horam nonā cognoſcen
dam. quod nō eſt neceſſarium. Sed contra
de religioſis qui media die comedunt Et di
cendum eſt ꝙ verū eſt in quibuſdā ieiunijs
voluntarijs nō ab eccleſia inſtitutis. ſed in
ieiunijs ab eccleſia inſtitutis ipī obſeruant
horam none ⁊ ſeruare tenētur ſicut et alij.
Exēplum ionathe qui comedit ante horā
⁊ propter hoc venit plaga dei in populum
vt patet. j. re. xiiij. T Nono q̄ritur que
cibaria in ieiunijs poſſint comedi. Ad hoc
dicendum ꝙ carnes oua ⁊ caſeus vbiqȝ et
totaliter ſunt prohibita in quadrageſima.
extra vero quadrageſimā in ieiunijs eccle
ſie ſimiliter carnes vbiqȝ ſūt prohibite. oua
vero ⁊ caſeus pñt comedi. vel non comedi
ſm̄ eccleſie conſuetudinem diutius appro
batam. V Decimo queritur an pota
tio ante cōmeſtionem. vel comeſtio electua
riorum. vel tragee. vel anticipatio none frā
gat ieiunium. Et dicendum ꝙ vini potacō
ante comeſtionē vel comeſtio electuariorū
vel tragee poſt comeſtionē nō frangunt ie
iunium. vt dicit innocentius papa. niſi iſta
ſumātur in fraudem. vt ſcȝ fames tollatur.
quia ſi ſic fieret omnino eſſet cōtra intentio
nem legiſlatoris. que debet reſpici tanq̄ȝ pri
cipale in omni lege. Siquis enim demāe cō
mederet electuaria ⁊ bene biberet certe nul
lam poſtea vſqȝ ad nonā famem pateretur.
⁊ ſic illuderet ieiunio ⁊ eccleſie. anticipatio
autem none per magnā horam ita ꝙ come
datur in media die vel citra omnino frāgit
ieiunium vt dicit innocentius. niſi legittia
aſſit cauſa. X Vndecimo q̄ritur q̄ ſunt
illa q̄ minuūt ieiunij meritum. Ad quod di
cendum ꝙ ſunt ſex. Primū eſt multorū ci
borum ſumptio ⁊ delectatio in eiſdem. Se
cundum eſt magna mora in comedendo. et
multum comedere. Tercium eſt comeſtio
electuariorum. Exemplum de illo famulo
dñi richardi cardinalis qui videns familiā
omni ſero quadrageſime electuaria come
dere. comedebat ipē caſtaneas ex quo de ele
ctuarijs habere nō poterat. Quartum eſt
potatio vini añ comeſtionē. Quintū ē im
patientia ⁊ perturbatio familie. Exēplum
de illo qui dum ieiunaret totā familiā con
turbabat. cui apparuit beata virgo dicens.
ꝙ potius faceret elemoſinas ⁊ nō ieiunaret
Sextū eſt occupatio in re illicita vt tollat
tedium ieiunij. vt illi qui ludunt ad taxillos
peius autē his omnibus eſt nō confiteri in
principio quadrageſime. Y Duodecio
q̄ritur qui infructuoſe ieiunāt. Ad quod di
cendum ꝙ ſex genera hominū infructuoſe
ieiunant. ſcȝ ypocrite qui ieiunant vt hōi re
putentur. Et illi qui non habent vt come
dant. libenter em̄ comederent ſi haberent.
Et illi qui non habent appetitū comedēdi
⁊ de hoc dolent. Et illi qui ieiunāt propter
infirmitatē cauendam vel reuma. Et illi q
ieiunant propter auariciā vt burſe parcant
Et illi qui ieiunant vt ſapidius ⁊ meliꝰ co
medant. vt guloſus ⁊ delicioſus Z Tre
decimo q̄ritur vtrū iuſti teneātur ieiunare
⁊ quare. Ad quod dicendum ꝙ quantūcūqȝ
iuſti ⁊ innocētes ieiunare tenētur. Et hoc
propter tria. Primo vt obediant mandato
eccleſie. qd̄ ita obligat ſicut mandatum dei.
Luce. x. Qui vos audit me audit. Secun
do vt eis meritum augeatur. Non em̄ ſolū
pctōres affligūt ī vita iſta. ſȝ vt plimū iuſti

ad augmentum glorie.ſit patet de iob. Ter
cio vt a malis preſeruentur.eſt enim ieiuniū
um purgatiuum ⁊ preſeruatiuum ſicut me
dicina.  Quartodecimo queritur an exi
ſtentes in peccato mortali teneātur ieiuna
re.⁊ ad quid valeat eis.Et dicendum ꝙ ſta
tus peccatoris eſt ſicut ſtatus infirmi. Uñ
ſicut infirmus magis indiget confortari ꝙ̃
ſanus.quis cibus non conuertatur in cor
pus ſuum ſicut conuertitur in corp us ſani.
ſic peccator magis indiget ieiunare ⁊ bene
facere ꝙ̃ iuſtus.quis ei non tantum proſit.
Ualet autem ieiunium ⁊ alia bona opera
que facit peccator in mortali exiſtens quan
tum ad multa alia.quis ad premiū eſſenti
ale vite eterne non valeat. Ad que bōa va
leat require alibi.quia hoc non eſt de pñti
materia. Et tm̃ de dubijs iſtis.

## De epiſtola ſermo.xxxiiij.

H Ortamur vos ne inuacuum
gratiam dei recipiatis.ij.cori.
vj.Sicut dicitur eccs.iij.Om
nia tempus habent. Et omni
tempore debemus ſpūalibus i
tendere.iuxta illud p̃s. Benedicā domino
in omni tempore.tamen hoc tempus ē ſpā
lius ab eccleſia ad lamenta penitētie ⁊ ſpūa
militiam inſtitutum.Et ideo omnes xpiani
chriſti milites debent modo in ſpūali bello
contra carnem mundum ⁊ dyabolum forti
ꝰs dimicare.quia fortius inſtat bellum.iux
ta illud ecc.ij.Fili accedens ad ſeruitutem
dei ſta in iuſticia ⁊ timore ⁊ prepara animā
tuam ad temptationem.Et ideo apoſtolus
chriſtianorum capitaneus ⁊ magiſter i hac
epiſtola omnes fideles hortatur. vt gratiaꝫ
dei qua poſſint in hoc periculo de hoſtibꝰ
triumphare recognoſcant ⁊ ipam nō negli
gant ſed vtantur.quia per ipam poſſūt ho
ſtes deuincere ⁊ in omnibus virtuoſe age
re.⁊ tandem ad regna celeſtia peruenire.
Propterea dicebat apoſtolus.j.corint.xv.
Gratia dei ſum id quod ſum.⁊ gratia eius
in me vacua nō fuit. In hac ergo epiſtola
apoſtolus tria facit. Primo ergo hortatur
vt gratia dei vtentes bona opera inchoe
mus.in principio epiſtole.Secūdo nos hor
tatur vt in bonis operibus inchoatis ď bo
no in melius procedamus ibi.Sed in omni
bus exhibeamus noſmetipos ſicut dei mi.
Tercio nos hortatur vt bona opera incho
ata in perſeuerantia conſūmemus.ibi. per
arma iuſticie a dex.⁊ a ſini.⁊c.  Prio er
go nos hortatur vt gratia dei vtentes bōa
opera inchoemus.Et quia bonum opus ñ
poteſt fieri niſi malum caueatur.ideo circa
primum duo facit. Primo hortatur ad bo
num.Secundo dehortatur a malo.ſcꝫ vt a
malo caueamus ibi.Nemini dantes vllam
offenſionem.Iterum circa primum duo fa
cit. Primo ponit exhortationem ad bonū
inchoandum.⁊ aſſignat rationem.Secun
do oſtendit tempus adeſſe ad bonū faciēdū
ibi.Ecce nunc tempus accepptabile.Dicit
ergo. Hortamur vos ne inuacuū gratiā dī
recipiatis.⁊ aſſignat rōnem.quia deus pro
mittit iuuare qui ait yſa.xlix.Tempore ac
cepto.ſcꝫ tēpore gratie exaudiui te. amouē
do omnia impedimenta ſalutis. ⁊ in die ſa
lutis.ſcꝫ quando ſalus confertur quod eſt
modo tempore gratie adiuui te conferēda
omnia neceſſaria ad ſalutem. Propt duo
ergo debemus incipere bene operari. ſcꝫ qa
omnia impedimenta remouet.⁊ qꝛ gratiam
et oportunitatem bene operandi confert.ꝗ
duo homo naturaliter deſiderat vt perueni
at ad ſalutem.Et ideo dixit. Exaudiui te.
Hec eſt maxima gratia quam nō debemus
inuacuum recipere Ubi nota ꝙ tūc dicitur
aliquis gratiam ſibi factam recipere inua
num ſiue inuacuum. quando non vtitur ea
ad finē illum ad queꝫ gratia illa fuit ei ex
hibita.vt ſi gratis accommodo tibi aureos
vt lucreris.⁊ tu tenes eos in ſcrinio ſicut il
le ſeruus neqꝫ qui ait.Lu.xix.Domie ecce
mna tua quam habui repoſitam in ſudario
Cui dominus ait.Quare non dediſti pecu
niam meam ad menſam.ſt ego veniens cuꝫ
vſuris vtiqꝫ exegiſſem illam.Unde ⁊ phus
dicit ꝙ vacuū eſt quod non includit finem
ad quem eſt. Et ſm hunc modum multas
gratias a deo inuanum ſiue inuacuum reci



pimus.quia per ipas finem intentum non
conſequimur.  A  Et inter alias octo ſūt
gratie quas peccatores a deo inuanum re
cipiunt.  Prima eſt gratia filiorum ado
ptionis per quam ſumus a ſeruitute dyabo
li liberati.⁊ in dei filios adoptati.quod to
tum fit in baptiſmo.j.Iob.iij.Uidete qua
lem dilectionem dedit nobis deus vt filij dī
nominemur ⁊ ſimus.Qui ergo poſt baptiſ
malem gratiam iterum ſubdit ſe dyaboli ſ
uitute inuacuum gratiam adoptionis filio
rum in baptiſmo recepit.ij.pe.ij.Canis re
uerſus ad vomitum ſuum ⁊ ſus lota in vo
lutabro luti Scda gratia eſt celi apertionis
⁊ debiti ſolutionis. Nam chriſtus per ſue
paſſionis meritum gratis nobis celum ape
ruit a quo iuſte exulabamus.⁊ precium ſol
uit pro quo tanqꝫ pro debito primorū parē
tum in carcere inferni detinebamur.neqꝫ ce
lum aſcendere poteramus.Apoca.iij.Qui
habet clauē dauid qui claudit ⁊ nemo ape
rit.aperit ⁊ nemo claudit.j.pe.ij.Qui pec
cata noſtra pertulit in corpore ſuo ſuper li
gnum id eſt penam ⁊ precium pro peccatis
noſtris.Tunc homo hanc gratiam inuanū
recipit .quando nec celum vult intrare. ex
maiori ſe obligat quotidie pena peccato
rum.dum peccata peccatis addit.propter ꝗ
eterno cruciatui eſt deputandus. Luce.xj.
Fiunt nouiſſima hominis illius peiora pri
oribus.  Tercia eſt gratia vie cognitōis.
nam chriſtus ad hoc venit in mundum vt
viam eundi ad celum nos doceret.quā nul
lus docere poterat quia nullus aſcendit in
celum niſi qui de celo deſcendit filius hōis
qui ſemper eſt in celo.vt dicitur Iohā.iij.
Unde ait.Ego ſum via.Io.xiiij.Et iterū.
Ego ſum hoſtium.per me ſiquis intro.ſal.
In eodem.x. Hanc viam neſciunt extere
nationes.⁊ ideo ſaluari non poſſunt.Quia
ſine fide impoſſibile eſt placere deo.Hebr.
xj.Cognoſcere ergo deum per fidem ⁊ eius
voluntatem ⁊ eius iudicia magna gratia ē
p̃s.Non fecit taliter om.na.⁊ iu.ſua ñ ma
nifeſtauit eis.Hanc gratiam hō inuacuuꝫ
recipit quando per viam cognitam incedit
Chriſtus clamat. Uenite poſt me ego ſum
via.Uenite per viam innocentie.per viam
penitentie.per viam obedientie.per viā ſan
ctitatis.per viam humilitatis.per viā pau
pertatis.⁊ pauci vadunt poſt eum.ſed abe
unt alius in villam ſuam.alius ad negocia
tionem ſuam.Et dicunt domino illud iob.
xxj.Recede a nobis ſcientiā viarum tuarū
nolumus.Item melius fuiſſet viam veri
tatis non cognoſcere ꝙ̃ poſt cognitionē re
trorſum conuerti.ij.pe.ij.  Quarta ē gra
tia medicinarum preparationis.quia chri
ſtus efficaciſſimas medicinas infirmo hōi
preparauit.He medicine ſunt ſacramenta
eccleſie.que chriſtus in ſuo ſanguine confe
cit.⁊ homini a demonibus ſauciato adhi
buit.vt patet in illa parabola Luce.x.Hō
quidam deſcendit ab hieruſalem in hierico
⁊ incidit in latrones ⁊c. Et quia vt dicit
augu.he medicine .ſcꝫ ſacramenta eccleſie
fluxerunt de latere chriſti pendentis i cruce
ideo infinitam habent virtutem.ita vt om
nes in quacūqꝫ infirmitate ſanent.p̃s.Qui
ſanat omnes infirmitates tuas.He medici
ne non ſunt in exteris nationibus.⁊ idō eorū
plage ſunt deſperabiles. quia niſi deus per
miraculum faciat nullus eorum ſanatur.
Sed nos non habemus niſi aperire os ⁊ di
cere.peccaui.⁊ recipere ſacramenta eccleſie
⁊ tunc ſpūſſanctus intrat ⁊ totaliter ſanat
animam.Apoca.iij.Ego ſto ad hoſtium et
pulſo.Hanc gratiam inuacuum recipit qui
cunqꝫ has medicinas ſpernit.nec eas vult
ſumere.quia nec penitentiam nec eucariſti
am ſumit. ⁊ ſtultiſat volens ſine medicinā
ſalutem quod non poteſt eſſe.Luce.ix. Si
quis vult poſt me venire ſcꝫ ad ſalutē ab
neget ſemetipm per amaram medicinam.⁊
tollat crucem ſuam.id eſt penitentiam.⁊ ſe
quatur me  Quinta eſt gratia adminiſtra
tionis.deus enim magnam gratiā fecit ho
mini in eo ꝙ ordinauit ꝙ omnes creature
ei ſeruirent.vt ad ſalutem facilius perueni
ret.Nam vt dicitur Hebre.j.Omnes an
geli ſunt adminiſtratorij ſpūs in miniſteriū
miſſi.propter eos qui hereditatem capiunt
ſalutis.Celum etiam ⁊ ſol ⁊ luna ⁊ omnia
ſidera famulantur homini.⁊ ſimul quatuor

lemēta.et omnia ſre naſcentia.et breuiſ
omnia homini ſeruiunt ad ſalutem ⁊ bona
nature ⁊ bona fortune.deut.vj.Que crea/
uit dominus deus in miniſterium cunctis
gentibus que ſub celo ſunt. De hac gratia
dauid admiratur dicēs.Domine quid ē hō
ꝙ memor es eius.Et ſequitur.Omia ſub/
ieciſti ſub pedibus eius ⁊c.Hanc gratiam
inuacuum recipit qui nō ad ſalutem .ſ3 ad
perniciem vtitur creaturis ⁊ bonis nature
et fortune. vt qui in creaturis delectatur
pluſq̃ in creatore vt delicioſus.vel qui cre
ature plus ſeruit q̃ creatori vt auarus
vel qui honorem deo debitū nō creatori ex
hibet ſed creaturis impendit.vt ſortilegi et
diuini.vel qui diuinos honores ſibi volunt
impendi.vt ſuperbi.Iob.xij.Dilexerunt
gloriam hominum magis q̃ gloriam dei.
Sexta eſt gratia expectationis.homo ei
peccans mortaliter ſtatim eſt dignus mor/
tis eterne. quia contra eternum bonū pec/
cauit.⁊ eterno bono ſe priuauit.ſed deus ex
magna gratia ⁊ miſericordia non ſtatim cō
demnat eum ſed expectat eum vt peniteat.
⁊ eius miſereatur.yſa.xxx.Propterea ex/
pectat deus vt miſereatur noſtri.Et ꝙ iſta
ſit magna gratia.conſidera illos qui ſtatim
poſt peccatum ad infernum deſcenderunt.
vt chore dathan ⁊ abiron.qui viuentes ad
inferos deſcenderunt.vt patet nume. xxvj.
ita quilibet peccator eſſet dignus deſcēdere
Et attende quantum expectat multos. ſed
audi yſaiam.Expecta reexpecta.manda re/
manda.vt vadant ⁊ cadant retrorſum.⁊ cō
terantur ⁊ illaqueentur ⁊ capiātur.q2 lon/
ga expectatio eſt eis occaſio plura mala fa
ciendi.deus tamē facit quod in ſe eſt.Ecc.
vnj.Quia non profertur cito cōtra malos
ſententia.filij hominum abſq3 vllo timore
perpetrant mala.Hanc ergo gratiam inua
cuum recipit qui factus coruus ſemper di
cit cra.cra.⁊ nunq̃ redit ad arcam.In cui
us figura dñs mandauit in leuiti.vt nunq̃
coruus in ſacrificio offerretur deo. Se/
ptima gratia eſt nuptialis veſtitionis.deus
autem gratis induit omnem chriſtianū ve/
ſte omnium virtutum ⁊ donorum ſpūſſacti

et facit eum dignum nuptijs eterni regis.⁊
quam quicūq3 non habuerit de nuptijs et/
nis expelletur.quia non eſt dignū veſtitum
ſacco aulam regis intrare. Iſta ē maxima.
gratia.Nullus vnq̃ hiſtrio ab aliquo dño
talem veſtem vel tale donum recepit.Et ꝙ
iſta ſit magna gratia patet.q2 chriſtus iſtā
veſtem non donat niſi chriſtianis.Hāc er/
go gratiam inuacuum recipit quicūq3 hāc
veſtem per peccatum mortale proijcit ⁊ nu
dus remanet tanq̃ ribaldus inter luſores.
Contra quod dicitur apoca.xvj. Beatus
qui cuſtodit veſtimenta ſua ne nudus am/
bulet. Octaua eſt gratia glorioſe reſur/
rectionis. propterea enim chriſtus mortu9
eſt ⁊ glorioſus reſurrexit. vt mortem no/
ſtram deſtrueret moriendo.⁊ vitam repara
ret reſurgendo. Hec fuit maxima gratia.
quia ex iuſticia eſt ꝙ morimur.⁊ ex gratia
ꝙ reſuſcitamur ⁊ immortales ſumus.Sed
ꝙ glorioſi reſurgamus hoc eſt maxima gra
tia quam expectamus.Phil.nj.Saluato/
rem expectamus dominum noſtrum ieſum
chriſtum qui reformauit corpus humilita/
tis noſtre configuratum corpori claritatis
ſue.Hanc gratiam inuacuum recipit qui/
cunq3 in quadrageſima non mortificat cor
pus per penitentiam.vt in paſchate glorio
ſus cum chriſto reſurgat.quia vt dicit apo
ſtolus.j.corintō.xv.Sicut granum nō ſur
git glorioſum cum folijs niſi prius moriat
in terra.ſic homo non ſurgit in gloria niſi i
mundo prius mundo moriatur.Coloſē.nj.
Mortui enim eſtis ⁊ vita veſtra abſcōdita
eſt cum chriſto in deo.Ro.vj.Si em̄ mor/
tui ſumus cum chriſto credimus ꝙ ſimr eti
am viuemus cum eo.Deinde cu3 dicit.Ec
ce nunc tempus acceptabile.Oſtendit tem
pus adeſſe ad bonum faciendum. quia nūc
eſt tempus acceptabile in quo de9 acceptat
opera noſtra. Eſt dies ſalutis in quo ſalus
eterna confertur bene operantibus. B
Ubi nota ꝙ poteſt eſſe quadruplex com
paratio iſtius nunc. Prima eſt preſentis
ſeculi ad futurum. quia preſens ſeculum ē
aptum ⁊ acceptabile ad bene operandum ⁊
non futurum.Ecci.ix. Quodcunq3 poteſt



manus tua facere inſtanter operare.q2 nec
opus nec ratio nec ſapientia nec ſciētia eſt
apud inferos quo tu properas.Sed vt dici
tur prouer.xx.Propter frigus piger arare
noluit.mendicabit ergo in eſtate ⁊ non da/
bitur ei.Quia ſi peccator vellet dare totu3
mundum pro vna gutta aque in alia vita
non haberet.Exemplum de diuite epulone
de quo Luce.xvj. Et ſi totus mundus ro/
garet pro vno damnato nō exaudiretur. q2
in inferno nulla eſt redemptio.vt dicit iob
vij.Nunc ergo eſt dies ſalutis. Secundo
poteſt eſſe comparatio pñtis tēporis ad tē/
pus ve.te.in quo viuebant homines longiſ
ſimo tēpore.⁊ multa patiebantur aduerſa.
⁊ tandem adem ad inferos deſcendebant.q2
nec ſanctitas nec iuſticia nec miſericordia.
nec aliquid aliud valebat.Iob.xxvj. Ibi
conſtituta eſt domus omni viuenti. Sed
modo poſt modicum laborem ⁊ quaſi pro
nihilo datur vita eterna.⁊ mſtis datur gra
tis ſine labore.Ecc.lj. Modicum laboraui
⁊ inueni mihi multam requie3.Statim mō
quando moritur iuſtus vadit ad paradiſu3
Luce.xxnj.Hodie mecū eris in paradiſo.
Hoc verbum non potuerunt audire omēs
ſancti ⁊ prophete veteris teſtamenti nec eti
am iohānes baptiſta. ⁊ tamen vnus latro
noui teſtamenti audire meruit.Nunc ergo
eſt tēpus acceptabile ⁊ dies ſalutis. Ter
cio poteſt eſſe comparatio iſtius temporis
quadrageſime ad reliquum tempus tocius
anni.quia hoc tempus precipue eſt dies ſa/
lutis ab eccleſia inſtitutus ad delendum pec
cata.ad expugnandum vicia.⁊ ad acquirē/
dum gloriam. In nundinis vel foro inue/
niuntur omnia neceſſaria ⁊ tunc debēt emi
quia melius forum habetur.Cariſſimi mō
ſunt nundine bonorum anime.nam eccleſie
ſunt aperte.indulgentie dantur.miſſe ⁊ ora
tiones multiplicātur.⁊ frequenter predica/
tioni inſiſtitur.confeſſores ſedent .peccata
relaxare parati.Omnia ergo ſunt parata.
venite ad nuptias. Uere hoc eſt tēpus ac/
ceptabile ⁊ dies ſalutis.in quo omnia reno
uātur ⁊ ad fructificandum ſe parāt .preter
miſerum peccatore3.nam animalia ⁊ vinee

⁊ arbores incipiunt parere.de quo domin9
conqueritur per hieremiam.vnj.c.di. Mil
uus in celo cognouit tempus ſuum.turtur
⁊ yrundo ⁊ ciconia cuſtodierunt tēpus ad/
uentus ſui.populus autem meus non cog/
nouit iudicium domini. Quarto poteſt
eſſe comparatio preſentis temporis ad fu/
turum.ſiue hodierne diei ad craſtinū. Ho/
die ergo eſt dies ſalutis.quia vt dicit berñ.
Qui tibi promiſit veniam de cōmiſſis.diem
craſtinum nō ſpopondit. Et ideo ſtultū eſt
in craſtinum differre.quia vt dicit bernar/
dus.Nil certius morte.⁊ nil incertius ho/
ra mortis.Multi intrant de ſero lectulum
⁊ de mane inueniuntur mortui. Iob. xxj.
Ducunt in bonis dies ſuos ⁊ in puncto.ad
infer.deſcen.Exemplum de illo diuite luce
xij.qui dicebat. Anima mea habes multa
bona repo.in an.plu.requieſ.comede.bibe.
epu.Et ſequitur.Stulte hac noc.repe.an:
tu.a te.que aūt pa.cuius erūt. Propterea
dicitur ecc.v. Non tardes conuerti ad do/
minum ⁊ ne differas de die in diem. ſubito
enim veniet ira illius.⁊ in tempore vindic/
te diſperdet te. Sed multi faciunt ſicut ſa/
lomon dicit prouer.xxvj.Sicut hoſtiū ver
titur in cardine ſuo.ſic piger in lectulo ſuo
Hoſtium cum rugitu vertitur in cardine:
ſed nunq̃ inde exit.ſic peccator in concupi/
ſcentia ſua clamans o plus o plus.ſed non
dimittit eam. Deinde cum dicit. nemini
dantes ſup.ſitis vllam offenſionem.dehorta
tur a malo.vt ſc3 a fratrum offendiculo ca
ueamus.j.corinth.x.Sine offenſione eſtote
iudeis ⁊ gētibus ⁊ eccleſie dei. Et aſſignat
huius rationem dicens.Ut non vituperet
mi.noſ.ſc3 per vos dum offenditis ⁊ nos ñ
imitamini.miniſterium dicit officium.Ro.
ij.Nomen dei per vos blaſphematur inter
gentes.propterea monet petrus prima epſa
ij.c.Conuerſationem veſtram inter gentes
habentes bonam vt in eo ꝙ detrectant de
vobis tanq̃ de malefactoribus ex bōis ope
ribus vos conſiderantes glorificent deum.
Et ſic patet primum. Secundo nos hor/
tatur vt in bonis operibus inchoatis de
bono ad melius procedamus.Et circa hoc

vio.facit. Primo hortatur ad profectum
virtutum in generali .ad nullam virtutem
deſcendendo.Secundo in ſpāli ad ſpāles d
ſcendendo.ibi. In multa patientia. Dicit
ergo.Nō recipiamus in uacuum gratiā dei
ſed in omnibus bonis ⁊ virtutibus exhibe
amus nos.ſcꝫ ego ⁊ vos ſicut dei miniſtros
j.corinth.iiij.Sic nos exiſtimet hō vt mini
ſtros chriſti.Deinde cum dicit. In multa
patientia deſcendit ad profectum ſpālem in
virtute.Et tangit profectum in.xvj.operi
bus virtutum ſiue in.xvj.virtutibus. ¶
Et primo in patientia dicens. Exhibea
mus noſmetipſos in omnibus ſicut dei mini
ſtros in virtutibus.ſcꝫ in multa patientia
habita ſcꝫ i tribulatiōibus. quia vt dicitur
in ps.Multe tribu.iuſto.Secundo exhibe
amus neſmetipſos ſicut dei miniſtros in ne
ceſſitatibus.vt ſcꝫ in neceſſitatibus ſāctorū
⁊ pauperum pro poſſe noſtro ſubueniam⁹.
Ro.xij.Neceſſitatibus ſanctorum cōmuni
cantes.ſcꝫ noſtra bona temporalia. Tercio
in anguſtijs que ſunt in ſubtractione eorū
que homo deſiderat.vnde ſurgit in eo cura
⁊ timor. Hebre.xj.Egentes anguſtiati.af
flicti.Sic enim anguſtiatos conſolari debe
mus ⁊ eis compati ⁊ pro poſſe aſſiſtere .qd
elemoſina magna eſt.matthei.xv.Infirm⁹
fui ⁊ viſi.m.in car.er.⁊ veni.ad m.ij.cor.x
Quis infir.⁊ ego nō infir.⁊c.Vel noſipſos
debemus exhibere patientes in anguſtijs ſi
nobis ingruerint. Quarto in plagis nobis
ab alijs illatis:in quibus ſenſus affligitur.
quod fit dum libenter eas toleramus.j.co.
xj.In plagis ſupra modum a iudeis quin
quies quadragenas vna minus accepi. ter
virgis ceſus ſū.ſemel lapidat⁹ ſum.Quito
in carceribus in quibus libertas aufertur
⁊ motus in quibus debemus proficere per
patientiam.Sexto in ſeditionibus.glo.id ē
cōmotionibus populi cōtra nos maledicen
tis ⁊ blaſſemantis vt ſi populus contra no
conmoueatur.et nos in famat ⁊ blaſſemat
tanꝗ ſeductores proficiamus per pacienciā
et non deficiamus p in pacienciam.Septio
in laboribus manuum voluntarie aſſūptis
Act.xx.Ea.q̄ mihi opus erant et his qui
mecum ſunt miniſtrauerunt manus iſte.ij.
Teſ.iij.In labore et fatigatione nocte et
die laborantes.Et infra. Siquis non vult
operari non manducet.ps.Labores manu
um tuarū mā.bea.es ⁊ bene tibi erit.Octa
uo in vigilijs in quibus debemus orare et
premeditare quid ſit agendum ⁊ qualiter
matth.xxvj.Vigilate ⁊ orate ne intretis in
temptatiōem.Nono in ieiunijs volūtarijs
⁊ coactis vt dicit glo.vt carnem noſtrā do
memus abſtinentia eſce ⁊ potus. inquantū
valitudo permittit.vt dicit apl'us.Caſtigo
corpus meū ⁊ in ſeruitutem redigo. Item
vſqꝫ in hanc horām eſurimus ⁊ ſitimus et
nudi ſumus.j.Co.iiij. Decimo in caſtitate
mentis ⁊ corporis.Caſtitas enim corporis
modicū quidē valꝫ ſi ex affectu mentis non
procedit.In cuius figura mandatū ē leui.
xij.ꝙ in purificatōe duo turtures offerent.
In quibus duplex caſtitas deſignat. Lu.
xij.Sint lumbi ve.precin.Hec eſt illa ſan
ctimonia de qua dicit apoſtolus ad Hebr.
xij. Pacem ſequimini cum omnib⁹ et ſan
ctimoniam ſine qua nemo videbit deum.
Quia nihil coinquinatum introibit in illā
Apo.xxi. Vndecimo in ſciēcia vt ſciamus
qualiter inter mundi pſpera et ad uerſa ſit
ambulandum. Eph.v. Videte quomodo
caute ambuletis non quaſi inſipientes. Nō
enim ſatis eſt miniſtris chriſti habere caſti
tatē propter ſeipſos tm̄.niſi habeāt ſcriptu
rarum ſcientiā ad alios informandū.Oſee
iiij.Quia tu ſcientiam repuliſti repellam ⁊
ego te ne ſacerdotio fungaris mihi.Hiere.
iij.Dabo vobis paſtores iuxta cor meū. et
paſcent vos ſcientia ⁊ doctrina.Duodecio
in longanimitate operis vt non deficiamus
ſed diu ⁊ conſtanter expectemus.non que
rentes hic remunerationem.Iaco.v. Exē
plum accipite fratres exitus mali longani
mitatis laboris ⁊ patientie prophetas q lo
cuti ſunt in nomine domini. Tredecimo in
ſuauitate ſermōis vt ſcꝫ blandi ⁊ affabiles
ſimus.Ecc.iiij. Congregationi pauperum
affabilem te facito.In eodem.vj.Verbuꝫ
dulce multiplicat amicos ⁊ mitigat inimi
cos.Sed quia ē quedam carnalis ſuauitas



⁊ in ypocritis ſimulata.ideo addit ſpūſācto
ſup.habita vt ſm̄ deum ſuaues ⁊ affabiles
ſimus.non ſicut illi qui per dulces ſermōes
corda innocentium ⁊ ſimplicium ſeducunt.
Quartodecimo in charitate non ficta.cha
ritas non ficta ſed vera appellatur .quādo
timore aduerſitatis ab amico non retrahi
mur ſed eum vt poſſumus adiuuamus. p
uer.xxvij.Omni tempore diligit qui ami
cus eſt.Itē charitas non ficta eſt quando
ſic eſt in corde ⁊ in opere ſicut oſtenditur in
verbo.j.Iohā.iij. Fratres non diligamus
verbo neqꝫ lingua.ſed opere ⁊ veritate. Fi
cta ergo charitas eſt que corde non perſe
uerat ⁊ opere nō impletur.ſed ſolum per v
ba oſtenditur.⁊ nō diligit perſonam ſed bō
na eius.Quintodecimo in verbo veritatis
ipm̄ audacter ⁊ deuote predicando.⁊ ipſum
ſemper loquendo quantūcūqꝫ ſurgit tribu
latio.Coſ iij.Verbum chriſti habitet i vo
bis.Verbum veritatis eſt chriſtus.Iohā.
xiiij.Ego ſum via veritas ⁊ vita.Nō ergo
falſitas noſtro verbo cōmiſceri debet. pro
uer.viij.Veritatem meditabitur guttur me
um.Sextodecimo in virtute dei. quod faci
mus quando in ipo confidimus ⁊ ſperam⁹.
⁊ non in aliquo alio.Hiere.xvij.Maledi
ctus vir qui confidit in homine ⁊ pōit car
nem brachium ſuum.Benedictus vir qui
confidit in domino.ij.corinth.j.Vt non ſi
mus confidentes in nobis ſed in deo.Et ſic
patet ſecundum. Tercio nos apl's horta
tur vt bona opera incboata in perſeueran
tia conſūmemus.conſūmatio autem boni i
duobus conſiſtit.ſcꝫ in expugnatione vicio
rum.⁊ hoc facit in hac parte. ⁊ dilatatiōe
virtutum.⁊ hoc facit poſt hanc epiſtolam
In hac ergo parte ad expugnatiōem ⁊ vi
ctoriam viciorum nos hortatur dicēs.Ex
hibeamus nos ſicut dei miniſtros in expug
natione viciorum pugnantes ⁊ defendētes
nos per arma iuſticie que ſunt virtutes. j.
Theſ.v.Induti loricam fidei ⁊ caritatis.
⁊ galeam ſpem ſalutis. Per que arma de
bemus nos defendere per omnem modum.
ſcꝫ a dextris ⁊ a ſiniſtris.ps. Cadent a late
re tuo mille ⁊ decē mi. a dextris tuis. Itē
debemus nos defendere vt tranſeamus ille
ſi per gloriam humani fauoris vt ibi nō ex
tollamur.⁊ per ignobilitatem id eſt per cō
tēptū nrm̄ tanꝗ ſimus viles ⁊ ignobiles vt
inde non deijciamur ⁊ contriſtemur. Per
hec duo tranſiuit ipe apl'us.vt patet actuū
xiiij .quando putauerunt eum eſſe mercuri
um ⁊ barnabam iouem. ⁊ afferentes coro
nas voluerunt eis vt dijs ſacrificare.⁊ ſta
tim poſt tanꝗ viliſſimos eos reputātes eie
cerunt extra ciuitatem lapidantes.Itē de
bemus tranſire illeſi per infamiam qua dici
mur mali.et per bonam famā qua dicimur
boni et iuſti.vt ſcꝫ non curemus ſi a quib⁹
dam vituperemur.et a quibuſdā laudemur
j.corinth.iiij. Mihi autem pro minimo eſt
vt a vobis iudicer aut ab humano die. Sꝫ
contra hoc videtur eſſe quod dicitur ecci.
xxj.Curam habe de bono nomine.Et dicē
dum eſt ꝙ curandum eſt de bona fama pro
pter honorem dei.et ſic loquitur autoritas
et non eſt curandum propter ſe et ſic loqui
tur apl'us hic. Item vincamus per arma
iuſticie et non curemus ſi reputemur vt ſe
ductores dūmodo veraces ſumus. Nā ipſe
chriſtus vt ſeductor eſt habitus.Ioh.vij.
Alij dicebant quia bonus eſt: alij non ſꝫ ſe
ducit turbas. Item non curemus ſi ſimus
habiti ſicut qui ignoti ſcꝫ a deo .id eſt non
approbati nec ab eo electi.quia cogniti ſu
mus hoc eſt approbati. id eſt approbatorū
opera facientes.j.thi.ij. Nouit dominus q̄
ſunt eius. Item non curemus ſi habiti ſi
mus tanꝗ morientes.glo. de vicio in viciū
ruentes vt peccatores.quia ecce viuimus.
id eſt in aperto per opera bona oſtēdimus
ꝙ viuimus deo. Poteſt etiam intelligi de
morte corporali.quia propter miſias quas
quottidie patiebantur reputabantur quaſi
mortui.et tamen veraciter viuebant.Iteꝫ
vincamus per arma iuſticie vt ſi etiā affli
gamur in corpore ſimus vt caſtigati. id eſt
ad noſtram correctionem recipiamus affli
ctionem.ſcientes illud ad hebre.xij.Quem
enim diligit dominus caſtigat.flagellat au
tem omnem filium quem recipit. Et nō ſi
mus mortificati.id eſt nō propter hoc nos

reputemus morti traditos. ps. Caſtigans
caſtigauit me dominus ꝛ morti nõ tradidit
me. Et ſi habiti ſimus quaſi triſtes. in anis
ſimus tamen gaudentes. Jaco. j. Omne gau
dium id eſt perfectum ꝛ integrum exiſtima
te fratres cum in temp. va. inci. Item ſi ha
biti ſimus ſicut egentes omni ſpūali bono.
vel temporalibus diuitijs non curemus. qꝛ
ſumus multos locupletantes ſpūalibus et
veris diuitijs. ꝛ abundamus non ſolum ꝗ̄-
tum ad nos. ſed etiam quantum ad alios.
prouer. Eſt diues cuꝫ nihil habeat. ꝛ ē pau
per cum in multis diuitijs ſit conſtitutus. j
corinth. j. In omnibus diuites facti eſtis i
illo. Item ſi habiti ſimus a multis tanꝗ̄ ni
hil boni habentes nec diuini nec terreni. nõ
curemus. quia veraciter nos ſumus omnia
poſſidentes. ſcꝫ per contemptū ꝛ abiectio-
nem in quo omnia poſſidentur. Deutro. x.
Omnis lo. quem cal. p. ve. ve. c. j. corin. iij.
Omnia veſtra ſunt ſiue paulus. ſiue apollo
ſiue cephas. ſiue mūdus. ſiue vita. ſiue mors
Et ſic patet de epiſtola.

¶ Dominica ſecūda de euāgelio ſermo. xxxv.

Egreſſus ieſus receſſit in par-
tes tyri ꝛ ſydonis ꝛc. mat. xv.
Sicut dicitur prima Joh. iij.
In hoc apparuit filius dei vt
diſſoluat opera dyaboli. Ante
ſiquidem chriſti aduentum dyabolus poſſi-
debat homines mundanos in anima ꝛ i cor
pore. ꝛ ideo tunc temporis multi demōiaci
fuiſſe leguntur. propterea dyabolus a dño
princeps huius mundi appellatus eſt. Jo.
xij. Nunc princeps huius mundi eijcietur
foras. Quotidie enim ieſus demonia expel
lebat. vt patet euangelia intuenti. Et ideo
modo demoniaci niſi ficticij non apparent.
Et hoc in tribus primis dominicis diebus
quadrageſime euidenter apparet. in quibus
omnibus de demonum expulſiōe narratur.
de hac enim materia pñs euangelium reci-
tat. In quo quidem ſex per ordinem conti
nentur. Primum eſt filij dei miſericordia
copioſa. in principio euangelij. Secundum
eſt chananee oratio virtuoſa. ibi. Ecce mu
lier chananea a finibus illis egreſſa cla. di.
ei. mi. m. do. fi. da. Tercium eſt xp̄i reſiſten-
tia ſiue duricies miſterioſa. i. miſterio plena
ibi. Qui non reſpondit ei verbum. Quar-
tum eſt collegij apoſtolorum interceſſio af
fectuoſa. ibi. Et accedētes diſcipuli eius ro
gauerūt eum dicentes. dimitte eam. Quintū
eſt ad diſcipulos ꝛ ad chananeam chriſti re
ſponſio ſerioſa. ibi. Ipe autem reſpondens
ait. Non ſum miſſus niſi ad oues q̄ perierūt
domus iſrael. Et iterum ibi. Non eſt bonū
ſumere panem filiorū ꝛ mit. ca. Sextum eſt
a chriſto chananee cōmendatio ꝛ exauditio
gratioſa ibi. O mulier magna eſt fides tua
Primo ergo ponitur filij dei miſericor-
dia copioſa. quia videns miſerias noſtras
quibus pluſꝗ̄ in luto ꝛ latere omni famu-
latu ſub duriſſimo pharaonis imperio pre
mebamur. exiuit a patre ꝛ venit in mūdum
ꝛ egreſſus de paradiſo loco delitiarum ꝛ be
atorum venit ad anguſtias noſtras vt ip̄as
in carne noſtra aſſumpta nobiſcum experi
retur ꝛ ab ip̄is nos finaliter liberaret. gal.
iiij. At vbi venit ple. tempo. mi. de. fi. ſuum
fac. ex mu. fac. ſub le. vt eos qui ſub le. erāt
redimeret. matthi. viij. Miſereor ſuper tur
bas quia ecce iā triduo ſuſtinent me. Hoc
triduum eſt tempus nature. tempus ſcrip-
ture ſcꝫ legis. ꝛ tempus gratie. In quo tri
duo deus miſertus eſt turbe vniuerſe terre.
Exod. iij. Vidi afflictionem populi mei qui
eſt in egypto. ꝛ deſcendi vt liberem euꝫ. Et
hoc eſt quod hic dicitur. Egreſſus ieſus ſe
ceſſit in par. ty. ꝛ ſydo. Tyrus interpretatur
triſticia ꝛ anguſtia. ſydon interpretatur ve-
natio anguſtie. Venit ergo filius dei ad ve
nandum ꝛ capiendum anguſtias noſtras vt
erueret nos ab eis. Et hoc datur intelligi ꝑ
hoc ꝙ mulier chanenea id eſt natura hūa-
na. per peccati rabiem non ſolum canina.
ſed rabida effecta eſt. quia ſicut canis rabi-
dus omnes inficit. ſic ip̄a omnes inficiebat.
propter quod omnes naſcimur filij ire. vt
ait iob. Dum chriſtus ingreſſus eſt partes
tyri ꝛ ſydonis. ip̄a a tyro ꝛ ſydone exiuit.
quia dum chriſtus miſerias noſtras intrauit



natura humana remedia ſalutis inuenit. qꝛ
chriſtus appropians hōi ſauciato qui inci-
dit in latrones alligauit vulnera eius infun
dens oleū ꝛ vinū. Luce. x. id eſt ſacramēta
eccleſie q̄ languentis anime ꝛ iā exiſtentis i
morte ſunt efficaciſſime medicine. ps. Mi-
ſit verbum ſuuꝫ ꝛ ſanauit eos. ꝛ eripuit eos
de interitionibus eorū. Vel aliter. Egreſſus
eſt ieſus id eſt ſalus de terra ꝛ populo iude
orum. Et fuit hoc ex maxima iuſticia. Ip̄i
enim fuerunt rebelles lumini. qui dixerunt
deo. recede a nobis ſci. via. tuarū nolumus.
Job. xxij. Lu. xix. Nolumus hūc reg. ſuꝑ
nos. Item. nō habemus regē niſi ceſarem.
Job. xix. Et ideo ieſus id eſt ſalus receſſit
ad ciuitates ꝛ ad populos gentilium. Naꝫ
tyrus ꝛ ſydon ciuitates gentiliū erant. act.
xiij. Vobis oportebat primū loqui verbuꝫ
dei. ſed quōm repellitis illud. ecce conuerti
mur ad gentes. Et fuit maxime miſericor-
die dei vt ad illos gratiam ſalutis effunde-
ret. qui ip̄m quotidie impugnabant et ip̄m
negabāt. ꝛ honorem ſuum quotidie ydolis
exhibebant. Titum. iij. Nō ex operibus iu
ſticie q̄ fe. nos ſed ſm ſuā mi. ſal. nos fecit.
In immenſum ergo tenemur deo pro ma-
xima miſericordia nobis facta. que in chri-
ſti incarnatione ꝛ morte nobis apparuit. ſꝫ
chriſtiani magis ꝛ ſuper omnes obligātur.
quia ieſus id eſt ſalus a iudeis egreſſa ſuꝑ
chriſtianos plenarie requieuit. Roma. xv
Gentes autem ſuper miſericordia ſcilꝫ ſibi
facta honorare debent deum. Et ſic patet
primum. Secūdo ponitur chananee ora-
tio virtuoſa. quia ecce mulier chananea ꝛc
Attende ꝙ ecce in ſcriptura ſacra nota eſt
admirationis. Valde quippe mirabile i iſta
muliere apparuit. quia vt dicit criſo. Mira
res. mulier caput peccati. arma dyaboli. ex
pulſio paradiſi. corruptio legis antiq̄ venit
ad dñm ieſum. mulier naturaliter timida n̄
timet adire ꝛ ei loqui cuius conſpectū che-
rubin ꝛ ſeraphin in celeſtibus tremunt. O
admiranda res. ſurſum tremor. deorſum fi-
ducia. Propterea inquit venit. propterea
carnem aſſumpſit. vt ꝛ ego audeam ei loq.
mulier naturaliter modici ſenſus ita ſapien
ter allegauit. Vbi nota ꝙ prout ex
hoc euāgelio colligi poteſt chananea i ſua
oratione oſtenditur virtuoſa fuiſſe quantū
decem Primo oſtenditur plena fuiſſe ſa
pientia. quod apparet in duobus. Primo i
eo ꝙ a ſocietate peccatorum receſſit. quia
a finibus illis egreſſa eſt in quibus ſcꝫ pec
catores habitabant. a quibus recedere ma
gna ſapientia eſt. Job. xxviij. Timere deuꝫ
ip̄m eſt ſapientia. ꝛ recedere a malo intelli-
gentia. ſicut enim ſcabies ſic ꝛ praui mores
peccatores inficiunt. ps. Cum elec. electus
eris ꝛ cū peruerſo peruerteris. Et yſaie. lij.
Exite de medio eius popule meus. ꝛ ne par
ticipes ſitis coinquinationis. Perditur eti
am fama in contubernio peccatorum. q̄ res
valde cara eſt. prouer. xij. Melius ē nomē
bonum ꝗ̄ diuitie multe. Mala ergo ſocie-
tas trahit hominem ad malum ꝛ bona ad
bonum. j. corinth. vij. Sanctificatus eſt vir
infidelis per mulierem fidelem. ꝛ ſanctifi-
cata eſt mulier infidelis per virum fidelem
Et attende ꝙ dicit a finibus illis egreſſa.
Non enim homo debet ſolum exire a pecca
toribus ꝛ peccatis. ſed a finibus id eſt a cir
cūſtantijs peccatorum. quia non ſolum hō
debet vitare fornicationem ꝛ mulierem for
nicariam. ſed omnes fines ꝛ circūſtantias.
ꝛ inductiua ad fornicationem. vt delicate
comedere ꝛ bene bibere. ꝛ ociari ꝛ bn̄ induı
ꝛ ad ſpectacula ꝛ choreas ire. ꝛ mulieres
videre ꝛ cum eis colloqui ꝛ manere. Et ſi-
militer eſt in omnibus peccatis alijs facien
dum. Secundo eius ſapientia apparet i eo
ꝙ ſapienter allegauit. quia ex parte ſui alle
gauit miſeriam. vnde ait. Miſerere mei. qꝛ
ſum miſeria magna plena. ꝛ ideo miſeria
mea inuocat miſericordiam tuam. ps. Abiſ
ſus abiſſum inuocat inuocat. id eſt abiſſus
miſerie mee inuocat abiſſum miſericordie
tue. Ex parte filie allegauit vexationē peſſi
mam. quia male a demonio vexabatur. Ex
parte chriſti allegat potētiam quia domīe.
ꝛ clementiam. quia fili dauid. quaſi d. Tibi
ſubeſt cum volueris quia dominus vniuer
ſorum es tu. ſed potentia eſt fruſtra que ꝑ
opus non manifeſtātur. ſicut potētia viſus

In oculo niſi videat.et potentia greſſiua ſn
pedibus niſi ambulet.Ecc.xx.Sapiẽtia ab
ſcondita ⁊ the.inui.q̃ vtilias in vtriſq̃ʒ.Er
go manifeſtetur potentia tua in expellẽdo
demonium a filia mea.ſicut expuliſti eũ de
celo ita expellas eum de mundo.nõ permit
tas eum vexare filiam meam.creaturã tuã
⁊ hoc profecto facere debes.quia ex origie
carnis quam aſſumpſiſti tibi miſericordia
eſt innata.quia ſm carnem aſſumptã filius
es dauid.qui fuit clementiſſimus ⁊ miſeri-
cordiſſimus.j.corinth.ij.Dauid in ſua mi-
ſericordia conſecutus eſt ſedem regni in ſe-
cula.Operare ergo ſm naturã tuam cuius
proprium eſt miſereri.Igitur miſericordia
tua expellat miſeriam meam vt liberetur fi
lia mea.quia ipa patiente ego patior E

Ubi nota matres plus diligunt filios q̃
patres triplici ratiõe. Primo quia magis
ſunt certe ꝙ ſunt filij ſui.Secundo qꝛ ma-
gis laborant in eorum generatione ⁊ nutri-
tione. Tercio quia ſtatim natos ſecũ tenẽt
⁊ nutriunt.Sicut ⁊ conſanguineos cũ qui-
bus cõuerſati ſumus magis diligimus. qa
amicitie ſociali cõiungitur amicitia natura
lis. Et hoc totum redit ad hoc ꝙ mat plꝰ
ponit ibi de ſuo q̃ pater.Sed plꝰ de eo qd
pertinet ad ſubſtantiam filij ponitur a p̃re.
quia pater dat formam ⁊ mater dat materi
am.⁊ ideo filius naturaliter plus diligit pa
trem ⁊ conſanguineos ex parte patris quaʒ
matrem ⁊ conſanguineos eius. Secundo
oſtenditur fuiſſe fide illuminata.Ubi nota
ꝙ fides chananee fuit vera viua ⁊ appro-
bata.Vera fuit.quia chriſti diuinitatem et
humanitatem plenarie eſt confeſſa. in qui-
bus tota fides conſiſtit.Dum em̃ dixit dñe.
confeſſa eſt deitatem. dum vero ſubdit.fili
dauid.confeſſa eſt hũanitatem.Uiua fuit.
quia ipam per bona opera manifeſtauit.qꝛ
vt dicitur Iaco.ij.Fides ſine operibꝰ mor
tua eſt.Approbata fuit.quia in opprobrijs
⁊ aduerſis ſemper firma ſtetit.⁊ ideo pro fi
lia miraculum impetrauit.quia fidei attri-
buuntur miracula.matthei.xvij.Si habu
hueritis fidem ſicut granum ſinapis ⁊ dice-
tis huic mõti tranſi hinc ⁊ tranſibit.⁊ nihi
impoſſibile erit vobis.Quidam habẽt fidẽ
ſicut eſt flos.qui ſtatim ad tactũ euaneſcit.

Tercio oſtenditur ſpe ſubnixa.quia non
confugit ad falſa preſidia.ſed in chriſto ve-
ro medico poſuit ſpem ſuam.Naʒ vt dicit
orige. Non iuit ad magos.non adduxit di-
uinos.non iuit ad mulieres impoſtatrices.
non queſiuit inanes ligaturas.ſed omnes re
liquit dyaboli cultus.⁊ venit ad dñm ieſuʒ
omnium ſaluatorem.ſicut filia dei bñdicta.
Hiere.xvij. Maledictus vir qui confidit
in homine ⁊ ponit carnẽ brachium ſuum.
Benedictus vir qui confidit in domino.et
erit dñs fiducia eius. Quia ſaul conſuluit
phitoniſſam interfectus eſt in bello ⁊ audi
uit mortem ſuam ⁊ filiorum ſuorum.j.reg.
vlti.Hic cadit exẽplum quod beatus gre.
in dyalogo recitat de illa dña que iuit ad d
dicationem eccleſie ſancti ſebaſtiani. ⁊ teti-
git reliquias eius cum nocte fuiſſet pollu-
ta a viro ſuo. que dum reliquias tangeret
inuaſa eſt a dyabolo.quam parentes eiꝰ du
xerunt ad flumen vt ſm conſiliũ diuinorum
in aqua aliquotiens lauaretur. ⁊ dum hoc
agerent intrauit in eam demonum legio.

Quarto fuit pietate ⁊ cõpaſſiõe diffuſa
quia filie demoniace mirabiliter cõpaſſa ẽ.
⁊ eius miſeriam propriam reputauit. Ubi
nota ꝙ omnis peccator in mortali exiſtens
peccato habet demonium in mente ⁊ in vẽ
tre.Sed in hoc eſt differentia.quia aliquã-
do vexat hominẽ ſolum in anima.aliquãdo
in anima ⁊ in corpore ſicut a deo ei permit
titur. libenter em̃ ſtrangularet eum ſi deus
vellet. Sic iſta erat in anima ⁊ in corpore
vexata.Sed attende quod dicit augu.Pie
tas inquit mundi eſt ſolum circa corpus ⁊
de anima nihil curat.moritur em̃ homo ſm
corpus ⁊ amici cõueniũt ⁊ plorãt.⁊ non re
cedunt a corpore donec illud tradant hono
rifice ſepulture.moritur in anima ⁊ nullus
plorat.nullus dolet.Berñ.Cadit aſinus et
habet ſubleuantem ſe.cadit hõ in peccatũ
⁊ non eſt qui ſubleuet.venit lupus ⁊ aſpor
tat ouem ⁊ omnes clamant ⁊ omẽs ſuccur
runt.portat lupus infernalis animã homis
ad infernum ⁊ nullus reclamat. Sed iſta



ſua ſolicitudine et oratione ſalutem anime
⁊ corpus ſue filie procurauit. Sic fuit ſoli-
cita mater ſancti auguſtini. ⁊ ipm̃ reuoca-
uit ad vitam.Sic deberent eſſe ſoliciti pa-
rentes ad filios / ipos reuocare ad vitam.
prouer.vj.Feſtina diſcurre ſuſcita amicum
tuum.Sed hodie quia parentes filios trãſ
mittunt ad mortem.propter qd chriſtꝰ ait.
Inimici hominis domeſtici eius.matth.xj.

Quinto fuit humilitate abiecta. cuius
humilitas in quattuor apparet.quia nõ ca
nem qui aliquid valet ſed catellum ſe dixit
⁊ indignã pane ſe profeſſa eſt.quia non pa
nem ſed micas cadentes petiuit.⁊ filios dei
ſuos dños nominauit.Et quia ſe ſic humi-
liauit.ideo exaudita fuit.Iacob.iiij.Deus
ſuperbis reſiſtit humilibus autẽ dat gratiã.
Ps.Reſpexit in ora.hu.⁊ nõ ſpre.p̃.eorum
Ideo fuit publicanus exauditus ⁊ phari-
ſeus damnatus.quia ille humiliter ⁊ ille ſu
perbe orauit.Similiter filius prodigus pꝰ
q̃ ſe humiliauit.⁊ dixit ſe nõ eſſe dignum fi
lium ſed mercenarium nominari.ſtatim a
patre ad filiorũ gratiã eſt receptus. ⁊ iuſſit
honorificũ conuiuium p̃parari.vt patet lu
ce.xv.Geñ.xviij.Loquar ad dominũ meũ
cum ſim cinis ⁊ puluis. id eſt cũ me cinerẽ
⁊ puluerem recognoſco tunc in oratõne ad
deũ loquar.aliter em̃ orare nihil valet ⁊c.

Sexto fuit patientia roborata. F

Quattuor enim magnas contumelias a
chriſto patienter ſuſtinuit.quas xp̃s ei intu
lit vt eius patientiã declararet.Prima fu-
it in hoc ꝙ chriſtus nihil ei reſpondit ac ſi
excõmunicata eſſet.Secunda quia dixit eã
non eſſe ex ouibus dei.⁊ per conſequens ex
ouibus dyaboli.Lu.xj.Qui nõ eſt mecum
aduerſus me eſt.⁊ qui nõ colligit mecũ di-
ſpergit.Tercia quia canẽ eam appellauit.
Quarta quia dixit eã non eſſe dignã pane
veſci.Certe pauci inueniũtur quibꝰ ſiquis
tanq̃ excõmunicatis loqui recuſaret.inſup
oues dyaboli eos appellaret.ac etiaʒ canes
vocaret.necnõ indignos pane veſci aſſere-
ret.quin magna impatientia mouerentur.
Sed iſta parata ſemper ⁊ nõ turbata pati
enter hec omnia tolerauit.Et qꝛ patientia
opus perfectum habet vt dicitur Iaco.v.
ideo perfecte obtinuit quod petiuit.matth.
xviij.Patientiã habe in me ⁊ oĩa reddam
tibi. Septimo fuit perſeuerantia corona
ta.quia perſeuerauit pulſans donec obtinu
it quod petiuit.Luce.xj.Si perſeuerauerit
pulſans dabit ei quotquot habet neceſſari-
os.Quia dicit berñ.Qd inter virtutes ſo-
la perſeuerantia ſingularis filia eſt regis ſũ
mi.⁊ ideo ipa ſola coronari meretur.matth.
x. Qui perſeuerauerit vſq̃ʒ in finem h ſal-
uus erit.In cuius figura mandatuʒ eſt in lege
Leuiti.iij.ꝙ ſemper cauda animalis debet
in ſacrificiũ offerri.Unde apſus.j.corin.ix
Multi quidem currunt ſed vnus acci.bra.
ille ſcʒ qui fortius ⁊ perſeueranter currit.
Alij autem ariſtam ceparum capiunt.

Octauo fuit reuerentia venuſtata.qꝛ ado-
rabat eum ⁊ ideo gratiam meruit obtinere
Ecci.xxxij.Pro reuerentia accedet tibi bo
na gratia.Multi ſtant erecti in eccleſia ⁊ nõ
dignãtur ſe inclinare in terram.⁊ maiorem
reuerentiam exhibent hominibus q̃ deo.et
ideo nihil obtinent. Non ſic.fecerũt magi.
ſed procidentes adorauerunt.mat.ij.Et no
ta hic de tribus quinquagenarijs .quorum
duo ab igne conſumpti ſunt qui irreueren-
ter locuti ſunt helye.tercius vero euaſit qꝛ
reuerenter ⁊ humiliter eſt locutus. Hiſto.
habetur.iiij.re.j.Unde non ſolum deo .ſed
etiam ſeruis dei eſt magna reuerentia exhi
benda vt grego.dicit.vt patet de alexãdro.
qui totum mundum vilipendebat .⁊ reges
⁊ principes ſuppeditabat ⁊ tamen veniens
hieruſalem ſummum ſacerdotem venera-
tus eſt vt dicit magiſter in hyſtorijs . No
no fuit diſcretione precipua .quia decentia
⁊ bona petiuit.ſcʒ vt ſibi miſereretur ⁊ fi-
lie vtriq̃ʒ ſalutis gratiaʒ impendendo. mul
ti indecenter ⁊ male petunt ⁊ ideo nõ acci-
piunt.Iaco.iiij.Petitis ⁊ nõ accipitis eo
ꝙ male petatis.Multi petunt ſolum mun-
dana bona que ſi petantur ad ſuſtentatiõeʒ
vite peti debent.matth.vj.Panem noſtrũ
quotidianum da nobis hodie. Prouerbi.
xxx.Mendicitatem ⁊ di.ne de.mi.ſed tantũ
vic.m.tri.ne. Unde hec chananea petiuit

ſolum micas. Et ideo auguſt. dicit. Si tem
poralia a deo qritis. cum modo querite. ſcʒ
ſi proſint det. ſi obſit non det. Et illi cõmitte
re. quia ꝛ quid proſit ꝛ quid obſit nõ nouit
egrotus ſed medicus. Multi quod peius ẽ
petunt mala ſcʒ vindictas inimicorũ ꝛ mor
tem qui nõ exaudiuntur. quia neſcit iuſticia
dei patrocinari criminibus. vt dicit Criſo.
Exemplum de ſalomone qui a deo fuit ex
auditus. qꝛ ñ petiuit tẽporalia. neqꝫ vidictã
ſiue ſtragem inimicoꝝ. ſed ad regẽdum po
pulum dei ſapientiã poſtulauit. vt patʒ. iij.
regũ. iij. ſic et iſta qꝛ decẽtia petijt exaudita
fuit. Decimo fuit feliciter tranſmutata
quia de carne facta eſt ouis chriſti. et ideo
panẽ filiorũʒ habuit. que prius nõ merеba
tur micas. Et hoc innuit mth. dũ dicit cha
naneam eam fuiſſe qd̃ interpretatur cõmu
tata: et marcus dicit eam ſyrophenillaʒ ge
nere. quod interpretatur alte cõuerſa. Ve
raciter eñi fuit cõmutata et alte ꝯuerſa. dũ
de canibus ad filiorũ gratiam eſt tranſlata
ps. lxxvij. Hec mutatõ dextre exceлſi. Ecõ
trario autẽ peccatores infeliciter trãſmutã
tur. quia de gratia filiorum ad ſeruitutẽ dy
boli rediguntur et de hominibus in beſtias
trãſmutantur. ps. Homo cum in honore
eſſet non intell. cõpa. eſt iu. inſi. et ſi. fac. eſt
illis. Et ſic patet ſcd̃m. Tercio ponitur
xp̃i reſiſtẽtia ſiue duricies miſterio plena. qꝛ
non reſpondit ei verbum. Bern. Quid eſt
hoc dñe ieſu chriſte ꝙ nõ reſpõdes ei. Cer
te hoc nõ caret miſterio vel figura. Tu eñi
veniſti de celo in terram et in partes tyri ꝛ
ſydonis receſſiſti. i. ãguſtias et triſtitias hu
mane nature aſſumpſiſti. ſic enim tyrus et
ſydon interpretatur. vt omiuʒ misereris. Tu
liberaſti adulteram fortiter accuſatã. ioh.
viij. Et magdalenam excuſaſti et ab ea ſep
tem demonia expuliſti. luc. viij. Tu ſanaſti
languidum non petẽtem. qui. xxxviij. ãnos
in infirmitate hẽbat et preueniſti eum di.
Vis ſanus fieri. iohan. v. Tu conuertiſti
paulũ te perſequẽtem. actu. ix. Tu illumi
naſti longinum cor tuũ lancea perforãtem
vt dicitur in hiſtorijs. Tu mãdaſti diſ. tuis
v. Eũtes diſcite quid eſt miſericordiã volo

et non ſacrificium. matth. ix. Tu conſtitui
ſti mrẽm tuam reginam mie vt de miſeri
cordia ſua recipiãt vniuerſi. vt dicit bern.
Et quid plura. Tua miſecordia plenum eſt
celum et terra. Cur ergo non loq̃
ris chananee. nec eam exaudis tam ſapien
ter fideliter pie et deuote ꝓ miſecordia ſup
plicãtem. Dicẽdum eſt ergo ꝙ ꝓpter quat
tuor fecit. Primo propter cõmendatõeʒ
doni. Quia ſicut dicit augu. ſi aliquãdo nõ
ſtatim dat deus quod petitur. dona cõmẽ
dat non negat. quia dona que cito dantur
vileſcunt. dilata vero ꝛ diu deſiderata dul
cius obtinentur. Unde in iure canonico ꝓ
hibetur ne ſponſe ſtatim poteſtati mancipẽ
tur virorum ne maritus vilem habeat da
tam quam non ſuſpirauit dilatam. Secũdo
propter accenſionem animi. Fecit enim de⁹
ſicut faber qui ſupra carbões ardẽtes aquã
proijcit vt magis ꝛ fortius igniant. Sic do
minus non ſtatim exaudire eam curauit vt
in dilatione eam fortius exardeſceret ꝛ in
flãmaret. Quia vt dicit gregorius. Deſide
ria dilata creſcunt. ſi autem dilatiõe defici
unt deſideria vera non fuerũt. Tercio pro
pter manifeſtationem boni. vt ſcʒ eius vir
tus ꝛ bonitas manifeſtaretur. que hodie in
vniuerſo mundo narratur. Matthei. xxvj.
Amẽ dico vobis vbicũqꝫ predicatũ fuerit
euangelium hoc in vniuerſo mundo dicet
ꝛ ꝙ hec fecit in memoriam eius. Si eñi do
minus ſtatim exaudiſſet eam. tot eius virtu
tes hodie non clareſcerent in mundo. prop
ter quod dictum eſt abrae vt filium immo
laret vt eius timor ꝛ obediẽtia nota fierẽt.
Gen. xxij. Nunc cognoui ꝙ timeas dñm. i
cognoſcere feci. Unde criſoſt. Propterea
chriſtus ſic exaſperauit eam ꝛ diſtulit eam
exaudire. quia ſciebat eam ſic reſpondere ꝛ
ſic perſeuerare ꝛ patientem fore. Quar
to propter exhibitiõem exempli. vt ſcʒ nos
exemplo huius facti in precum inſtantia ꝑ
ſiſtamus. ꝛ perſeuerantes aures diuine miſe
ricordie propulſemus. ꝛ credamus firmiter
ꝙ ſi deus non ſtatim exaudit propter meli⁹
facit quod ipſe bene cognoſcit. quis penit⁹
ignoremus. Et ſic patet tercium. Quinto



ponitur collegij apoſtolorum depcatio affe
ctuoſa. qꝛ acceſſerũt diſcipuli eius d. Dimit
te eã ſcʒ exaudiendo qꝛ clamat poſt nos. i.
clamoribus nos infeſtat. qd̃ valde efflagita
re debemus vt ſãcti ꝛ apl̃i pro nob̃ ad dñm
intercedãt. qꝛ eis xp̃s iurauit di. Amẽ amẽ
di. vo. ſiqd pe. pa. in no. me. da. vo. Jo. xvj.
Circa qd̃ ſciend̃ ꝙ qꝛuis de⁹ oia pdeſtinauit
ab eterno. nec pcib⁹ ab eo qd̃ diſpoſuit poſ
ſit aliquatenus remoueri. iuxta illd̃ malach
iij. Ego dñs ꝛ nõ mutor. tñ diſpoſuit ꝛ ordi
nauit vt ſãcti pro ſe ꝛ pro alijs pcib⁹ obti
neãt qd̃ deus ante ſecula diſpoſuit eis dare
vt dicit gre. ꝛ hoc apte in dyalogo ꝓbat. ꝛ
põit exẽplũ de yſaac d̃ quo de⁹ dixit abrae.
vt dicit apl̃us ad ro. ix. ꝛ habet gen. xxj. c.
In yſaac vocabitur tibi ſemẽ. ꝛ tñ ſcriptũ
eſt gen. xxv. Depcatus ẽ yſaac dñm pro re
becca vxore ſua eo ꝙ ſterilis eſſet. qui exau
diuit eũ ꝛ dedit cõceptum rebecce. Si ergo
de⁹ diſpoſuerat multiplicare ſemẽ abrae ꝑ
yſaac cur accepit vxorẽ ſterilẽ. ꝛ ſi deus di
ſpoſuerat ꝙ eſſet ſterilis cur depcatus eſt ꝓ
ea vt ꝯciperet. certe qꝛ ita ordiatũ ẽ vt illd̃
qd̃ deus añ ſecula electis ſuis diſpoſuit da
rẽ pcibus ſanctorũ obtineatur. Propterea
dicit iob. v. Voca ſi ẽ qui te exaudiat. ꝛ ad
aliquẽ ſctõrũ ꝯuertere. Rogare ergo debe
mus apl̃os ꝛ alios ſãctos in oĩ neceſſitate
noſtra qꝛ ipi ſunt aduocati noſtri ꝛ medij ĩ
ter nos ꝛ deũ ꝑ quos d̃us ordiauit oia nob̃
largiri. Lu. xxij. Ego diſpono vo. ſic diſ. m.
pa. me. re. i. ſicut d̃us pr̃ dedit mihi regnũ ꝛ
oia ĩ man⁹. ita ꝛ ego ꝯcedo vob̃. Deinde
cũ dicit. Nõ ſũ miſ. ni. ad o. ꝛc. põitur ad diſ
cipulos ꝛ ad chananeã xp̃i rñſio ſerioſa. Et
p̃io xp̃s ad diſcipl̃os dicẽtes. dimitte eã. rñ
dit dicẽs. nõ ſũ miſ. ſcʒ a d̃o pr̃e ni. ad ou. q̃
perie. do. iſrl̃. Ubi nota ꝙ d̃us ꝓmiſit ꝛ iu
rauit abrae ꝙ de ſemie ei⁹ fili⁹ dei carnem
aſſũpturus erat. Lu. j. Juſiurand̃ qd̃ iu. ad
ab. pa. no. da. ſe no. Un̄ filijs iſrl̃ fuit pro
miſſus ꝛ de ꝓgenie eorũ nat⁹ ꝛ pricipaliter
ad eos ſaluãdos vẽit q̄ ꝑierant ꝛ quotidie

peribãt. qꝛ ꝛ anteceſſores eorũ ꝛ ipi quoti
die ad infernũ deſcẽdebãt. ſʒ ſecũdario vẽit
ad oẽs gẽtes ſaluãdas. gen. xxvj. In ſemie
tuo benedicẽtur oẽs gẽtes. Et hoc ẽ quod
dicit. Non ſũ miſſus a deo principaliter niſi
ad oues q̃ perierũt ꝛ pereunt omni die d̃ do
mo ꝛ progenie iſrael. ſed ex ꝯſequẽti ꝛ ſecũ
dario ad oẽs gẽtes ſaluãdas ſum miſſus. j.
Thi. ij. Qui vult oẽs ho. ſal. fi. Nota ꝙ ꝑ
oues nõ debent intelligi angeli mali vt he
retici dicũt. qꝛ non ſunt oues ſed lupi rapa
ces. quos xp̃s venit diſpergere ꝛ nõ collige
re. matth. j. Quid nobis ꝛ tibi ieſu nazare
ne veniſti ante tẽpus perdere nos. Secũdo
chriſtus reſpõdit chananee. Nã ipa perſeue
rans in petitione venit ꝛ adorauit eũ dicẽs
Domine adiuua me. Cui chriſtus reſpõdit
dicẽs. Nõ eſt bonũ ſumere panẽ filiorum ꝛ
mittere canibus. i. virtutes ꝛ gratie ꝛ bona
ſpũalia ſũt iuſtorũ ꝛ debẽt dari iuſtis cũ ipi
ſint filij dei ꝛ per ꝯſequẽs heredes omniuʒ
bonorum. non debent dari peccatoribus cũ
ipi non ſint filij dei ſed canes filios morden
tes ꝛ lacerãtes. quia ſi filios defenderent de
cens eſſet ꝙ ipi de pane comederent. Et at
tende ꝙ cum ipa alonge clamaret chriſtus
non reſpondit ei verbũ. ſed dum appropin
quauit ꝛ adorauit reſpondit ei chriſtus. qa
dũ pctõr alõge clamat petẽs miſericordiaʒ
ꝛ non appropinquat per veram confeſſiõeʒ
ꝛ ſatiſfactionem deus ei verbum ſalutis ñ
reſpondet. ſed dum per veram contritioneʒ
confeſſionem et ſatiſfactionem appropin
quat. tunc deus verbum ſalutis ꝛ pacis re
ſpondet ei. Dicit ergo. Non eſt bonum ſu
mere panem filiorum ꝛ mittere canibus.
Ubi manifeſte apparet ꝙ canes hic pecca
tores ſignant. qui vere ſunt canes. ꝛ peio
res quaʒ canes. quia canis ſolum habet mi
ſeriam ad malum pene. peccator autem ha
bet miſeriam culpe ꝛ pene. Canis ſolum ẽ
obnoxius morti temporali ſeu corporali. ſʒ
pctõr morte corꝑali ꝛ eterna perit obligat.
Magna ẽ ergo vilitas ꝛ miſia pctõris. qui

Canis ẽ pctor et peior q̃ canis

be filio dei fit canis ⁊ in morte tanꝗ canis
ad foueas inferni ſepeliendus proijcitur in
tormētis. Lu.vj. Mortuus ē diues ⁊ ſepul
tus ē i inferno. ¶ Cōparatur aūt pec
cator cani propter quattuor. Prio ꝑpter
impudentiā. q2 canis corā quocūqꝫ facit i-
pudentiā ſuā, ſic peccator corā deo ⁊ tota
curia celi non erubeſcit peccare. Hiere.iij.
Frōs meretricis facta ē tibi noluiſti erube
ſcere. Sed certe erubeſcere deberet vt ꝓbe
ageret. Boe. Magna vobis ſi diſſimulare
nō vultis ē indicta neceſſitas probitatis cū
ante oculos agitis iudicis cūcta cernentis.
Scdo ꝑpter inſaturabilitatē. inſaturabilis
eſt enim animus peccatoris ⁊ oīm bonorū
patitur famē ſicut canis. Vn̄ filius ꝓdigus
qui gerit peccatoris figurā dicit lu.xv. Quā
ti mercenarij in do.pa.me.a.pa. ego autē h
fa.pereo. Qui ſiligs porco.vē.ſ.imple.cu.
Eo enim ipo ꝙ peccatores deū nō hn̄t qui
ē bonū perfectū ſatiās hōis appetitū nihil
habēt ⁊ per cōſeqn̄s nō ſatiātur. ſicut ergo
auris nō impletur auditu nec oculus viſu.
ſic nec auarus pecunia. nec ſuperbus hono
ribus. ps. Famē patiētur vt ca. yſa.lvj. Ca
nes ipudentiſſime neſcierūt ſaturitatē. Ter
cio propter immūdiciā, q2 canis qd̄ euomit
reſumit. prouer.xxvj. Sicut cāis qui reuer.
ad vo.ſuū. ſic imprudēs qui reuer. ad ſtulti
ciā ſuā. Et ſicut canis trahit os ſuū per im
mundicias ⁊ per terrā. ſic peccator totā die
īmūdicias peccatorū vertit i ore ſuo. ⁊ maxie
os detractoris feces aliorū lingua ruminat
tota die. ſimilis ſcabro. qui ſtercus colligit
⁊ reuoluit. ps. Lingua eorū trāſiuit i terra
Quarto ꝑpter noxietatē. q2 canis dētibus
mordendo nocet ⁊ lacerat quoſcūqꝫ poteſt.
⁊ aliqn̄ fundit venenū vt canis rabidus. ſic
peccator in lingua ⁊ māu ⁊ rerū ablatione
proximū lacerat ⁊ ꝯſumit. ps. Lingua eoꝝ
gl.acu. Et iterū. Sicut nouacula acuta fe.
do. Prouer.j. Inſidiemur ſanguini. abſcō-
damus tendiculas contra inſontem fru-
ſtra deglutiamus eū ſicut infernus viuentē
Iſti ergo cāes nō ſūt digni comedere pa
nē filiorū dei q ē virtus paſſionis xp̄i grā dei
dōa ⁊ virtutes ⁊ q̄cūqꝫ bōa ſpūs. math.vij.
Nolite ſanctū da.ca. neqꝫ marga. ſpgere inf
porcos. ſꝫ deus ne fame pereāt dū viuūt de
menſa exuberāti filiorum proijcit bucellas
cis ⁊ micas. q2 bōa tp̄alia min⁹ ſūt ꝗꝫ mice
reſpectu bonorū ſpūaliū. Hec etiā mice mi
tis ſpinis ⁊ oſſibus ſūt reſpſe. q2 vt dic̄ boe.
Quis multis amaritudinibus felicitas hūa
na reſpſa ē. Et ſic patet ꝙ oīa bōa ſn̄t filio
rū dei. q2 ipi ſūt heredes dei. pctōres aūt bo
na furātur ⁊ male vtūtur ⁊ ipa tanꝗ fures
⁊ ꝓditores poſſidēt ⁊ iō in malū ſuū tenēt.
Ecci.v. Vidi aliud malū ſub ſole. diuitie ꝯ
gregate in malū dn̄i ſui. ¶ Pn̄t etiā p
canes intelligi ſācti ꝓdicatores ꝑpter quat
tuor bōas ꝓprietates cāis. q2 ē valde fidel
dn̄o. dētibus lacerat lupos. ligua ſanat vul
nera. ⁊ latratu fugat latrōes. ſic ⁊ ſācti ꝓdi
catores fideles ſūt dēo. ipm nō deſerētes. et
eius fidē defendētes. parati pro eo mori. la-
cerant dētibus rephenſionū vicia ⁊ peccata
ſanāt lingua. i. conſilio ⁊ monitiōibus ſuis
vulnera peccatorū. ⁊ demones ⁊ hereticos
latratu ſue ꝓdicatiōis fugāt. ps. Lingua ca
nū tuorū ex inimicis ab ipo ¶ Iſti etiā ca-
nes colligūt micas de menſa filiorū dei qui
ſunt in vita eterna. q2 oīa q̄cūqꝫ bona iuſti
in hac vita habēt ſunt minus ꝗꝫ mice reſpe
ctu bonorū eterne vite. Et cum iſtis rogat
chananea colligere micas cadētes. quibus
xp̄s ait Ioh. vj. Colligite q̄ ſuperauerunt
frag. ne pere. Et ſic patet quartū ⁊ quintuꝫ
¶ Sexto pōitur chananee a xp̄o ꝯmēdatio
⁊ exauditio grōſa. q2 ait chananee. O mlr
magna ē fides tua. magna. i. alta. q2 vſqꝫ ad
celum dū me verū deū adoraſti. Fides pctō-
rum clauditur infra tectū domus dū ſolum
mundana querūt. Sap.ij. Nec eſt pars no
ſtra. nec eſt agnitus reuerſus ab inferis. et
poſt hoc erimus ſi non fuerimus. Magna.
id eſt ampla. quia per totum mundum nar
rabitur fides tua. Mattbei. viceſimoſexto
Vbicunqꝫ fuerit predicatum euangelium
hoc. ⁊c. vt ſupra. Magna. id eſt profunda
et radicata. quia nec contumelijs nec vere-
cundia de corde tuo potuit extirpari. Fides
peccatorum valde faciliter extirpatur. quia
radicem non habent. quia ad tēpus credūt



et in tempore tribulatiōis recedūt. Lu.viij.
Magna. i. longa q2 vſqꝫ ad finem perfecte
es creditura. Et q2 fidei debētur miracula
eo ꝙ fides eleuat hōiem ſup̄ eſſe nature. q2
fides credit qd̄ natura nō poteſt. ideo datur
et operari ſupra poſſe nature. ⁊ ideo fiet ti-
bi miraculum plenum ſicut petiſti ⁊ pluſꝗꝫ
petiſti. q2 non ſolum filia tua ſanetur. ſed ⁊
tu ⁊ ipa in aīa ⁊ in corpore ſitis ſalue. Et
quia verbū xp̄i erat virtutis effectiuū ideo
ſanata eſt filia eius ex illa hora. Et ſic pa-
tet ꝙ parētes pn̄t filijs ſanitatē corporis et
ſalutē anime impetrare. ⁊ ſimiliter alij ho-
mines adinuicem pn̄t apud deū vnus alteri
gratiā impetrare. Et ſic patet ſextū. Si vis
moraliter loqui per filiā demoniacā chana
nee anima peccatrix intelligitur. q̄ a demo-
nio ⁊ a vicijs ⁊ a mundo peſſime vexatur.
nec curat ſalutem petere. Sed quia multa
dicta ſunt dimittatur ad preſens.

## ¶ De epiſtola ſermo. xxxvj.

Rogamus vos et obſecramus
in dn̄o ieſu. vt quēad. ac. a no-
bis quō vo. opor. am. ⁊ place.
deo ⁊c. j. Thef. iiij. Apl's q fu
it in paradiſo ⁊ euangeliū non
ab homine ſed per reuelationem ieſu chriſti
didicit. ad galath. j. per quē etiā xp̄s loq̄bat
vt ipe teſtatur dicēs. An experimētū q̄ritis
eius qui loqtur in me xp̄s. ij. corin. xiij. In
hac ep'la vult nobis voluntatē dei intima-
re tanꝗ dei nūcius ad hoc miſſus. ⁊ iō ē di
ligēter a nobis audiendus. Quia vt ipe di-
cit. ij. corin. v. Legatiōe pro xp̄o fungimur.
obſecramus vos pro xp̄o recōciliamini dō.
In hac ergo ep'la apl's tria facit. Prio ei
vt in via dei ābulemus exhortationē ponit
generalem. Secūdo vt dei voluntatē facia-
mus exhortationē ponit ſpēalem. ibi. Hec
eſt voluntas dei ſanctificatio veſtra. Tercō
quare ſic ſancti eſſe debemus cauſā aſſignat
rationabilem ibi. Nō eīn vocauit nos deus
in immundiciā ſed in ſanctificationē. Circa
primū duo facit. Primo ponit exhortatiōꝫ
Secūdo exhortatiōis cauſam ⁊ ratiōꝫ. ibi.
Scitis enim q̄ p̄ce. de. vobis. Primo eīn
vt in via dei ambulemus non deſcendendo
ad aliqd̄ ſpēale. generaliter hortat nos dī.
Rogamus vos ⁊ obſecramus. i. cū adiura
tione rogam⁹ in dn̄o ieſu xp̄o. i. per dn̄m ie
ſum xp̄m vt ſic ābuletis in via dei ꝓficiēdo
quēadmodū accepiſtis a nobis. ſcꝫ in exēplo
qd̄ vobis dedimus. quō oporteat vos ābu-
lare ⁊ placere deo. q2 non ſm carnē. ij. cor.
x. In carne ei ābulātes n̄ ſm carnē milita-
mus imo q̄ xp̄i ſunt car. ſ. cru. cū vi. ⁊ ꝯcu.
galath. v. Ambulatio reſpicit ad mādatorū
impletionē. placētia vero ad conſiliorū con
ſūmationem. Sed quo fine volo vt ſic am-
buletis. certe vt abundetis magis ſcꝫ i gra-
tia dei ⁊ in donis ſpūſſancti. Bona eīn ope
ratio ⁊ cōtinuatio boni meretur abūdantiā
maioris gratie ⁊ perfectius ſpūſſancti dōa
poſſidere. Conſeqnēter cū dicit. Scitis eīn
⁊c. ponit rationē quare ē acquieſcēdū. q̄ ta-
lis eſt. Quia ſcitis q̄ p̄cepta dederim vobis
nō autoritate mea ſed per dn̄m noſtrū ieſuꝫ
xp̄m. q̄ omnia tendūt ad hoc vt ſpūaliter ā
buletis ⁊ dō placeatis. Et iō inexcuſabiles
eſtis ſi nō facitis. ⁊ ideo dicit Lu. xij. Ser.
ſci. vo. do. ſui ⁊ nō faciēs plagis vapulabit
multis. Et ſic patet primū. Secundo vt
dei voluntatem faciamus ⁊ ſācti ſimus ſpe-
cialiter nos hortatur. Circa qd̄ quattuor
facit. Primo eīn nos hortatur vt ſancti ſi-
mus. Secūdo diſſuadet ea q̄ ſanctitatē im-
pediunt quantū ad ſeipm. ibi. vt abſtineatis
vos. Tercio q̄tū ad proximū. ibi. Et ne qs
ſupgrediatur neqꝫ circumueniat in negocio
frēm ſuū. Quarto huius diſſuaſiōis rōnem
aſſignat. ibi. Qm̄ vindex ē dn̄s de his oīb⁹
dicit ergo. Scitis q̄ p̄cep. dederim vobis. q2
hec ē volūtas dei. glo. i. p̄ceptū qd̄ de⁹ vult
impleri. ſ. ſanctificatio veſtra. vt ſcꝫ ſancti
ſitis. Leuiti. xj. Sancti eſtote quoniam ego
ſanctus ſum dicit dominus deus veſter Io
hānis. xvij. Ego pro eis ſanctifico meipm.
vt et ipi ſint ſancti. Conſequenter diſſuadet
quedam vicia que maxime impediunt ſan-
ctitatem quantum ad ſeipſum dicens. Vo-
luntas dei eſt ſanctificatio veſtra que cum
immundicia ſcꝫ carnis non poteſt haberi.

et ideo voluntas ē vt abſtineatis vos a for nicatione que inquinat hominē ne ſit ſactꝰ. Et ideo dicitur.j.corinth.vj. Fugite fornicationem. Nō enim melius impugnatur ꝙ fugiendo. Vt ſciat vnuſquiſqꝫ veſtrū poſſidere ſuum vas.i.ſuum corpus in quo tāqꝫ in ſuo vaſe anima cōtinetur. in ſanctificatione.i.in virtutū plenitudine que faciūt hominem ſanctū.j.corinth. iij. Templum dei ſanctū eſt quod eſtis vos. Et honore. Et tūc ad ſubiectionem viciorū vt nullum vicium vobis dominetur ſed virtutes. Hoc eſt enī magnus honor vt vicia ſuppeditētur ⁊ virtutes dominētur ⁊ regnēt. qa vt dicit phus Honor eſt reuerētia exhibita in teſtimonium virtutis. Vel vas hic vxor propria vocatur.j.pe.iij. Tanqꝫ vaſculo muliebri honorem impertientes. Hoc vas in ſanctificatiōe poſſidetur cū cauetur ab omni illicito actu. ⁊ honore cum quis vtitur eo debito mō ⁊ debito fine. nō turpiter abutendo ad delectationē. Thob.vj. In his qui ita coniugia accipiūt vt deū a ſua mente excludāt. ⁊ libidini ſue ita vacent ſicut equus ⁊ mulus. in his dominatur demoniū. Et ideo ſciat vnuſquiſqꝫ veſtrū poſſidere vas ſuum.i. corpus ſuū ⁊ vxorem ſuā. nō in paſſiōe deſiderij ſup. carnalis adimplenda. ſicut gentes q̄ deum ignorant per gratiā ⁊ veram fidem que legi dei nō ſunt ſubiecte. licet naturali inſtinctu ⁊ ratiōe deum cognoſcāt. ⁊ ꝓpter hoc ſolum carnalia querūt ⁊ carnis delectationē. Ro.j. Tradidit illos dn̄s in paſſiones ignominie. Hoc viciū hodie in mundo etiam inter fideles. ⁊ mirabiliter dyabolus coinquinat matrimoniū. quod eſt magnum peccatū ⁊ magna miſeria. Conſequēter diſſuadet a malo quātū ad proximū dicēs. Et ne quis ſupergrediatur fratrē ſuū. ſcꝫ per potentiā opprimendo. neqꝫ circumueniat in aliquo negocio per dolum ⁊ aſtuciā decipiendo. Vel nō ſupergrediatur per ſuperbiā. nec circūueniat per auariciam. De quibus dicitur Hiere. v. Inuenti ſunt in populo meo impij inſidiantes quaſi aucupes laqos ponentes ⁊ pedicas ad capiendos viros. Cōſequēter ponit ratiōnē diſſuaſiōis dicēs.

Quī vindex eſt dominus.i. propterea nō debetis iſta facere. quī deus qui ſcit ⁊ poteſt ⁊ vult vindex eſt.i. vindictam faciet de his omnibus ⁊ in pn̄ti ⁊ in futuro. ſicut predixi mus vobis ⁊ teſtificati ſumus dū vobis predicaremus. glo. ſub teſtimonio ſcripturarū probauimus. Ecci.xij. Cuncta q̄ fiūt adducet in iu. pro omni errato ſiue bonum ſit ſiue malum.j.corinth.v. Omnes nos ma. oportet an̄ tri. xp̄i. vt ref. vn. propria cor. prout geſ. ſiue bo. ſiue ma. Et ſic patet ſecundum.

Tercio quare ſic ſancti eſſe debemꝰ cauſam aſſignat di. Quia nō vocauit nos deus ſup. ad fidem ⁊ gratiā ſuā in immundiciaꝫ hoc eſt vt immundicie peccatorū ſeruiamus ſed in ſanctificationē. vt ſcꝫ ſancti ſimus in nobis ⁊ ſancta exēpla proximis exhibeamꝰ Matth.v. Sic luceat lux ve. co. ho. vt vi. ope. ve. bo. ⁊ glo. pa. ve. qui in ce. eſt. Quia oportet ſanctos habere teſtimoniū ab his qui foris ſūt, vt dicit apl's.j. Thi.iij.j.pe.ij Conuerſationē veſtrā inter gentes ha. bo. vt in eo ꝙ detrectāt de vobis tanqꝫ de maleſactoribus ex bonis operibus vos conſiderātes glorificent deū in die viſitatiōis. Et ſic patet terciū ℞ Sicut patet ex dictis in tota illa epl'a apl'us ad duo nos inducere intēdit.ſ. vt ſimꝰ ſācti ⁊ vt a luxuria caueāmus q̄ maxīe impedit ſācitatē. Primo ergo nos hortat ad ſāctitatē qꝛ volūtas dei ē hoc vt ſimꝰ ſācti. Simꝰ ergo ſācti ſm̄ triplicē interp̄tatiōꝫ vel ſignificacōꝫ huiꝰ nōis qđ ē ſcm̄. Nā ſcm̄ idē ē qđ ſāguie tinctū. et idō oēs q pro xp̄o ī ſuo ſāguie moriūt ⁊ tingunt ſācti dicūtur. tūc ei ſācti erimꝰ cū virtꝰ ſāguis ſup nos ſtillabit. qđ fit dū ī innocētia ⁊ grā baptiſmali q̄ in ꝟtute ſāguis xp̄i ꝯferūtur nos firmiter ꝑmanemꝰ nec ab eis ꝑ mortale pcm̄ aliqū ſeparamur. Vn̄ oēs illi q ſine pcō morꝰ pꝰ bapm̄ vixerīt ꝯgrue ſci vocari pn̄t. Itē ſcm̄ idē ē qđ a t'ra eleuatū et ſine t'ra. vn̄ ſci dicūt illi q t'rēa ⁊ carnalia deſerētes ī celeſtibꝰ ꝑ meditatiōꝫ ⁊ deſideriuꝫ ꝯuerſant. Phi.iij. Noſtra cōuerſatio in celis ē. Hebre.xiij. Nō habemus hic manētē ciuitatem ſed futurā inquirimus. Mūdus enī iſte ē locus corruptiōis. ſꝫ ſupra globum



lunarem non eſt corruptio. vt dicit phus. Illic ergo ne inquinemur eleuati cōuerſari debemus. Ezech.viij. Eleuauit me ſpūs inter celum ⁊ terrā. Tunc ergo erimus ſancti quando cum martha omnes facultates noſtras in ſanctorū neceſſitatibus conſumimus ⁊ cū maria ad pedes crucifixi verbum dei ſcripturas legendo ⁊ meditādo audimꝰ attente ⁊ deuote orando ei loquimur in intimis cordis noſtri. yſaie.xxvj. Anima mea deſiderauit te in nocte. ſed ⁊ ſpū meo in precordijs meis. de mane vigilabo ad te. Dum enī legimus ſcripturā ſacrā deus nobiſcum loquitur. ſꝫ dū oramꝰ loquimur nos deo. vt dicit augu. Itē ſanctū idem eſt qđ purum ⁊ mundū. Unde etiā ſancti dicūtur qui qꝫuis aliquādo fuerint immundi tamē per veram ⁊ aſperā penitentiā ab omni inquinamento ſe plenarie mūdauerunt. Nā ⁊ dauid ⁊ magdalena ⁊ plures iſto mō ſancti dicūt Leuiti. Sanctificamini id ē mundamini. ⁊ eſtote ſancti. yſaie.v. Iuſtus hō in iuſticia ſanctificabitur.i. mundabitur. Quicūqꝫ ergo non permanſerit in innocētia baptiſmali ⁊ vult dei facere voluntatē vt ſit ſanctus emundet ſe ⁊ lauet per verā penitentiam ⁊ deuotā. qꝛ anima ſu cōtritione ⁊ confeſſiōe ⁊ ſatiſfactione mundatur. q̄ ſunt penitentie partes.ij.corinth.vij. Mundemus nos ab omni inquinamēto carnis ⁊ ſpūs. L Et qꝛ in tali mundatione debet purgari facies anime quam hō videre nō poteſt. ideo duo ſunt neceſſaria. ſcꝫ ſpeculum in quo ſe aſpiciat mundandus ⁊ res purgātes. Speculuꝫ autem eſt ſcriptura ſancta ⁊ verbum dei in quo ſi quis bene attendit videt oēs defectꝰ ſuos. prouer.vj. Mandatū lucerna ē ⁊ lex lux. Unde ſicut ille qui prius nō videbat niſi trabes in domo ingrediente radio ſolis videt minimos pilos. ſic ille in cuius mentem ingreditur radius ſpūſſancti ⁊ verbum dei. videt oēs defectus ſuos. qui prius vix peccata grauia cognoſcebat. Unde gre. aſſimilat ſpūmſanctū ⁊ verbū dei radio ſolis. In huius figura mādatū ē in lege exo.xxxviij. ꝙ ſacerdotes intraturi tēplum ad ſacrificādum deberent lauari in labro eneo in quo

ſpecula affixa eſſe debebāt. vt in eis maculas ſuas aſpicientes extergerēt ⁊ lauarēt. Hoc ſpeculum accepit augu. dū ſe purgare incepit. Unde ipe dicit ꝙ accipienti ſibi apl'um paulum ⁊ legenti apparuit vna facies eloquiorū caſtorū. in quibus defectus ⁊ maculas ſuas aſpexit. Et ideo exultare didicit cū tremore. Hoc ſpeculum deuote petebat dauid dicens. Reuela oculos meos ⁊ cōſi. mi. de lege tua M Res autē purgātes ſūt quattuor. ſm̄ quattuor q̄ materialiter purgant. Prima eſt aqua lachrymarum. qua fuit lota ⁊ purgata maria magdalena ⁊ petrus. Lu.vij. Lachrymis cepit ri. pe. ieſu. ſcꝫ magdalena. In eodem.xx. Egreſſus pe. ſle. amare. Et attende ꝙ omnis fortis macula debet lauari ſpēaliter. Omne aūt peccatum mortale fortiſſima macula eſt quaꝫ ſolus deus abſtergere poteſt ⁊ delere. yſaie. xliij. Ego ſum qui deleo iniquitates tuas propter me. Et ideo omne mortale peccatū ſpēaliter ⁊ ſingulariter lauari debet. p̄s. Lauabo per ſiṅ. no. lectū meū.i. per ſingula peccata conſcientiā meā. Et nota ꝙ lixiuium melius lauat qꝫ aqua. qđ in virtute cineris lauat. ⁊ ideo ſi volumus bene lauari mittamus cinerem vilitatis humane nature in aquā lachrymarum noſtrarum. In cuius figura eccleſia in principio ſacri ieiunij cinerem ſupra capita noſtra ponēs ait. memēto qꝛ cinis es ⁊ in cinerē reuerteris. Hec aūt vilitas maxime apparet in morte. i qua hō qui alijs dominari volebat ponit ſub terra ⁊ pedibus conculcatur. qui affluebat diuicijs modico cilicio inuoluitur ⁊ nihil aliud ſecū portabit. qui quotidie comedebat carnes ⁊ ſplendide viuebat traditur ipe vermibus comedendus. ⁊ quem omnia venerabantur ab omnibus conculcatur. Exemplum de ludo ſcacorum in quo omnes cuſtodiunt regem. ſed completo ludo rex ponitur in fundo ſacci. ſic accidit peccatori. Propter quod dicit ſcriptura Ecci. ſeptio Memorare nouiſſima tua ⁊ in eternum nō peccabis. Hoc figuratum eſt numeri.xix. vbi mādatum eſt a domino ꝙ cineres vacce rufe extra caſtra ſcꝫ combuſte deberent

mitti in aquam luſtrationis qua debebant
aſpergi filij iſrael. vt a carnis immūdicijs
mundarentur. Vacca rufa eſt caro hūana.
cuius cineres id eſt mēoria cinerū in quos
reſoluitur. debent in aquā lachrymarū per
quā mundamur mitti. Hebre. ix. Si em̄ ci-
nis vitule aſperſus coinquinatos ſāctificat
ad emundationē carnis quantomagis ſan-
guis chriſti emundabit conſcientiā noſtraꝫ
ab operibus mortuis. i. peccati. Secunda
res purgans eſt aſpera. vt eſt lima. q̄ eleuā-
do rubiginem de ferro ipm̄ purgat ꝛ purifi
cat. per qđ ſignificatur elemoſinarū largitio
per quā dum hō eleuat ſe a ſubſtantia ſua
ꝛ pauperi porrigit a rubigine peccatorum
mūdatur. Vnde de zacheo qui dixit. dimi-
dium bo. me. do pau. xp̄s dixit. Hodie hu
ic domui ſalus facta ē. Lu. xix. Ergo ſi vo
lumus a peccatis purgari accipiam⁹ limā
id eſt elemoſinarū largitionē in qua dū ſub
ſtātia noſtra reddit̄ a peccatis mundamur.
Thobie. iiij. Elemoſina ab omni peccato et
morte liberat. Lu. xj. Date elemoſinā ꝛ ec-
ce oīa mūda ſunt vobis. Sic mūdat⁹ ē cor-
nelius cēturio cui actuū. x. dictū ē. Elemo-
ſine tue aſcēderunt in mēoriā in ꝯſpectu dei
Et ideo ad eum miſſus ē petrus vt ab om
nibus peccatis eū mundaret. Sic conſuluit
daniel nabuchodonoſor d. Peccata tua ele
moſinis redime. Dan. iiij. Tercia res pur
gans eſt res calida. vt ignis qui in fornace
metalla purgat. ꝛ ſignat ſpūmſanctū qui in
fornace tribulationū purgat corda electoꝝ
ideo apl'orum pectora purgaturus i ſpecie
ignis apparuit. Si ergo ab igne volumus
purgari diſponamus nos vt ap̄li per ieiuni
um ꝛ orōnem ꝛ concordiā animorū. q̄ tria
apoſtoli habuerūt dū ſpūmſanctū expecta-
bant. vt dicitur actuū. j. Sic purgatus eſt
yſaias. qui ſe pollutū aſſerebat qui ait. Vo
lauit ad me vn⁹ de ſeraphin ꝛ calculo quē
forcipe tulerat de altari tetigit os meum et
ſic mundauit eū. Itē calculus igne⁹ ſignat
ſpūmſanctū. Hunc ignē xp̄s venit mittere
in terrā vt oēs purgaret. Lu. xij. Ignē ve-
ni mittere in terrā. Et attēde ꝙ talis diſpo
ſitio omnino eſt neceſſaria. qꝛ vbi aurum ꝛ

argentū purgātur plumbū ꝛ palee ꝯſumūt̄.
ꝛ hoc propter indiſpoſitionē eorū. Similit̄
in fornatione tribulationū vbi electi purgā
tur impij conſumuntur propter indiſpoſitōeꝫ
ſuā. quarta res purgās ē res amara vt me-
dicina q̄ malos hūores interius purgat. Et
ſignat amaritudinē penitētie. q̄ animā pur-
gat. Nā ſicut medicina hēt diuiſi. laxatiuū
ꝛ reſtauratiuū. ſic pnīa hēt tres partes. ſcꝫ
contritionē q̄ diuidit peccata ꝛ deducit vſqꝫ
ad os. confeſſionē q̄ proijcit extra. ꝛ ſatiſfa
ctionē per quā hō reſtauratur ꝛ reſtituitur
ad virtutes ꝛ dona. ꝛ ad bōa q̄ fiūt in eccia
ꝛ ad bona q̄ perdidit. q̄ ſcꝫ fecerat an̄ pctm̄.
ꝛ ad ſacramēta eccleſie ꝛ ad vitā eternā Et
nota ꝙ ſicut medicina aliqñ inuoluitur zuc
caro vt facilius poſſit ſumi. ſic penitentia i
uoluenda eſt in ligno crucis. cuius paſſiōe
conſiderata omnia dulceſcūt. Hoc fuit fi-
guratū in aquis marath. in quas cū moiſes
iuſſu domini lignū miſiſſet dulcorate ſunt.
Exod. xv. In penitentia ergo noſtra ne de
ficiamus vel nimiū moleſtemur. chriſtum
crucifixuꝫ cōtemplemur. qui pro nobis tot
ꝛ tanta ſuſtinuit patienter. Hebre. xij. Re
cogitate eum qui qui ta. ſuſ. aduer. ſe a pec.
cōtra. vt nō fatigemini animis veſtris defi
cientes. Et ſic patet moralitas. Secūdo
apl's nos hortatur ſpēaliter vt a luxuria ca
ueamus. ꝛ corpora noſtra in ſāctificatiōe ꝛ
honore cuſtodiamus ꝛ nō in paſſiōe carna
lium voluptatum. ſicut gentes que ſpū dei
non agūtur. A quo quidem peccato cauere
debemus. ꝛ contra ipſum exhibere remedia
oportuna. Primo ab ipō propter
tria cauere debemus Primum eſt dei cō
tumelia ꝛ diſplicentia. nā omnes ſum⁹ filij
dei ꝛ filie ꝛ ad eius imaginem creati. Sed
nōne vnus rex ad magnum vituperium ſibi
reputaret ꝙ aliquis cum filiabus ſuis for-
nicaretur. Certe ſic. Quanto ergo magis
fornicatio filiorum ꝛ filiarum dei cedit in
verecundiam dei. Prouerbiorum ſexto.
Scelus ꝛ furor viri non parcet in die vin-
dicte. nec acquieſcet cuiuſquaꝫ precibus.
nec accipiet pro redemptione dona pluria
Et expōit hoc glo. đ celeſti ſpōſo cui omes



anime noſtre in fide baptiſmi ſūt tanq̄ ſpō
ſe copulate. Oſee. ij. Sponſabo te mihi in
fide. Itē ſicut dicit apl's. j. corinth. iij. Neſci
tis qꝛ templum dei ſanctū eſt qđ eſtis vos.
Siquis aūt templum dei violauerit diſper
det illum deus. In eodem. vj. Neſcitis qꝛ
membra veſtra ſunt tēplum ſpūſancti.
Secundum eſt proximi iniuria. maxima em̄
iniuria in hoc peccato proximo infertur. ꝛ
quā proximus magis moleſte portat. Nam
qđ carius habet ab eo aufertur. ſcꝫ mater
filia ſoror vel vxor. Omnem em̄ fidem qui
hoc vicio laborat proximo frangit. Vñ da
uid fideliſſimū militem ſuum. ſcꝫ vriā pro-
ditorie occidi fecit propter vxorem eius. vt
patet. ij. regū. xj. Et amon thamar ſororem
ſuā corrupit. vt patet in eodem. xiij. Ter
cium eſt propria iactura. mirabilem em̄ iac
turam hō patitur ex hoc vicio. Nā ex hoc
vicio perdit homo ſpūalia bona corporalia
ꝛ ſeipm̄. qđ totum in filio prodigo patet. q
diſſipauit ſubſtantiā ſuam. ꝛ perdidit ſtolā
primam ſcꝫ virtutes ꝛ dōa anime. ꝛ ſeruus
demonis ē effectus. vt patet lu. xv. Propt̄
hoc luxuria cōparatur igni. qui omnia con
ſumit. Iob. xxxj. Ignis eſt vſqꝫ ad conſū-
mationem deuorans. Oſee. iiij. Fornicatio.
vinum. ꝛ ebrietas auferūt cor. Ipm̄ etiam
corpus frequēter perdit adulter. Patitur
etiā hō magnā ex hoc vicio iacturā. qꝛ hoc
viciū eſt valde efficax ad capiendum. ꝛ val
de potēs ad retinendum. Augu. Efficaciſſi
mum glutinū ad capiendū animas ē mulier
Prouer. vij. Multos enim vulneratos d-
iecit. ꝛ fortiſſimi quiqꝫ interfecti ſūt ab ea.
Propterea balaam hoc peccatū p̄ ceteris
elegit ad capiendū filios iſrael. vt patet nu
meri. xxv. Huius exēplum habemus i da-
uid. ſamſone. ꝛ ſalomone. Quis em̄ ſāctior
dauid. quis fortior ſamſone. quis ſapiētior
ſalomone. ꝛ tamen omnes iſti ab hoc vicio
victi ſunt. Propterea dicitur prouer. xxij.
Fouea profunda os aliene. cui iratus ē do-
minus incidit in eam. Et ideo qui hoc vi-
cio laborat vix de ſua ſalute cogitare po-
teſt. deum non cognoſcit. nec ad ipm̄ redire
curat. ad celum oculos non leuat. verba

correctionis non audit. Oſee. v. Nō dabūt
cogitationes ſuas vt reuertātur ad deū ſu-
um. qꝛ ſpūs fornicationis in medio eorū ē.
ꝛ dominum non cognouerunt. Secundo
contra ipm̄ adhibere remedia oportuna de
bemus. ꝛ omnia incitamenta eius fugere.
ſicut eſt multū comedere ꝛ potare. in quo ē
luxuria. ſicut ignis in lignis. Eph. v. Noli-
te inebriari vino in quo eſt luxuria. Et ſic
ociari. ꝛ varijs veſtimentis indui. ꝛ mulie-
ribus colloqui vel reſpicere vel qđ peius ē
tāgere vel de eis loqui vel cogitare. vel va
nas cantilenas cantare. vel in choreis ſal-
tare. Omnia enim hec ſunt incitamenta lu
xurie. que omnino debemus vitare. Eſt enī
mulier ſicut baſiliſcus ꝛ ignis ꝛ ideo nec vi
deri nec tangi debet In fine nota ꝙ tria
ſunt que ſolent homines in vicio iſto deci-
pere. ſcilicet ſanctitas mulieris. confidentia
de propria caſtitate. ꝛ conſanguinitas. Cō-
tra primum dicit Hieronymus. Si pudi-
cam queris feminam quam videris bene ꝯ
uerſantem mente dilige. ſed non frequentes
preſentia corporali. Hic cadit exemplum il
lius ſancte heremite de corſica que tempo-
re indulgentie iuit Romam. ꝛ dum redi-
ret a terrigenis plumbini eſt detenta prop-
ter eius nimiam ſanctitatem. qui ei heremi
torium conſtruxerant. quam vnus piſanus
frequentius viſitabat. ꝛ tandem ipam đ he
remitorio trahens eā ſibi in vxorem cepit.
Contra ſecundum Hiero. dicit. Hoſtiolū
tuum aut raro aut nunq̄ mulierum pedes
terant. vidē ne ſub eodem tecto manſeris.
nec in preterita caſtitate confidas. nec da-
uid ſanctior. nec ſalomone ſapientior. nec ſā
ſone fortior eſſe potes. memento ſemper ꝙ
paradiſi colonum mulier de poſſeſſione ſua
eiecit. Exemplum. Quantumcūq̄ ſit duruꝫ
ferrum. illud tamen ignis emollit ꝛ calefa-
cit. mulier autem ignis eſt. Aliud exēplum
Ex duobus lapidibus ſi adinuicem collidā-
tur ignis exit. Item quamuis candela iu-
xta murum poſita ipſum non comburat. ta
men ipſum denigrat. Sic qui cum muliere
verſatur. quamuis non comburatur tamen
denigratur. Contra

ſercium dicit Hiero. Si generis gratia indicas mulierē nullo modo dimitti memēto ꝙ thamar a fratre ſuo corrupta ſit. Precipue debet homo cauere ne ſit ſolus cū ſola Prouerbiū ē. Algio fadiſagio. Propterea quotidie in oratione dn̄icali petimus. Et nē nos inducas in temptationē. Et ſic patet ꝫ epiſtola.

¶ Dominica tercia de euāgelio ſermo. xxxvij

Erat ieſus eijciens demoniū et illud erat mutū. Lu. xj. Dicit apoca. xviij. ca. Sicut reddidit vobis reddite illi. Et Hiere. l. Reddite ei ſm opus ſuum. iuxta omnia q̄ fecit facite illi. Dyabolus quippe cernens ſe de celo in terrā expulſum ꝛ videns hominē ad illum locū aſcendere vnde ipſe proiectus fuerat. inuidit hoī ineffabile bonū percepturo. ꝛ ideo fortiſſime eū temptauit ꝛ de paradiſo proiecit loco voluptatis ꝛ glorie. necnon ꝛ aditū regni celeſtis ei precludens. in hanc vallem miſerie ipm̄ traxit. ꝛ qui debebat imortalis in celum aſcendere. mortalis factus deſcendit poſtmodum in infernū. Sap. ij. Inuidia dyaboli mors introiuit in orbē terrarū. Filius autem dei qui venit omnia inſtaurare ſiue q̄ in celis ſiue que in terris ſunt. vt dicit apl's ephes. j. Venit etiam reddere vnicuiqꝫ ſm ſtipendia meritorum ſuorū. dyabolum demundo expulit ꝛ hominē ad celeſtia regna reuocauit vt ſicut dyabolus hominem de paradiſo loco ſibi proprio deputato fraudulenter expulerat. ita ieſus non fraudulenter ſed ſapienter ꝛ potenter dyabolum de hoc mundo loco ſibi deputato expelleret ad infernū. prouer. xxvj. Reſponde ſtulto iuxta ſtulticiam ſuā. Et quia dyabolus in hominibus habitabat in mundo. ideo prius eum ab hoībus ſequeſtrauit. ꝛ poſtmodum ad infernū proiecit. De hac ergo ſequeſtratione in preſēti euangelio agitur. In quo quidem euangelio quinqꝫ per ordinem deſcribuntur. Primum eſt operatio deitatis in demōis expulſione. in principio euangelij. Secundum eſt deprauatio bonitatis in ſcribarū ꝛ phariſeorum falſa impoſitione. ibi. Quidam autē illorum dixe. In beel. prin. de. eij. de. Tercium eſt probatio falſitatis in chriſti reſponſione. ibi. Ipe autem vt vi. cogi. eorū dixit. Omne reg. in ſeipm̄ di. deſo. Quartum eſt euentus penalitatis iudcis venturus pro eorum mala operatione. ibi. Cū immundus ſpūs exi. ab hom. ambu. per loca inaquoſa. Quintum eſt attollentia veritatis in cuiuſdam mulieris acclamatione. ibi. Et factum eſt dum hec diceret extol. vo. qdā mu. de turba dix. il. Beatus vē. qui te por. Primo ergo ponitur operatio deitatis in demonis expulſione. quia erat ieſus ei. demoniū. Circa quod nota ꝙ omnis res habet propriā operationem. Exemplum in ſole ꝛ igne. nā ſol hēt illuminare ꝛ ignis calefacere. ꝛ q꞉ ꝓprium eſt eis. ideo ab hac operatione n̄ ceſſāt. Propterea aūt operatio filij dei veniētis i mundū fuit demones expellere ꝛ opera eorū deſtruere. j. Io. iij. In hoc apparuit filius dei vt diſſoluat opera dyaboli. ꝛ iō ab hac operatione nō ceſſabat. Et hoc ē qđ ꝟ dicit Erat ie. eij. de. quaſi di. continue ipm̄ eijciebat. Erat em̄ ē verbū p̄teriti imperfecti tēporis. ꝛ ſigt continuationē p̄teriti ad pn̄e. eiecit em̄ eū de celo ad terrā ꝛ de deſerto. vt patet in do. prima quadrageſime. ꝛ de filia chananee vt in p̄cedēti do. dictū ē. ꝛ tandē ꝺ mundo ad infernū. Io. xij. Nūc p̄nceps mundi huius eiicietur foras. Eijcit ipm̄ et quotidie de cordibus fideliū. Et hec ē racō quare mō n̄ ſic̄ an̄ aduētū xp̄i dmoniaci niſi ficticij apparēt. q ſūt nō ꝟbo ſꝫ forti ꝟbere expellēdi. Subdit aūt di. Et illđ erat mutū ſ. ab effectu. q꞉ mutū hoīē cui inerat faciebat. erat etiā cecū vt dic̄ mat. erat etiā ſurđ vt dic̄ theoph. oīs aūt ſurdꝰ a nata oportꝫ vt ſit mutꝰ ꝛ ecōuerſo. ſurdꝰ aūt ab euentu bn̄ pōt loq. Quattuor ergo miracula ſil' i vno hōie ꝑpetrata ſūt. nā cecꝰ vidꝫ. ſurdꝰ audit mutꝰ loq̄t ꝛ poſſeſſꝰ a dēonio liberat̄. quod quotidie i ꝯuerſiōe fideliū diuīa grā opat̄. vt dic̄ gre O Nā dyabolꝰ p. mor. pcm̄. m mala fac. hōi. Prio eni excecat eū vt non videat pericula i quibus eſt. ꝛ nullo modo redemptorē ſuum agnoſcat. ē em̄ dyabolus



ſicut coruus qui primum eruit oculum hōi ſuſpenſo. ſic dyabolus ei quē per peccatum mortale ſuſpendit. primo oculum fidei nitit̄ eruere. ꝛ ſecundo oculum conſiderationis proprij ſtatus. ſi em̄ peccator conſideraret ꝛ videret mala quibus addictus ē. ꝛ bona quibus ē priuatus. ſtatim ad deum ꝛ cum feſtinatione rediret. propterea dicit Hiere. ij. Scito ꝛ vide ꝙ malum ꝛ amarum eſt te dereliquiſſe dn̄m deum tuum. Secūdo facit eum ſurdū ad verbum vite audiēdum. yſa. vj. quantū ad vtrūqꝫ. Excecā cor ppl'i huiꝰ ꝛ aures eius aggraua. vt videntes non videant ꝛ audiētes non intelligāt. Et q꞉ animus nō poteſt eſſe vacuus. ideo dū peccator verba vite non audit. circa rumores ꝛ tumultum mūdi inaniter occupat̄. in quibus dum delectatur nō facile audit bona. ſed ad ipa ſurdeſcit. ps. Aures habent ꝛ n̄ audiēt. Et ideo peccatoribus fortiter clamare nō prodeſt niſi verbere ꝛ vexatione tangātur. yſa. xxix. Tātūmodo ſola vexatio dabit intellectū auditui. Satis clamauit moyſes ad pharaonem ex parte dei. vt dimitteret populum ꝛ noluit. nec dimittere voluit. niſi in percuſſura primogenitorū. Tercio facit eū mutū vt peccatū ſuū non confiteatur. nec ab ipo abſoluatur. ps. Os habent ꝛ nō loquētur. Vbi nota ꝙ tota vis lupi ē in gutture. ſic tota vis dyaboli circa guttur peccatoris verſatur. Nā permittit eū elemoſinas dare. ad eccleſias ire. ieiunare ꝛ orare. ſed ne confiteatur totis viribus inſtat. q a ſic perderet eū totū. de iniquitate ad iuſticiā tranſiturū. yſa. xliij. Dic tu iniquitates tuas vt iuſtificeris. Quarto poſſidet eum vt ſeruū ꝛ ducit de peccato in peccatū ad ſue beneplacitū voluntatis. ij. Thi. ij. A quo captiui tenētur ad ipſius voluntatē. Exemplum. ſic facit dyabolus ſicut predo. Nam rapiens hominem mittit ei ſtrangulum vel banalium ne poſſit clamare. ponit eū in carcerem ne poſſit euadere ꝛ fugere vincit manus eius ꝛ pedes ne poſſit mouere. poſſidet eū vt dn̄s ꝛ ducit ꝛ reducit vt ſibi placet. et tandem aufert ei omnia bona ſua. Sic facit dyabolus peccatori. qđ maxime apparet in morte. Nā animā eius aſportat. corpus dat vermibus. ꝛ diuitias conſanguineis. Iob. v. Cuius meſſem famelicus comedet ꝛ ipm̄ rapiet armatus ꝛ bibent ſitientes diuitias. Et ſic patet primū. Secundo ponitur ꝺpratiatio bonitatis in ſcribarū ꝛ phariſeorum falſa impoſitiōe. q꞉ in beelzebub prī. de. dixerūt xp̄m illud demoniū eieciſſe. Turbe autem ſunt mirate ꝛ hoc rationabiliter. Admiratio em̄ vt ph's dicit ex ignorātia cōtingit. nā eclipſim ſolis vulgus cauſam neſciens admiratur. de qua aſtrologus cauſaꝫ ſciens nō admiratur. Et quis inquā reddere poſſet cauſam quare filius dei tantā ad hominem habuerit charitatē vt deſcēderet de celo in terrā. vt hōiem poſſeſſuꝫ a demonio liberaret. certe nullus. Ro. xj. O altitudo diuiciarū ſapiētie ꝛ ſciētie dei ꝙ incō. ſunt iu. eius. ꝛ inueſti. vie eius. Quidā aūt vani ſignum de celo q̄rebāt. vt faceret ignē de celo deſcēdere. vel tonitrua mugire. phariſei autem ꝛ ſcribe qui fuerūt malicia pleni ꝛ ſcientia mundi in veſaniā proruperūt dicentes. In beelzebub principe de. eij. de. Vbi nota ꝙ a belo patre nini regis niniue ortum ydola habuerūt. qui ninus fecit ſtatuam aureā patris ſimilitudinem habentē. ꝛ vt in reuerentia maxima haberet̄. ſtātuit vt quicūqꝫ ad eā confugerēt tuti manerent a nemie offendendi. Sicut per conſtātinuꝫ eccleſie ē indultū. ꝛ a catholicis principibꝰ approbatū vt quicūqꝫ rei in eccleſia nō tangātur. Ideo ceperūt hōies illi imagini diuinos honores impēdere. ꝛ vt deo ſacrificare videntes nino ex hoc i immenſū placere. Ad cuius exēplum ceterē ciuitates ceperūt ydola fabricare ſm ydeomata lingue ſue illa nominātes. alij beel. alij baal. alij beelphegor. alij baalim. Iudei vero vnius dei cultores ydolum ſydoniorū qui eis erant vicini vocabant beelzebub. id eſt virū muſcarū cauſa irriſiōis. beel em̄ vir. zebub muſca interp̄tatur q꞉ muſce ꝯgregabātur ſup ydolū ꝓpt̄ cruorē aīaliū q̄ ibi imolabant̄. qđ ydolū dicebāt fuiſſe pricipē dēoniorū. cui ydolo dicebāt ſubſiſtere luciferū pricipē demonū cui fāliarē xp̄m aſſerebāt. ex cuiꝰ familiaritate ꝛ

conſederatione minores demones xp̄o obe-
dire dicebant. vt ad vocem eiuſdem ab ob-
ſeſſis corporibus egrederentur. O quot ſūt
hodie tales qui bona facta ⁊ bona opera
dicunt mala intentione fieri. et ſeruos dei
ypocritas aſſerunt ⁊ auaros ac nequiter am
bulantes. Contra quos chriſtus ait Lu.vj
Nolite iudicare ⁊ non iudicabimini nolite
condem. ⁊ non condem. Sed quod peius ē
multi opera dei ⁊ que dei auxilio ſunt agen
da nituntur auxilio demonū per facturas ⁊
incantationes ⁊ ſortilegia effectui emādare
⁊ dum bonum volunt cōſequi malo medio
fruſtrati bono decidunt in iudicium eterna
le. Et ſic patet ſecundum. Tercio pōitur
reprobatio falſitatis huius. ſcʒ ꝙ chriſtus
eijciat demonia in virtute alterius demōis
Intendit ergo chriſtus hoc probare ꝙ ipe
nō eijcit demonia in virtute alterius demo
nis cuiuſcunqʒ. ℞ Et hoc per quinqʒ
rationes probat. euangeliſta autem vnā ex
ſe innuit. q̄ talis ē. quorū ē vna virtꝰ ⁊ vna
opatio ꝓpria ꝑ ſe ex vna eſſentia procedūt
Sed cognoſcere cogitatiōes cordis. ⁊ futu
ra in ſuis cauſis non determinata predicere
eſt propria operatio dei. yſa.xlj. Annuncia-
te que ventura ſunt in futurum ⁊ ſciemus
ꝙ dij eſtis vos. Sed chriſtus vidit cogita-
tiones eorum. quia chriſtum eijcere in beel
zebub demonia non ore ſed corde dicebant
Predixit etiam mala eis futura. vt in fine
euan. patet. Ergo ipe eandē virtutē ⁊ eſſen
tiam ⁊ operationem habebat cum deo. Jo
hā.v. Pater meus vſqʒ modo operatur et
ego operor. ⁊ per conſequens erat deus. de-
us autem non operatur in virtute demonis
quod omnes confitentur. ergo nec chriſtus
Et hanc rationem euangeliſta innuit dū di
cit. Ipē autem vidit cogitationes eorum.
Sequentes autem quinqʒ rationes xp̄us
ex ſe ponit. quarum prima ſumpta eſt a na
turali deſiderio ⁊ naturali operatione. que
talis eſt. naturalia in demonibus integra ꝑ
manſerunt. ſed gratuita perdiderunt. omnis
autē creatura naturaliter deſiderat ſui ſta-
tus conſeruationem ⁊ non deſtructionem. ⁊
ad hoc nititur inquantum poteſt. quia etiā

demones in tantis conſtituti penis nature
liter nollent non eſſe. Quis deſiderio rōnis
per quam ſe in tanta miſeria conſtitutos cō
ſiderant vellent non eſſe. Luc.xxiij. Dicent
montibus cadite ſuper nos ⁊ coll. ope. nos
Sed vt dicit boecius. Omnis res cōſerua
tur in vnitate. ⁊ tādiu conſiſtit quādiu ē vna.
deficit autem cum diuiditur. Exemplum in
ciuitatibus. in domibus. in arboribus et in
animalibus que omnia in vnitate conſeruā
tur. deficiunt autem cum diuiduntur. quia
ſi ciuitates ⁊ domus diuidantur ⁊ pugnent
adinuicem conſumentur. Si rami arboris
preſcindantur a ſtipite ⁊ ſtipes a radice nō
eſt amplius arbor. Et ſi anima diuiditur a
corpore non eſt amplius animal. ⁊ ſimiliter
eſt in omnibus. Si ergo in demonibus ē pu
gna ⁊ adinuicem de hominibus ſe expellūt
ſequitur ꝙ ſint diuiſi ⁊ agant ad deſtructio
nem regni ſui ⁊ interitum. quod eſt falſum
quia totus conatus ipſorum eſt vt regnent
ſupra homines ⁊ eos ad ſe trahant. ps. Su
perbia eorum qui te oderunt aſcēdit ſēper.
quia ſēper volunt pluribus p̄eſſe. Hoc etiā
credebant ⁊ confitebantur iudei tanq̄ ſcri-
pturam dei ſcientes. ergo erat contra eos di
ctum eorum. Et hoc eſt quod dicit: Omne
regnum in ſe diuiſum. per contrariam ho-
minum voluntatem ⁊ pugnā deſolabitur et
deſtruetur. quia vna ciuitas cōtra aliam et
terre adinuicem vſqʒ ad interitū dimicabūt
ita ꝙ regnum quod prius erat non erit. Et
ſi domus ⁊ progenies diuidantur ⁊ adinui-
cem pugnent conſumentur. Si ego inquit
chriſtus eijcio demonia in beelzebub. ergo
demones ſunt diuiſi abinuicem ⁊ mutuo ſe
expellunt. ⁊ per conſequens non poſſunt du
rare. quod eſt falſum. quia ſcriptura de dya
bolo dicit Job.xlj. Ipē eſt ſuper omēs fi-
lios ſuperbie. Secunda ratio eſt ſumpta
a minori que talis eſt. quicquid poteſt vir-
tus inferior poteſt virtus ſuperior ⁊ multo
plus. vt ſi miles vel comes poteſt vnum ca
ſtrum expugnare. multomagis rex. ſed diſci
puli mei q̄ ſūt vri filij ⁊ ex vobis nati eijciūt
non in virtute demonis demonia. ſed i vir-
tute ſibi a deo largita. Luc.x. Reuerſi ſunt



autem ſeptuagintaduo cum gaudio dicētes
Domine etiā in nomine tuo demōia ſubij-
ciuntur nobis. Ergo multomagis ego inqt
chriſtus poſſum virtute a deo mihi data de
monia eijcere. cum ſim eorum dominus et
magiſter. Joh.xiij. Vos vocatis me magi-
ſter ⁊ domine ⁊ bene dicitis ſum etenim. et
ideo ipi iudicabunt vos de hac blaſphemia
quam mihi infertis dicentes in beelzebub
me eijcere demonia. quia propter hoc ꝙ ipi
vere credunt ꝙ ego in virtute dei eijcio de
monia. quod vos deprauatis. merētur vos
iudicare. ⁊ vos iudicari meremini ab eiſdē.
Matth.xix. Sedebitis ⁊ vos ſu. ſe.xij. iudi.
xij. tribus iſrael. Vel filij veſtri id eſt exor
ciſte veſtri. qui per quoſdam exorciſmos
quos docuit ſalomon demones expellebāt.
vt dicit Joſephus. ergo relinquitur ꝙ ego
eijcio demonia in digito dei. id eſt in virtu-
te ſpūſancti qui digitus dei dicitur triplici
ratione. ℞ Primo ratione emanatio-
nis. quia ſicut digitꝰ procedit a corpore me
diante manu. ſic ſpūſanctus procedit a pa-
tre per filium. Filius enim manus ē patris
per quem fecit ⁊ ſecula. Secundo ratione
diſtinctionis. quia ſicut in digito eſt diuerſi
tas articulorum. ſic a ſpūſancto ē diuerſitas
donorum. j. corinth.xij. Diuiſiones gratia-
rum ſunt. idem autem ſpūs. et alij quidam
datur per ſpūm ſermo ſapientie. alij datur
ſermo ſcientie ſm eundem ſpm: alteri fides
in eodem ſpū. Tercio ratione operationis.
quia ſicut digito homo operatur. ita deus
ſpūſancto. j. corinth.xij. Hec omnia opera
tur vnus atqʒ idem ſpūs. diuidens ſingulis
prout vult. Et ſi in hoc inquit chriſtꝰ cre-
dideritis ꝙ ego tanq̄ manus dei eijcio de-
monia in digito dei. id eſt in virtute ſpūſā-
cti. que eſt eadem mee virtuti. ſicut eadem ē
virtus manus ⁊ digiti. profecto peruenit in
vos regnum dei. vos iuſtificans. id ē filius
dei qui eſt regnum dei. Luce.xvij. Regnum
dei intra vos eſt. Quod quotidie petimus
per gratiam ad nos venire dicentes. Adue-
niat regnum tuum. matth.vj. Et hoc ē qđ
dicit. Si ego in beelzebub eijcio demonia. fi
lij veſtri in quo eijciūt. Tercia rō ſūpta

eſt ex pugna contrariorum. que talis ē. ſta-
tim ꝙ contraria appropinquant. agunt et
patiuntur adinuicem. ⁊ potentius deſtruit
minus potens. que autem conueniunt non
preliantur adinuicem dum appropinquant
Exemplum in natura. vt de calce poſita in
oleo vbi non deſtruitur. ⁊ poſita i aqua ſta
tim ignis incluſus ferueſcit ⁊ calefacit aquā.
Quia oleum eſt calidum et ſiccum ſicut et
calx. ſed aqua eſt frigida ⁊ humida. ⁊ per
conſequens contraria calci. ⁊ ſtatim dū cō-
iunguntur agunt adinuicem. Exemplum in
animalibus vt in leone ⁊ pardo qui ſūt ini
mici mortales. eo ꝙ pardus concumbit cū
leena. ⁊ ideo ſtatim ꝙ vident ſe preliātur ad
inuicem. ſed leo vincit pardum viribꝰ. par-
dus autem vincit leonem aſtucia. quia intrat
quoddam foramen oblongum ante amplum
⁊ retro ſtrictum. de quo pardus exit. ſed leo
non poteſt exire. ⁊ tunc pardus venit ad po
ſteriora leonis ⁊ occidit eum. Exemplum i
hominibus quia ſi vnus homo inuadit ab
inimico ſuo mortali ⁊ vincatur ab eo. capi
tur ab eo ⁊ vincitur. ⁊ ſpolia eius ſibi au-
fert. qui tamen anteq̄ inimicus eius appro
pinquaret ad eum viuebat in pace. ⁊ omīa
bona ſua ſimiliter in pace poſſidebat. Et hoc
eſt quod dicit. Cum fortis armatꝰ cuſtodit
atriū ſuum in pace ſunt omnia q̄ poſſidet.
Fortis iſte contrarius ⁊ inimicus humani
generis dyabolus eſt. qui eſt armatus mul
ta malicia ⁊ aſtucia ⁊ potentia. eſt etiā ar-
matus vicijs ⁊ peccatis hominum ſiue ho-
minibus peccatoribus. Nam pro lorica ha-
bet luxuriam vel luxurioſos. pro ſcuto ypo
critas. pro arcu detractores. pro galea ſup-
bos. pro gladio auaros. pro lancea meretri
ces. pro inſignibus vanglorioſos. pro equo
falerato habet diuiſiōes ⁊ partes. Et ſic ar
matus ante aduentum filij dei cuſtodiebat
atrium ſuum id eſt mundum iſtum ⁊ in pa
ce poſſidebat ⁊ mundum ⁊ eos qui erāt in
mundo. Venit autem chriſtus vt gigas hu
mane nature melius armatus ſcʒ omnibus
virtutibus ⁊ gratijs ⁊ donis ſpūſancti. et
cum maiori potentia quia cum tota poten-
tia dei que infinita eſt. ⁊ inuaſit eū in atrio

ſuo. Et tanta fuit eius potentia ꝙ manu li-
ermi ꝛ affixa cruci debellauit iſtum fortem
cum omnibus ſuis. vt dicit augu. Et ſic de-
bellatum vinxit in catenis. ꝛ in inferno re-
cluſit. Apoca. x. Et vidi angelum deſcendē
tem d celo habentem clauem abiſſi ꝛ cate
nam magnam in manu ſua. ꝛ apprehendit
draconem ſerpentem antiquum. qui eſt dya
bolus ꝛ ſathanas. ꝛ ligauit eum per annos
mille ꝛ miſit i abiſſum ꝛ vniuerſa arma ei⁹
id eſt peccata in quibus confidebat abſtu-
lit. Joh. j. Ecce qui tollit peccata mundi.
Unde cantamus Ipſe enim verus ē agnus
qui abſtulit peccata mūdi. qui mortem no-
ſtram id eſt peccatum moriendo deſtruxit.
Ro. vj. Uetus homo noſter. id eſt concupi
ſcentia carnis ſimul crucifixus eſt. vt dſtru
atur corpus peccati id eſt congeries pecca
torum. Et ſpolia eius id eſt homines quos
dyabolus detinebat diſtribuit id ē ad diu er
ſa officia ordinauit. alios faciendo prophe
tas. alios apoſtolos. alios euangeliſtas. ali-
os autem paſtores ꝛ doctores. ꝛ ſic de cete-
ris gradibus eccleſie. Eph. iiij. Et ipſe dedit
quoſdam quidem apoſtolos. quoſdam pro-
phetas. alios vero euangeliſtas. alios autē
paſtores ꝛ doctores in opus miniſterii. ad
conſūmationem ſanctorum. Si ergo inquit
ego chriſtus appropians dyabolo ſtatī pu-
gno cum eo ꝛ deſtruo eum ꝛ expello eum ꝛ
quotidie accipio ei ſpolia. ſequitur ꝙ ſim ei
inimicus ꝛ contrarius. ꝛ non ei cōfederat⁹
vt vos dicitis. Quarta ratio ſumpta eſt
ex natura contrariorum que talis ē. nunq̄
vnum contrariū agens ſm formam ꝛ natu
ram ſuā agit ꝛ operatur in virtute alterius
contrarij. qꝛ ſol nō illuminat in virtute te-
nebre. ꝛ ignis nō calefacit in virtute aque.
qꝛ cū contrarium deſtruat cōtrariū. ſi vnuz
ageret in virtute alterius. ſeq̄retur ꝙ aliqd
deſtrueretur per propriā virtutem. quod ē
impoſſibile. ſed per eam conſeruatur. Et ſi
aqua calefacta ab igne calefaciat in virtu-
te ignis. hoc tamen nō facit in natura ſua.
ſed per accidens. Sic dyabolus inquit xp̄s
eſt mihi cōtrarius. quia contraria ſunt que
maxime a ſe diſtant. ſed nos maxime diſta-

mus. quia ego in gloria ꝛ ille in pena. ꝛ mi-
ſeria. ego in luce ꝛ ille in tenebris. ego in vi
ta ille in morte. ꝛ ſic de omnibus. ergo non
operor in virtute ſua. Et hoc eſt qd dicit.
Qui nō eſt mecum contra me eſt. ꝛ ecōuer
ſo. qui cōtra me eſt ꝛ mihi contrarius me-
cum nō eſt. Sed dyabolus eſt mihi cōtrari
us. vt probatum eſt. ergo nō eſt mecum in
aliquā operatione. Non ergo in beelzebub
eijcio demonia. Quinta ratio ſumpta eſt
ab effectibus cōtrarijs. q̄ talis eſt. ſi effectus
vel opera ſunt cōtraria oportet ꝙ cauſe ſint
contrarie. quia duo contraria opera nō pn̄t
naturaliter procedere ab eodem ſm idem.
ſicut calefieri ꝛ infrigidari non poſſunt p-
cedere ab igne. ꝛ illuminare ꝛ tenebrare a
ſole. Sed opera chriſti ꝛ dyaboli ſunt om-
nino contraria. quia iſte diſpergit homines
per diuerſos errores. chriſtus autē colligit
ad fidei ꝛ eccleſie vnitatem. Johā. x. Alias
oues habeo q̄ nō ſunt ex hoc ouili. et illas
opor. me addu. ꝛ fi. vnū oui. ꝛc. Iſte capti
uat homines per diuerſa vicia. ſed chriſtus
liberat per multiplices virtutes. Iſte du-
cit homines ad mortem eternā. ſed xp̄us ad
vitā eternā. Joh. x. Ego vitā eternā do eis
Et ſic in omnibus dyabolus cōtraria chri-
ſti operibus operatur. Ergo eijcere demo-
nia qd eſt opus xp̄i nō poteſt eſſe op⁹ dya-
boli. ſed opus eius nō eſt in hōies demonia
immittere ꝛ eos acriter tormētare. Et hoc ē
qd dicit. Qui nō congregat mecū diſpergit
i. qui contraria operat̄ mihi non poteſt me
cum in opere ꝯuenire. ſꝫ dyabolus ē h⁹mōi
ergo in aliquo opere non mecū conuenit vl
conſentit. Et ſic patet terciū. Quarta p̄
dicitur effectus penalitatis iudeis futurus
pro eorū mala operatione. qꝛ cū immundus
ſpūs exierit ab hoīe. Ubi nota ꝙ ſpūs neq̄
dicitur immūdus ab effectu ſicut ꝛ cecus ꝛ
mutus. qꝛ immunda facit cogitare. imūda
velle. ꝛ immunda operari. Ille autem ſpūs
expellitur ab hoīe in baptiſmo ꝛ in penitē-
tia per gratiam dei. qui expulſus ab homie
iuſto ambulat per corda peccatorū indeuo-
ta ꝛ inaquoſa ab humore gratie ꝛ lachry-
marum ꝛ vnctionis ſpūſſancti. In quibus

SERMO XXXVII

non inuenit requiem. quia ipſe eſt lupus ra-
pax qui non ſaciatur niſi omnes occiderit.
Et ideo non curans de his quos poſſidet i
hos de quibus expulſus fuit redire conat̄.
in quos dum ingreditur ſi inuenerit eos va
cantes a bonis operibus ꝛ ornatos p ypo-
criſim qui videntur boni ꝛ n̄ ſunt. ſicut erāt
iudei qui tanq̄ populus dei videbātur mā-
data dei cuſtodire. ſed non ſic erat. imo pro-
pter traditiones ſuas mādatum dei fecerāt
irritum ꝛ inane. vt dicitur matthei. vij. Si
ſic inquā inueniet eos tunc vadit ꝛ aſſumit
ſeptē alios ſpūs nequi. ſe vt melius hōiem
cuſtodiat. ꝛ ſic expertos ꝛ maliuolos ordi-
nat in officijs. ſicut miles cuſtodes caſtri. ꝛ
vnum ad cor ponit. vt nihil faciat niſi mala
eum cogitare. Secundum ad memoriaꝫ po
nit vt ſolum faciat eum iniuriarū recorda-
ri. Tercium ponit ad viſum vt faciat eum
mala ꝛ impudica videre. Quartum ponit
ad aures vt vana audiat atqꝫ mala. Quin
tum ponit ad linguam vt peruerſa loquat̄
ꝛ falſa. Sextum ponit ad tactum vt faciat
ipm luxuriari ꝛ venereis delectari. Septi-
mum ponit ad manus. vt neq̄ ꝛ peruerſa
faciat eum operari. Ipſe vero omnia loca
iſta circuit tanq̄ capitaneus ꝛ magiſter et
dominus. Et per conſequens fiunt nouiſſi-
ma hominis illius peiora prioribus. qꝛ ma
gis vexatur ꝛ ad malum inducitur. Quia
vt dicit gre. Animus qui diuiditur ad mul
ta fit minor ad ſingula. Et ideo prim⁹ dya
bolus dum ſolus erat non ſic vexabat. Uel
ſeptem dicitur propter ſeptem capitalia vi
cia de quibus temptant. ꝛ ad que illum eui
inſunt ducere conatur. vt vnus temptet ſo
lum de ſuperbia. alius de luxuria. ꝛ ſic d ſin
gulis. Unde ꝛ de magdalena dicitur lu. viij
ꝙ chriſtus expulit ab ea ſeptem demonia.
id eſt ſeptem capitalia vicia. Ad litteram
ſic euenit iudeis. ꝛ quotidie euenit peccato-
ribus patientibus recidiuū. Et ſic patꝫ quar
tum. Quinto ponitur extollentia ſiue cō
mendatio veritatis a quadam muliere fac-
ta. quia dum chriſtus hec loqueretur ſurre
xit quedam mulier de turba. que a quibuſ-
dam pediſſequa ſancte marthe fuiſſe credit̄

que ait chriſto. Beatus venter qui te por
tauit. Propter meram ꝛ omnimodā verita
tem quā chriſtus loq̄batur hec mulier bea
tū dixit nō ſolum xp̄m ſed etiā vētrē ꝛ vbe
ra ꝛ totū corpus qd eū portauit. Quod ve
re propter octo fuit beatū. R Primo
fuit beatū corpus virginis propter tocius
fomitis peccati ligationē ꝛ extinctionē. nā
fomes peccati ꝛ omnis cōcupiſcentia mali
in corpore virginis in prima ſanctificatiōe
qua ſcꝫ ſanctificata fuit in vtero per dei g-
tiam ligatus fuit ne ad malum aliqd incli-
naret. in ſecunda vero ſanctificatiōe. ſcꝫ in
filij dei conceptione per ſuperabundantem
gratiā ſpūſſancti fuit totaliter extinctus. et
ideo nec peccare nec inclinari potuit ad pec
candum. Hoc figuratum fuit in arca noe
vbi omnia fuerūt placata ꝛ animalia fero-
cia cū mitibus manſerunt. yſa. xj. Habita-
bit lupus cū agno ꝛ puer paruulus mina-
bit eos. id eſt xp̄s exiſtens in vtero virginis
omnes motus carnales in ea extinxit. ꝛ ad
cōcordiam ſpūs duxit. Secundo fuit bea
tū propter totalem incorruptionē. qꝛ n̄ fuit
corruptū in filij cōceptiōe nec grauatuꝫ in
eius portatiōe. nec virginale ſigillū fuit fra
ctum in eius parturitiōe. nec fuit putrefac
tum in anime egreſſiōe. ps. Nec dabis ſctm̄
tuū videre corruptionē. Tercio fuit bea
tū propter perfectā ipius ad ſpūſſācti ſubie
ctionē. qꝛ ſēper corpus xginis ſpūſſancti or
ganū fuit ad oē opus bonū diſpoſitū ꝛ patū
Lu. i. Ecce ā. d. ſ. in ōibus obedire parata.
Quarto fuit btm̄ propter radialē emiſſi
onē. exibāt eīn qdā radij xginales d facie eꝯ
oculiſ xginis glorioſi. q libidinē ꝛ petulātia
aſpicietiū extinguebāt. Hoc fuit figuratū
in xga aſſueri q̄ erat ſignū clemētie ad quē
cūqꝫ extēdebat vt patꝫ he. v. Quinto fuit
btm̄ ꝑpter toci⁹ trinitatis ꝛ ditatis i eo ha
bitationē. qꝛ ver⁹ fili⁹ dei ꝛ tota trinitas ꝛ
deitas i eo corpaliter habitauit. Hier. xxxj
Nouū faciet do. ſu. terrā. fe. circūdat virū. i.
btā maria xp̄m. q iō fuit vir in vtero eīus.
qꝛ pfectus de⁹ ꝛ pfect⁹ hō. Apoc. xij. Sig-
nū maximū apparuit in celo mlr amicta ſo
le. i. deitate Sexto fuit btm̄ propter finalē

remūerationē.q2 ſtatī p⁹ mortē fuit gl'ificatū yſa.xxxv. Glia libani data ē ei decor carmeli ⁊ ſaron. Noſtra aūt corpora incinerāt nec ſtatim hñt ſuam remunerationē. Apo. vi. Date ſunt illis ſingule ſtole albe ⁊ dictū eſt eis vt requieſcerēt tēpus adhuc modicū donec impleatur numerus fratrū ſuorum. Quia in die iudicij completo numero electorū corpora ſua gloria potiētur. Johā.x. Ingredietur ⁊ egredietur ⁊ paſcua inueniet.

Septimo ē beatū propter totalem delectationem. q2 omnes ſenſus corporis virginis ſunt actualiter in felici delectatione. vt oculi. aures. guſtus. olfactus. ⁊ tactus. yſa. lx. Tūc videbis ⁊ afflues ⁊ mirabitur ⁊ dilatabitur cor tuū. Illū enim habuit ⁊ hēt ſemper in pñtia de quo dicit Lu.x. Beati oculi qui vidēt q̄ vos vi.

Octauo ē beatū propter delectabilem viſiōem. q2 corpus virginis eſt ita pulcrū ⁊ glorioſū ꝙ ipſum omnes ſancti ⁊ angeli videre deſiderant. et ipm videndo maxime delectātur. ps. Fluis impetus le.ci.dei. id eſt pulcra ⁊ delectabilia q̄ egrediuntur de corpore virginis. q̄ tot ſunt vt cū impetu fluāt. delectāt ⁊ letificāt ciues ciuitatis dei. Hic cadit exemplum de illo qui vidit beatam virginē per quandā rimulam cū vno oculo. quē eruit ſibi ⁊ deſiderabat ſibi erui alium ⁊ iterum videre eā.

Sed audiamus chariſſimi cum magno gaudio quid xps rñdit. ait enim. Quinimo beati qui audiūt verbū dei ⁊ cuſto. illō. Et poteſt quinimo eſſe vna dictio. ⁊ tunc tantum valet. ac ſi diceret. verū eſt quod dicis. Et hoc etiā verum eſt ꝙ beati ſunt qui audiūt verbū dei ⁊ cu. illō. Et tūc debet legi ſine interrogatiōe. Vel poteſt eſſe due dictiōes. ⁊ tunc tantū valet quin ſicut etiā. iuxta illō gen. xxiiij. Quin id eſt etiā camelis tuis potum tribuā. ⁊ imo ponitur pro ſed. Vñ ſenſus eſt. Beatus vēter qui te portauit. Et dñs rñdit. Quin id ē etiā beatus ē. ſed etiā beati ſunt qui audiūt verbū dei ⁊ cuſto. illō.

S. Et nota ꝙ qui audiunt verbum dei ⁊ cuſtodiūt il'ud ſunt beati propter eadem octo. propter q̄ corpus ⁊ vēter beate virginis ſupradictū eſt beatū. Et primo propter fomitis ligationem ⁊ extinctionem. Nam ita mortificant corpora ſua per ſalubrem diſciplinā ꝙ nō audent carnalia petere. Exemplū beati benedicti abbatis qui inter vrticas ⁊ vepres ſe nudū proiecit. ⁊ per cutis vulnera eduxit a corpore vulnus mētis. ita ꝙ nunꝗ̄ aliquid tale vt gre. dicit ſentiret. ij corinth. iiij. Sēper mortificationē ieſu xpi in corpore noſtro circūferentes vt ⁊ vita ieſu in corporibus noſtris māifeſtetur. Peccatores autē fomitē peccati nutriūt non extinguūt.

Secūdo propter totalem incorruptionē. q2 nec corporis nec mētis corruptionē patiūtur. Vñ beata lucia dixit. Corruptiōes mentis ⁊ corporis nūꝗ̄ ſuſcepi. ps. Beati immaculati in via qui ābu. in le. dñi. j. corinth. v. Expurgate ve. fer. vt ſi. no. cō. ſicut eſt. azi. Peccatores aūt ⁊ in aīa ⁊ in corpore corrūpūtur. ⁊ in anima cū dyabolo fornicātur.

Tercio propter perfectā ad ſpūmſanctū ſubiectionē. ſunt em̄ diſpoſiti ⁊ parati ad proſeqñdum oīa q̄ ei ſpūſſanctus ſuggerit ⁊ reuelat. Ezech. j. Vbi erat impetus ſpūs illuc gradiebantur. ps. Ad omnia mādata tua dirigebar. yſa. lx. Qui ſunt iſti qui vt nubes volant. i. ita velociter obediunt ſpūiſācto ſicut nubes vētis. Peccatores aūt omni impulſui ſpūſſancti reſiſtunt.

Quarto propter radialem emiſſionem. egrediūtur em̄ a facie ⁊ ab oculis ⁊ ab oībus ſenſibus iſtorū quidā radij virtuales proximos illuminātes ⁊ edificātes per bōa verba ⁊ ſancta exēpla q̄ in eis ꝯſpiciuntur. mat. v. Vos eſtis lux mūdi. Ibidem. Vos eſtis ſal terre. j. corin. x. Siue comeditis ſiue bi. ſi. ali. q̄d fa. o. in glo. dei facite. A peccatoribus aūt egrediūtur radij baſiliſci mortales proximos occidētes. nā loqñdo vidēdo ⁊ tāgendo occidūt anīas. Et loquendo occidunt maxime illi qui adulant hōibus i prauitatibus ſuis. Vñ prouerbi. xxix. Qui blandis fictiſqꝫ ſermonibus loquit amico ſuo rete expandit pedibus eius. ⁊ yſaie. iiij. Popule meus qui te beatum dicunt ipi te decipiunt ⁊ viam greſſuum tuorū diſſipant. Hodie diminute ſunt veritates a filijs hominum vt inquit ps. Pro modico lucro



hodie ſubticetur veritas et aſſerit falſitas. yſa. lix. Corruit veritas in plateis. Potius etiā ⁊ vana ⁊ fabulas mundi volunt audire hōies. ij. Thi. iiij. A veritate quidem auditum auertent. ad fabulas autē ꝯuertētur.

Quinto propter totius trinitatis inhabitationē. Jo. xiiij. Qui diligit me ſer. me. ſer. ⁊ pa. m. di. e. ⁊ ad eū ve. ⁊ mā. ap. eū fa. Actuū. x. Loquente pe. ce. ſ. ſ. ſuper o. qui au. ver. Peccatores autē ſunt habitaculū multorum demoniorum. Multi em̄ legiōes demonū in ventre habent.

Sexto propter finalem retributionē. quia verbum dei cū effectu auditum dat vitam eternā. Jo. viij. Siquis ſerm. m. ſer. mor. nō gu. inter. ſed tran. de mor. ad vitā. Peccatores autē omni morte moriūtur ⁊ in anima ⁊ in corpore.

Septimo propter totalem delectationeꝫ quia in anima ⁊ in corpore erūt beati ⁊ ſimiliter omnes ſenſus actualiter ſēper erūt in actu ſuarū delectationū. yſa. lx. In terra ſua duplicia poſſidebūt. Peccatores auteꝫ totaliter tormentabūtur. ⁊ per omnia ⁊ in omnibus erunt in penis.

Octauo propter delectabilem viſionē. Vñ ſancti nō ſolū delectabūtur in videndo deū. ſed etiā in videndo ſeinuicem. Vñ quilibet ſanctus totā celeſtem curiā letificabit. ⁊ ideo quot ſancti tot gaudia. Lu. xv. Gaudiū ē an. dei ſuper vno pec. pe. agen. ⁊ multomagis ſup iuſto gloriā poſſidente. yſa. xxxv. Gaudiū ⁊ leticiam obtinebūt. Peccatores autē erūt deformes nimis. quia turpiores res de mūdo ſunt peccator dyabolus ⁊ infernus. Et ſic patet ſextā.

In fine nota ꝙ per ſeptē ſpiritus malignos ſeptē peccata mortalia deſignantur. Vnde in ſcriptura ſeptē demoniacos legimus. deſignātes ſeptē genera peccatorum. Cuius ratio ē. q2 eandē operationē habet dyabolus circa animā ⁊ aliqñ circa corpus ſicut mortale peccatū. Et ideo congrue per ſeptē demoniacos qui in ſcriptura reperiūtur ſeptē peccata mortalia deſignāt.

Primus demoniacus ē de quo in pñti euangelio agitur. qui vt dictū eſt erat princeps in omnibus ydolis. ad quē confluebat multitudo muſcarū propter ſāguinē ſacrificij. Iſtud demonium faciebat loqui ydola. ⁊ adorari vt deos. Per hoc peccatum ſuperbie deſignatur. que ſimiliter operatur in anima. ipa em̄ eſt principiſſa ⁊ initiū omniū peccatorū. Thob. iiij. Nunꝗ̄ ſuperbiam in tuo animo dominari permittas. ab ipa enim initium ſumpſit omnis perditio. Itē facit homines ſe velle adorari vt deos. Exēplum huius habemus dañ. vj de nabuchodonoſor qui pcepit vt nullus peteret ab alio deo niſi a ſe. Et attende ꝙ muſce cū alis faciebāt iſto ydolo ventū. Sic ſuperbus laude malorum ⁊ adulatorū nutritur. qui faciunt ſuperbo ventū de alis ſuis. i. de gratijs eis datis. Totū hoc in primis parentibus patet. De iſtis muſcis recte poteſt intelligi illud exo. viij. Venit muſca grauiſſima i vniuerſa terra egipti. ⁊ corrupta eſt terra ab huiuſcemodi muſcis. Iſtud demoniū eijcitur humilitate. q2 cōtraria cōtrarijs curātur.

Secundus demoniacus eſt ſaul quem demon male agitabat. ⁊ nō permittebat eū dauid reſpicere rectis oculis. nec cū audire poterat cōmendari ⁊ pluries cū ſine cauſa occidere ē conatus. vt patet. j. re. xviij. Idem facit inuidia in hōie. nā vexat eū ⁊ ꝯſumit eū. nec poteſt inuidus inſpicere rectis oc'lis cui inuidet. ſed vellet eū mori ⁊ aliquādo eū occidit. Exēplum de cayn ⁊ abel. ⁊ de fratribus ioſeph. de quibus in geñ. Iſtud demoniū eijcitur amore proximi.

Tercius eſt de quo dicitur in pñti euāgelio ꝙ erat mutus. ⁊ matth. xij. ꝙ erat cecus ⁊ mutus. Idē facit ira in hōie. q̄ excecat mentē eius q2 ira impedit ani. ne po. cer. verū. Vnde prouerbiū eſt. Nō iratus nō eſt conſultus. perdit em̄ hō per irā lumen rōnis ⁊ diſcretiōis ⁊ mouetur ad impetū furie vt beſtia. Iteꝫ perdit loq̄lam recte loquendi. Talia em̄ loquitur acſi inſenſatus eſſet. ⁊ ideo verba irati nō ſunt attendenda. Ad litterā multi duꝫ ſunt irati nō poſſunt loqui. Greg. Ire ſue ſtimulis accenſum cor palpitat. corpus tremit. lingua ſe prepedit. facies igneſcit. exaſperātur oculi. ⁊ noti nequaꝗ̄ recognoſcūt ore clamorem format. ſed ſenſus quid loqt ignorat. Iſtud demoniū eijcit māſuetudie.

Quartus eſt filia chananee.matthei.xv
quã demon tormentabat valde.ita ꝙ nõ de-
lectabatur in aliquo. Idem facit accidia ĩ
homine. nã hõ accidioſus eſt totus melan
colicus.⁊ in ſeipõ tormentũ habet.⁊ vellet
multociens no fuiſſe natus. ⁊ tedioſa ē ſibi
vita. Job.x. Tedet anĩmã meã.vi.mee. ti.
aduer.me elo.m. Nec in aliquo ſpũali põt
ſaporē inuenire.Unde ſi venit ad miſſã nõ
poteſt vſqꝫ ad finē ſtare.ſi audit p̃dicationē
ſtatim vellet eã finiri. virtutes ⁊ miracula
ſanctorũ nõ poteſt audire.ſed oĩa faſtidit et
nauſeat. Nume.xxj. Anima noſtra nauſeat
ſuper cibo iſto leuiſſimo. Iſtud demonium
eijcitur leticia ſpũali. Quintus ē demo-
niacus ille de quo dicit mat.ix.ꝙ frequēter
mittebat eũ demoniũ in ignē ⁊ aquã. Idem
facit auaricia in hõie.q2 hõ auarus circuit
mare ⁊ aridã.⁊ ſuſtinet famē ⁊ ſitim.⁊ calo
rem ⁊ frigus ⁊ mille incõmoda ꝓ peccũia
cõgreganda.⁊ accēditur ignis in mēte ipiꝰ
ex ſolicitudine ⁊ diſcurſu. Eccs.v. Saturi-
tas diuitis nõ ſinit eũ dormire. Iſtud dmo
nium expellitur largitate elemoſinarum.
Sextus ē ille de quo dicitur Lu.viij.ꝙ
occurrit ieſu vir qui hēbat demoniũ q fra-
gebat catenas ⁊ iacebat ĩ ſepulcris. ⁊ egreſ
ſus ab eo intrauit porcos .cui nomen erat
legio. Hoc eſt peccatũ gule.cui nomē eſt le
gio.q2 infinita gula requirit. totus mundꝰ
vix ſufficit guloſo. Itē frãgit catēas.quia
nulla lex vel monitio guloſo facta de cibis
vel propter infirmitatē vel quocũqꝫ modo
aliquid valet. Item requieſcit in ſepulcris
mortuorũ.q2 tota intentio ⁊ deſideriũ gulo
ſi in ore proprio requieſcit.in qd mittit bo-
los de carnibus animaliũ mortuorũ factos
de quibus cito vermes incipiũt ſcaturire.
p̃s. Sepulcrũ patēs eſt guttur eorũ. Et tã-
dem intrat porcos.q2 guloſus ꝯſũptus ino
pia.viliſſima officia incipit exercere.vt pa-
tet de filio prodigo qui poſtq̃ oĩa ꝯſũpſit in
cepit paſcere porcos. Lu.xv. Hoc dmoniũ
eijcitur tēperãtia. Septimus ē ille q oc-
cidit ſeptē viros ſare.vt dicitur thobie.iij.
Hoc eſt peccatũ luxurie. q̃ occidit ſeptē v-
tutes anime. ē eñ luxuria ignis oĩm vtutũ
germina eradicãs. Job.xxxj. Ignis ē vſqꝫ
ad conſũmationē deuorans. Hoc demoniũ
eijcitur caſtitate.vel matrimonio in dei tio
re legittime obſeruato. Exēplum de ſara fi-
lia raguelis de qua idē demon qui ſeptē vi-
ros eius occidit eſt expulſus. poſtq̃ virũ ſc
mentem deũ accepit.cui in timore dei fuit ĩ
matrimonio copulata. Et ſic patet totum.

¶ De epiſtola ſermo.xxxviij.

Estote imitatores dei ſicut filij
charíſſimi. Eph.v. Sicut dicit
eccs.iij.c. Omnia tēpus habēt
Et ſi omni tẽe xp̃m magiſtrũ
⁊ patrem noſtrũ imitari debea
mus.tamen iſto ſacro tempore maxime de-
bemus eũ in bõis operibus imitari. ac etiã
nos ab omni inquinamento carnis et ſpũs
cuſtodire. Et ad hec duo apl's in p̃ſenti epi-
ſtola nos inducit. In qua quidem epiſtola
quinqꝫ facit. Primo enim ad dei imitatiõꝫ
per viam dilectionis vt filios chariſſimos
nos hortatur in principio epiſtole. Secun-
do a peccatis que corpus maculant ⁊ famã
denigrant nos ſpẽaliter dehortatur ibi. For
nicatio autē ⁊ omnis immundicia aut aua
ricia non nominetur in vobis. Tercio vt a
talibus peccatis abſtineamus.penam mag
nam minatur.ibi. Hoc autem ſcitote intel-
ligentes quoniam omnis fornica. Quarto
errorem quorundam impunitatem peccan-
tium aſſerentiũ vt liberius peccare poſſint
remouere conatur.ibi. Nemo vos ſeducat
inanibus verbis. Quinto quare tales ĩ ſuo
errore ſequi nõ debeamus.ſed vt lucis filij
ambulare.cauſam oſtendit ⁊ rationem ve-
natur ibi. Eratis enim aliquando tenebre.
nunc autem lux in domino. Primo ergo
ad dei imitationem per viã dilectiõis vt fi-
lios chariſſimos nos hortat̃ d. Eſtote imi-
tatores dei ſicut filij chariſſimi vos ipĩ con
formando. Cari propter imaginis impſſio-
nem ⁊ conſeruationem.cariores propter re
demptionē ⁊ redemptiõis recognitionem.
cariſſimi propter morum conformationem
j. Pe.ij. Chriſtus paſſus pro vobis vobis
relin.exē.vt ſe.veſti.eius. Peccatores aũt
fiũt filij viliſſimi. Nam viles ſunt propter



imaginis deturpationem. Ecci.xlvij. Incli
naſti femora tua mulieribus .⁊ dediſti ma-
culam in gloriã tuã. Viliores ſunt propter
beneficiorũ dei ingratitudinē. Nã ꝓ nihilo
habent precioſam mortem filij dei ⁊ gratiã
baptiſmi ⁊ dona ⁊ virtutes ſpũſſancti ⁊ ec-
cleſiaſtica ſacramēta ⁊ patriã celeſtem. p̃s.
Pro nihilo habuerunt terram deſiderabi-
lem. Viliſſimi ſunt propter operum cõtra-
rietatem. nõ enim ſolum deũ nõ imitantur
vt ſpurij.ſed vt inimici contraria operant̃.
Job.xv. Cucurrit aduerſus deũ erecto col
lo. Luce.xvj. Qui nõ eſt mecũ contra me ē
Conſequēter cum dicit. Et ambulate in di
lectione.oſtendit in quo talis imitatio debꝫ
eſſe.quia in dilectione.oſtendit etiã modum
⁊ formã talis imitatiõis. quia ſicut chriſtꝰ
dilexit nos.ſic nos eñ inuicem debemus di-
ligere ſicut ⁊ chriſtus dilexit nos.qui in tã-
tum dilexit nos ꝙ tradidit ſemetipm ꝓ no-
bis oblationem et hoſtiam deo in odorem
ſuauitatis. Oblationem quãtum ad flagel-
la crucem antecedentia. hoſtiã quantũ ad
ipam mortem. Hebre.x. Chriſtus ſemel ob
latus eſt ad multorũ exhaurienda peccata.
Item vna oblatione conſũmauit in ſempi
ternum ſanctificatos. In odorē ſuauitatis
id eſt placantē deum patrē mundo ⁊ ipĩ deo
patri placentem. Geñ.xvij. Ecce odor filij
mei ſicut odor agri pleni cui benedixit dñs.
Et nota ꝙ redolent contrita ſicut ſpecies.
ſic ⁊ chriſtus.yſa.liij. Attritus eſt propter
ſcelera noſtra. Item redolent combuſta vt
thus. ſic ⁊ chriſtus qui fuit agnus aſſatus
in ſtipite crucis. Item redolent effuſa ſicut
vinum.ſic ⁊ chriſtus effuſus fuit quando d
ipo ſanguis ⁊ aqua emanauit. p̃s. Sicut
aqua effuſus ſum V Circa hoc primũ
membrum ad edificationem noſtrã videa-
mus quõ ⁊ in quibus debeamus deũ imita-
ri. Ubi nota ꝙ aliqui volunt deũ ſtulte imi
tari.vt filij zebedei qui volebãt cũ deo reg
nare in celo ſed nõ crucifigi in cruce.quod
nõ poteſt eſſe. math.xvj. Si quis vult poſt
me venire.ſcꝫ ad regnũ abne.ſemet.⁊ tollat
cru.ſuã ⁊ ſequatur me ſcꝫ ad crucē. Aliqui
volunt deũ imitari peruerſe. quia vt dicit
Augu. Omnis peccatõr peccando vult deũ
imitari.vt ſuperbus appetendo excellentiã
boni q̃ maxime in deo eſt. Ecci.xxiiij. Ego
in altiſſimis habito.in quo Lucifer voluit
deũ imitari.yſa.xiiij. Ponã ſedem meã ad
aquilonē ⁊ ſi.ero alti. Ut luxurioſus ⁊ gu-
loſus appetendo delectationeꝫ que ſũme in
deo eſt. p̃s. Delectatiões in dextra tua vſqꝫ
in finē. Ut accidioſus appetendo quietem
que perpetua eſt in deo in quo omnes ſãcti
requieſcũt.yſa.xxxij. Sedebit populus me-
us in pulcritudine pacis.in tabernaculis fi
ducie.in requie opulenta. Ut auarus appe
tendo diuicias que opulentiſſime ſunt ĩ deo
Prouer.viij. Mecum ſunt diuitie ⁊ gloria
opes ſuperbe id ē magne ⁊ alte. Ut iracun
dus appetendo vindictam inimicorum quã
maxime exercet deus.matth.x. Timete eum
qui poſtq̃ occi.cor.habet poteſta.aĩ.mit.
gehē. Omnes iſti peruerſo mõ deum imita
ri nituntur.quia qui vult exaltari vt ſuper
bus oportet eum primo humiliari. Lu.xiiij
Omnis qui ſe hu.exaltabitur. Et qui vult
delectari vt guloſus ⁊ luxurioſus. oportet
primo ieiunare ⁊ penuriam pati. Primo
enim in vigilia ieiunatur q̃ꝫ comedatur ĩ fe-
ſto. j.corinth.xj. In fame ⁊ ſiti ⁊ in ie. mul
in la.⁊ erũ.in vi.mul.in frigore ⁊ nudi. Et
qui vult quieſcere vt accidioſus oportet p̃-
mo laborare. Ecci.lj. Modicũ laboraui et
inueni mihi multam requiem. Et qui vult
ditari vt auarus oportet primo ſpauperem
fieri.mat.v. Beati pauperes ſpũ quõm ip-
ſorum eſt regnũ celorũ. Et qui vult vindi-
cari vt iracundus oportet primo parcere ⁊
relinquere vindictam deo. Rom.xij. Mihi
vindictam ⁊ ego retribuam dicit dominus.
Quidam imitantur deum bene ⁊ ſapien
ter.⁊ iſti ſunt filij chariſſimi qui imitantur
deum quantum ad ſeptem. X Primo
in lumine ſapientie.quia qui ignorat igno-
rabitur.j.corinth.xiiij. Et quia neminē dili
git deus niſi eum qui cum ſapientia inhabi
tat. Sap.vij. propterea dicitur matthei.x.
Eſtote prudentes ſicut ſerpētes. Et ido ſtu
dent in ſcientia dei.vadunt ad p̃dicationem
vt illuminētur. Sic ſecutus eſt eũ Augu.⁊

alij doctores. Quidam vero homines mali ſunt ſimiles noctuis .qui ſemper in tenebris cupiũt habitare. Job.iiij. Omnis qui male agit odit lucem. Secundo in puritate vite ⁊ conſcientie.q2 ſicut filius dei pure ⁊ ſancte vixit ſic ipſi viuere nitũtur. Job xxvij. Nec reprehendit me cor meũ in omĩ vita mea.j.corinth.iiij. Nihil mihi cõſcius ſum. Qnia vt dicitur ſap.j. Spũſſanctus ñ habitat in cor.ſub.pec. Sic ſecutus eſt euʒ ſanctus benedictus ⁊ beatus dominicus et alij qui ſine peccato mortali vixerũt Tercio in feruore charitatis ⁊ beniuolentie.q2 ſicut filius dei pro ſalute noſtra poſuit animam ſuam. ita ipſi pro dei honore ⁊ proximorũ ſalute animas ſuas ſunt parati ponere.ij.corinth.xij. Ego autem libenter impẽdam vt ſuperimpendar ipſe pro animabus veſtris.j. Joh.iij. Quõ iſte animã ſuã pro nobis poſuit ⁊ nos debemus pro fratribus animas ponere. Sicut ſecuti ſunt eum apoſtoli de quibus dicitur actuũ.v. Ibant apoſtoli gaudentes a conſpe. conſi.quõm digni habiti ſunt pro nomine ieſu cõtumeliã pati

Quarto in largitate munerũ ⁊ beneficẽtia. quia ſicut chriſtus omnibus benefecit. iuxta illud actuũ.x. Qui pertranſijt benefaciendo ⁊ ſanando oẽs oppreſſos a dyabolo ſic ⁊ ipſi omnibus benefacere nitũtur ac etiã inimicis.mat.v. Diligite inimicos ve.benefa.his qui oderũt vos orate pro perſeqñ.⁊ calũ.vos. Sic ſecutus eſt eum dauid qui fecit miphiboſeth nepotẽ inimici ſui capital' de menſa ſua comedere.vt patet.ij.Reg.ix. Sic ſecutus eſt eũ beatus ſtephanus qui ꝓ ſe lapidantibus deũ ſlexis genibus exorauit vt patet actuũ.vij. Hebre.xij. Beneficentie autem ⁊ cõmuoionis nolite obliuiſci.talibus enim hoſtijs promeret deus. Sic beatus laurentius theſauros eccleſie dedit pauperibus. Sic paulinus nolanus epus dedit ſeipm̃ vidue pro eius filio redimendo.vt dicit grego.in dyalo. Quinto in amore pacis ⁊ cõcordie.quia ſicut filius dei pacificauit cũ ſuo ſanguine ſiue q̃ in celis ſiue que ĩ terris ſunt.vt dicit apl's col.j. Et in pa.fa. ẽ locus eius.ps. Et ingrediens mundũ per angelos pacem ãnũciari fecit. Luce.ij. Et vadens per mundum apl'is ſuis pacẽ imprecari mandauit dicens. In quamcũq3 domũ intraueritis primũ dicite pax huic domui. Lu.x. Et egrediens mũdum nobis legauit pacem dicens. Pacem relinquo vobis pacem meam do vobis. Joh.xiiij. Sic ipſi nituntur inter homines pacem habere. Ro.xij. Si fieri poteſt quod ex vobis eſt cum omnibus hominibus pacem habentes. Hebre.xij. Pacem ſequimini cum omnibus ⁊ ſanctimoniam ſine qua nemo videbit deum Sic ſequuntur eum omnes boni religioſi q ⁊ inter ſe pacem dei ponunt .⁊ inter diſcordes pacem reformare nituntur vt veri filij dei.mat.v. Beati pacifici quõ filij dei vocabuntur. Sexto in patiẽtia aduerſitatis ⁊ contumelie. quia ſicut filius dei aduerſa ſuſtinuit patienter ⁊ expulſionem ⁊ falſam accuſationem ⁊ flagellationem ⁊ mortem. iuxta illud yſa.liij. Tanq3 ouis ad occi.du. ſic ⁊ ipſi omnia aduerſa patienter ⁊ cũ gaudio perferunt. Hebre.x. Rapinam bonorũ ve.cum gau.ſu. Sic ſecuti ſunt eũ martyres de quibus cantamus. Ceduntur gladijs more bidentium non murmur reſonat non querimonia ſed corde tacito mens bene cõſcia conſeruat patientiã. Septimo in cõſũmatione operis ⁊ perſeuerantie. q2 ſicut filius dei in bonis operibus vſq3 ad mortẽ perſeuerauit.iuxta illud Joh.xvij. Opus conſũmaui quod dediſti mihi vt faciam.ſic ipſi vſq3 ad mortem in bonis operibus perſeuerant.j. Thi.vj. Bonum certa.certaui cur.conſu.fidem ſeruaui. In cuius figura mandatum eſt in lege Leui.iij.ꝙ ſemꝑ caudа animalia deberet cum corpore immolari. Et ſic patet primum. Secundo a peccatis que corpus maculant ⁊ famam denigrant nos ſpecialiter dehortatur dicens. Fornicatio autem que eſt ſoluti cũ ſoluta. ⁊ omnis immundicia.id eſt omnis pollucõ ſiue naturalis ſiue contra naturam.ſiue cuʒ alio.ſiue cum alia.ſiue ſecum.ſiue cũ ſoluta ſiue cum non ſoluta.ſiue quocũq3 mõ illicito.de qua Ro.j. Tradidit illos deus in deſiderio cordis ſui in immundiciam. Aut



auaricia.que extenuat corpus ⁊ vexat animam ⁊ denigrat famam. Quia vt dicit boecius. Auaricia odioſos.largitas autem ſemper caros facit. Prouer.xv. Qui ſectatur auariciam conturbat domum ſuã. Omnia hec non ſolum non ſint in vobis.ſed nec nominentur in vobis ſcʒ ab alijs per probabilem ꝑſumptionem.ſicut decet ſanctos. q nõ ſolum debent abſtinere a malo. ſed ab omĩ ſpecie mali. ſicut dicit apl'us.j.theſ.v. Ab vtroq3 enĩʒ ſurgit infamia.yſa.xiiij. Perdã nomen babylonis ⁊ reliquias ⁊ progeniem ⁊ germen. Ecci.xlj. Curam habe de bono nomine. Quia vt dicitur prouer.xxij . Melius eſt nomẽ bonum q̃ diuitie multe. Aut turpitudo non nominetur in vobis.hoc eſt non ſolum peccata carnis nõ ſint in vobis nec nominentur in vobis. ſed etiã acceſſoria ad peccatum carnis non nominentur in vobis.vt turpitudo que conſiſtit in oſculis ⁊ tactibus inhoneſtis. Legitur in vitaſpatrum de quodam ſancto viro .qui manus ſuas inuoluit ne tangeret ipius ſue matris manus.⁊ indignanti matri reſpondit. Caro mulieris ignis eſt. Prouerb.vj. Nunquid poteſt homo abſcondere igniem in ſinu ſuo vt veſtimenta illius non ardeant. Sic qui ingreditur ad vxorem proximi ſui non erit mundus cum tetigerit eam. Aut ſtultiloquium .quod conſiſtit in verbis carnalibus et diſſolutis ad ip̃m opus carnis prouocantibus ⁊ inducentibus.de quo ecci.ix. Colloquium illius quaſi ignis exardeſcet. Aut ſcurrilitas que ad rem non pertinet. que ↄſiſtit in leuitate et mollicie verborum. aut quando quis leuia verba loquitur ⁊ demulcentia q̃ ad nullam rem bonã pertinent .ſed ſolum ea loquitur vt placeat mulieri.etſi ñ videantur directe ordinata ad luxurie actũ ſed ex quadam vrbanitate procedere videantur. Que vt dicit glo.a ſtultis curialitas appellatur.a nobis autem vocatur affabilitas. Ber. Hodie ſcurrilitas affabilitas.et maturitas appellatur.q̃ crudelitas iudicaſ. Idem. Memento os tuũ diuinis oraculis conſecratum. Quicquid ergo ex eo ocioſuʒ vel immundum exierit ſacrilegium puta. Et ideo a talibus verbis penitus abſtinendum eſt. Quia vt dicit apl's.j.corinth.xv. Corrumpunt bonos mores colloquia praua.j.pe.iiij. Siquis loquitur quaſi ſermões dei. Et hoc eſt quod ſequitur. Sed magis gratiarũ actio ſup.nominentur in vobis vt vno ore glorificetis deum. yſa.lj. Gaudiũ ⁊ leticia inuenietur in ea gratiarum actio ⁊ vox laudis. Et nota ꝙ ſupradicta acceſſoria ad peccatũ carnis ſcʒ turpitudo ſtultiloquium ⁊ ſcurrilitas nõ ſemper ſunt peccata mortalia.⁊ ideo pena que ſubinfertur non reſpicit omnia ſupradicta.ſed ſolũ peccatum luxurie ⁊ auaricie.vt patet litteram intuenti. Et ſic patet ſecundum. Tercio vt a talibus abſtineamus penam magnam minatur dicens. Hoc autem ſcitote intelligentes ſcilicet ſcripturas ꝙ omnis fornicator exercens luxuriam cum ſoluta.aut immundus exercens indifferenter vel in ſe vt molles.vel cum quacũq3 alia perſona.aut auarus quod ſcilicet auarum eſſe eſt ydolorum ſeruitus.id eſt ſeruire ydolo.ſeruit enĩ auarus pecunie. non habet hereditatem in regno chriſti ⁊ dei.id eſt non habebit gloriam que cõſiſtit in humanitate ⁊ deitate xp̃i Johã.xvij. Hec eſt vita eterna vt cognoſcant te ſolum verum deum ⁊ quem miſiſti ieſum chriſtum. Et hec ẽ vt dicit criſo.prĩcipalis ⁊ ſubſtantialis pena damnatorũ ſcʒ ab eterna gloria ſeparari ⁊ carentia viſionis diuine Secũdaria vero pena damnatorum eſt applicatio ad tormenta.ij.corinth.vj. Nolite errare.neq3 adulteri neq3 molles neq3 maſculorum concubitores regnum dei poſſidebunt. Et ſic patet ꝙ hic non inſerit peccata acceſſoria ad fornicationem que ſupra tetigit. Et ſic patet tercium. Quarto errorem quorundam impunitionem peccatorũ aſſerentium vt liberius peccare poſſint remouere conatur dicens. Nemo vos ſeducat inanibus verbis promittens impunitatem peccantibus.ſicut iſti qui mutuo ſe inuitant ad peccandum. Sap.ij. Venite fruamur bonis que ſunt tanq3 in iuuentute celeriter. Et addunt. Nemo eſt agnitus qui ſit reuerſus ab inferis.col.ij. Videte ne quis

vos ſeducat per philoſophiam et inanem
fallaciam ſm traditionem hominū. Prop-
ter hoc enim venit ira dei. id eſt punitio ⁊
vindicta .quam deus inferens ſe habet ad
modum irati.in filios diffidentie.id eſt i il-
los qui diffidunt de dei iuſta retributione.
nec ipam credunt.nec ipam curant.hoc em̄
maxime diſplicet deo. propter hoc enim fa
ctum eſt diluuiū ⁊ ſodoma ſubuerſa.Eccl.
xvj.Ne dicas a deo abſcondar.⁊ ex ſummo
quis operis mei memorabitur. in populo
magno nō agnoſcar. que eſt anima mea in
tam immenſa creatura.yſa.xxviij.Percuſ
ſimus fedus cum morte.⁊ cum inferno feci
mus pactum.Flagellum inundans cū trāſie
rit nō veniet ſuper nos. Talis eſt ergo pēa
ſeducentium ⁊ impunitatem aſſerentiū. Et
ideo nolite effici participes eorū neqȝ i cul
pa neqȝ in pena.Et ſic patet quartū Qui
to quare tales in ſuo errore ſequi nō debea
mus.ſed vt filij lucis ambulare rationeȝ ⁊
cauſam aſſignat dicēs.Eratis em̄ aliquādo
tenebre.quaſi di.ſi tales ſeqbamini in ſuo er
rore in ſtatu ignorantie. ante cōuerſionē ad
fidem quādo eratis tenebre magis erat to-
lerandum.Erant em̄ denſe tenebre per ori-
ginalem culpā expanſam ſuper humanam
naturā.Job.xxxvij.Omnes quippe inol-
uimur tenebris.Sed denſiores tenebre erāt
per ignorantiaȝ legis dei ſuper intellectum
expanſam.j.Regū.ij.Impij in tenebris cō
ticeſcent. Sed denſiſſime tenebre erant per
actualem culpam ſuper affectum ⁊ volun-
tatem protenſam.quales fuerunt in egipto.
Sap.xvij.A vinculis tenebrarum ⁊ longe
noctis compediti incluſi ſub tectis iacuerūt
Et ideo ſi tūc errabāt non erat mirum. ſed
modo nō eſt ferendum.quia eſtis lux in do
mino illuminātē ⁊ per lumen gratie effugā
te tenebras originalis ⁊ actualis culpe.⁊ p
lumen ſapientie dei effugāte tenebras igno-
rantie vt videatis quid ſit agendum. math
v.Vos eſtis lux mundi.⁊ Phil.ij.Inter
quos lucetis ſicut luminaria in mundo. Et
ideo ambulate vt filij lucis ſcȝ chriſti .qui
eſt lux vera q̄ illuminat omnē hominē.Jo
hā.viij.Ego ſum lux mūdi. Et ſic ābulare

debetis propter magnū fructū percipiendum
quia fructus lucis eſt in omni bonitate.q̄-
tum ad interiorem intentionē.⁊ iuſticia q̄-
tum ad exterius opus.⁊ veritate quantum
ad ſermonem.quaſi di.Fructus lucis ē op⁹
perfectum ⁊ i intentione ⁊ in opere ⁊ in ſer
mone.Et ideo fructus lucis eſt bonus ⁊ ve
rus ⁊ iuſtus.⁊ ideo in luce vt filij lucis ā-
bulare debemus. ¶ Notandum ergo
ꝙ tunc vt filij lucis ambulabimus quando
ſm lucis proprietates operabimur .que ſūt
quattuordecim. Primo enim lux eſt om
nium virtutum corporum celeſtium ad ter
ram delatiua.eſt enim quoddam vehiculuȝ
virtutum corporum celeſtium. Sic ⁊ filij
lucis recipiunt maxima dona a deo. et iſta
effundunt ad edificationem ⁊ proximorum
ſalutem.Actuū.xxij. Non enim ſubterfugi
quo minus āнunciarem vobis omne conſi-
lium dei. Peccatores autem filij tenebra-
rum dona dei abſcondunt.⁊ ideo ab homi-
nibus maledicuntur. Prouer.xj. Qui abſ-
condit frumenta maledicetur in populis .
Secundo lux eſt tenebrarum expulſiua.
Sic filij lucis tenebras peccatorum ⁊ igno
rantie ab hominibus expellunt.ipos per do
ctrinam ⁊ bona exempla illuminando.⁊ ip
ſos a peccatis retrahendo ⁊ abſoluendo.
Matthei.v.Vos eſtis lux mundi. Johā.
xx. Accipite ſpiritumſanctum quorum re-
miſeritis peccata remittuntur eis. Pecca-
tores autem filij tenebrarum nituntur te-
nebras immittere ⁊ dictis ⁊ actis proximos
excecare. Tercio lux eſt caloris generati
ua.ſol enim ratione lucis quam emittit ca-
lefacit. Unde philoſophus dicit ꝙ noctes
plenilunij ſunt alijs calidiores.Sic filij lu
cis ignem amoris recipientes eundem ignē
accendunt in cordibus proximorum.Quia
vt dicit gregorius.Amor dei nunq̄ ē ocio-
ſus operatur enim magna ſi eſt.ij.corint.v.
Charitas chriſti vrget nos ſcȝ in vob amo
rem generare. Peccatores autem filij tene
brarum nituntur hunc ignem in ſe ⁊ i alijs
extinguere.⁊ ſolum ſe diligunt ⁊ vtinā bn̄.
Quarto lux eſt incorruptibilis.tranſit el
per feda ⁊ non corrumpitur nec fedat.Sic



filij lucis in fece mundi et cum mundanis
lutoſis cōuerſantes in ceno eorum nō fedā
tur.quia a malis non ſumunt exemplum.ſȝ
a bono ſi quod agūt.dimittunt enim ſentes
⁊ accipiunt roſas.Johā.j.Lux in tenebris
lucet ⁊ tenebre eam non comprehenderunt
Ro.xij.Noli vinci a malo ſed vince in bo
no malum. Peccatores auteȝ filij tenebra-
rum in operibus malis aliorū totaliter cor
rumpuntur accipiētes exemplum de malis
⁊ non de bonis.vt de fornicatione magdale
ne ſed non de penitentia.⁊ de negatione pe-
tri ⁊ non de lacbrymatione. Quinto lux
eſt ſolis ſecutiua.Sic filij lucis chriſtū ſo-
lem iuſticie in omnibus ⁊ in preceptis ⁊ in
conſilijs ſequi nituntur. Luce.v. Relictis
omnibus ſecuti ſunt eum. Peccatores au-
tem filij tenebrarum non ſolum non ſequū
tur deum ſed vadunt contra deū. Job.xv.
Cucurrit aduerſus deum erecto collo. In
eodem.xxiiij.Ipi rebelles fuerunt lumini.
Qui dixerunt domino.recede a nobis ſciē-
tiam viarum tuarum nolumus. Job.xxj.
Sexto lux eſt diſcordium conciliatiua
vt patet in elementis.que vt dicit phus me
diante luce in corporibus mixtis cōiungū-
tur.Sic filij lucis inter ſe cōcordant i vna
fide ⁊ in bono propoſito ſeruiēdi deo. Act.
iiij.Erat iſtis cor vnum ⁊ anima vna in do
mino. Item inter diſcordes paceȝ reforma
re nituntur.iſtum imitantes vt filij pacis.
qui pacem inter deum ⁊ homines fecit. et
homines ydola colentes ad vnitatem fidei
⁊ cultus reduxit.j.corinth.j. Obſecro vos
per miſericordiam dei vt idipm dicatis om
nes ⁊ non ſint in vobis ſciſmata. Peccato
res autem filij tenebrarum non habent pa
cem.yſa.xlviij.Non eſt pax impijs vt dicit
dominus.Sed guerras ⁊ diuiſiones faciūt.
iſtum imitantes cuius membra ſunt ſcȝ dya
bolum.qui primos rebelles in celo ⁊ p̄mos
confirmatos exules a paradiſo terreſtri fie
ri procurauit.Sap.ij.Imitātur autē illuȝ
qui ſunt ex parte illius.Sed attende ꝙ ali-
quando faciendum eſt vt paulus fecit. qui
dum phariſei ⁊ ſaducei eſſent cōgregati cō-
tra eum vt eum percuterent ⁊ morti trade

rent.non poſuit inter eos pacem ſed ſciſma
dicens ſe phariſeum ⁊ phariſeorum filium
Propterea phariſei et ſaducei adinuicem
ſunt rixati ⁊ paulus manus eorum euaſit.
Sic permittit deus iſtos magnos rixari ad
inuicem ne paruulos opprimant. Et nos
etiam facere debemus. Septimo lux eſt
hominum letificatiua.Unde qui lucē non
vident gaudere perfecte non poſſunt. Tho
bie.quinto.Quale gaudium mihi erit .qui
in tenebris ſedeo ⁊ lumen celi non video .
Sic filij lucis tam de perfecta ſua conuer-
ſatione q̄ȝ de conuerſione peccatorum quaȝ
procurant.celo ⁊ terre ſunt gaudia inferen-
tes.Luce.xv.Gaudium eſt angelis dei ſu-
per vno peccatore penitentiā agente. Pec
catores autem filij tenebrarum de perditio
ne ſua angelos dei ⁊ eccleſiam militantem
⁊ triumphantem contriſtant. Yſaie.xxxiij.
Angeli pacis amare flebunt. Contriſtant
etiam proximos inſontes damnis ⁊ iniurijs
perſequentes. Prouerbiorum primo. Abſ-
condamus tendiculas contra inſontem fru
ſtra.deglutiamus eum quaſi infernus viuē-
tem.ſit lex noſtra lex iniuſticie. Octauo
lux eſt colorum ypoſtaſis ⁊ ipſorum repreſē
tatiua.Color enim eſt ipa lux incorporata.
Eſt etiam lux medium quo color videtur.
⁊ ideo vbi lux non eſt color videri non po-
teſt.Sic filij lucis omnes colores ⁊ pulcri
tudines eccleſie ſuſtinent tanq̄ baſis ⁊ ipos
manifeſtant. Quia in diuerſis ordinibus et
ſtatibus eccleſie ſeruientes virtutes ⁊ dona
ſpiritusſancti oſtendunt. dum agunt opera
virtuoſa. Actuum primo. Accipietis virtu
tem ſpiritusſancti in vos .⁊ eritis mihi te-
ſtes ſup.in omnibus virtutibus. ⁊ in omni
iudea ⁊ Samaria vſq̄ ad vltimum terre.
Peccatores antem filij tenebrarum omia
confundunt ⁊ virtutes ⁊ dona ſupplantan-
tes in ſeipſis vicia manifeſtant. Romanos
primo.Et ſicut non probauerunt habere de-
um in noticia tradidit iſtos deus in repro-
bum ſenſum vt faciant ea que non conue-
niunt.repletos omni iniquitate. Nono
lux eſt in celo

ſita ſcʒ in ſole et in terra operā lucis facit.
Sic filij lucis in celo conuerſantur ⁊ in ter
ra operantur. Phil.iij. Noſtra cōuerſatio
in celis eſt. Hebre.xiij. Non habemus hic
manentem ciuitatem ſed futurā inquirimus.
Una a vt dicitur matthei.vj. Ubi eſt the
ſaurus tuus ibi eſt ⁊ cor tuum. Theſaurus
autem filiorum lucis chriſtus eſt. qui eſt in
celo ad dexteram dei ſedēs. Peccatores au
tem filij tenebrarum conuerſantur ſolum ī
terra. in terrenis bonum ſuum conſtituētes
Sap.ij. Uenite fruamur bonis a iuuentu
te celeriter. quō hec eſt pars noſtra. ⁊ nō eſt
agnitus qui ſit reuerſus ab inferis. ⁊ poſt h
erimus tanq̄ non fuerimus. Decimo lux
eſt fluidorum reſtrictiua ⁊ congelatorū re
ſolutiua. vt patet in luto ⁊ glacie. Sic filij
lucis carnalia deſideria deſiuentia per lam
ta penitentie deſiccant ⁊ reſtringūt. Sic bea
tus Benedictus proijciens ſe in vrticas et
vepres. eduxit per vulnus corporis vulnus
mentis. quia voluptatem traxit in dolorem
vt dicit grego. Hebre.xj. Circuierunt ī me
lotis in pellibus caprarum. egentes. angu
ſtiati. afflicti. errantes in montibus ⁊ in ſpe
luncis ⁊ in cauernis terre. Manus etiam q̄
erant per auariciam conſtricte. reſoluunt
bona ſua pauperibus largiendo. ps. Diſp
ſit dedit pauperibus. Peccatores autē filij
tenebrarum defluunt totaliter per carnalia
deſideria ⁊ terrena. ⁊ per auariciam cōſtrin
guntur. ps. Conglutinatus eſt in terra ven
ter noſter. Undecimo lux eſt perditorum
reinuentiua. quia que homo de nocte per
dit apparente luce reinuenit ⁊ apportat. ſic
filij lucis animas perditas in tenebris pec
catorum per lumen gratie reinuenire ⁊ pi
ſcari conantur deo cuius ſunt deuoti offe
rentes. Matthei.iiij. Faciam vos fieri pi
ſcatores hominum. Peccatores autēʒ filij
tenebrarum nituntur animas ſuas ⁊ aliorū
per errorem ⁊ mala opera perdere. ij. Thi.
iij. Mali autem proficient in peius erran
tes ⁊ in errorem mittentes. Duodecimo
lux eſt omnium fructuum productiua. vbi
continue ſunt tenebre nihil naſcitur. Sic

filij lucis duodecim fructus quos apoſtolus
ponit ad galathas.v. omēs producūt. Sūt
enim lignum vite afferens fructus duode
cim per ſingulos menſes vt dicitur Apoca.
xxij. Ad litteram etiam omnia bona mundi
producunt. quia cum ipi ſint filij dei ⁊ om
nia bona ſint filiorum. ⁊ propter illos deus
omia bōa producat. ſequitur q ipi ſint cau
ſa omnium bonorum. Peccatores autem
filij tenebrarum nihil producunt boni niſi
ſpinas ⁊ tribulos. ⁊ ideo ſicut ſpine igne cō
burentur. Matthei.xiij. Ligate eos faſci
culos ad comburendum. Tredecimo lux
eſt quorundam athomorum inuiſibiliuʒ. vt
ſint viſibiles factiua. vt patet in ſpera ſolis
domum ingrediente in qua predicti athomi
conſpiciuntur. Sic filij lucis omnia vident
⁊ minimos defectus ſuos conſiderant. et
ideo ſemper ſe defectuoſos reputant. Jaco
bi.iij. In multis quidem offendimus om
nes. ⁊ ſi dixerimus quia peccatum non ha
bemus ipi nos ſeducimus ⁊ veritas in nob
non eſt. prima Johānis.j. Unde iſta ſācta
animalia de quibus dicitur ezechielis prio.
⁊ apocalip.iiij. per que ſancti viri deſignan
tur erant oculis vndiq plena. Peccatores
autem filij tenebrarum non vidēt in domo
ſua. id eſt in anima niſi trabes magnas. id ē
peccata mortalia. Uident etiam ſi quid ma
le viſibile eſt. ſimiles hely ſacerdoti qui nō
poterat videre lucernam dei anteq̄ʒ extigue
retur. ita ipi nihil clarum poſſunt videre. ſʒ
quod eſt male fumigans. ſimiles etiaʒ noc
tuis que in lumine excecātur ⁊ in tenebris
vident. Sap.ii. Excecauit eos malicia eo
rum. Quartodecimo lux eſt quarundam
auium lucem odientium expulſiua. Sic filij
lucis hereticos lucem odientes ⁊ in tene
bris habitantes expellunt. Peccatores au
tem filij tenebrarum eos defendunt ⁊ acce
ptant. cum eiſdem in foueam decidentes.
Matthei.xv. Si cecus cecum duxerit am
bo in foueam cadent. Et ſic patet totum.

Sequitur dominica quarta.

## Dominica quarta de euan gelio ſermo. xxxix

Abijt ieſus trans mare galilee
quod eſt tiberiadis. Johā.vj.
Sicut dicitur eccl.xj. In die
bonorū ne immemor ſis malo
rum. ⁊ in die malorum ne ime
mor ſis bonorū. Unde temperantia vna vir
tus cardinalis eſt. per quā homo tēperate
proſperis debet vti. qd maxime fit per me
moriam aduerſorū q̄ poſſunt homini defa
cili euenire. Fortitudo autē eſt alia virtus
cardinalis poſita ex aduerſo. per quā homo
in aduerſis quibuſlibet nō frāgitur. qd ma
xime fit per memoriam boni qd homo ſpe
rat per patientiam aduerſorū. Propterea
apoſtolus Ro.v. dicit. Sed ⁊ gloriamur in
tribulationibus ſcientes q tribulatio patiē
tiam operatur. patientia autē probationem
probatio vero ſpem. ſpes autē nō confūdit
Et ideo ſancta mater eccleſia timēs fideles
propter cōtinuum ieiuniū ⁊ onus penitētie
iam grauatos deficere. in hac dominica io
cunda omnia repñtat. Nā officiū nocturnū
eſt de liberatione filiorum iſrael. per quam
noſtra liberatio a vicijs ⁊ a dyabolo deſig
natur. miſſa etiā tota apparet iocunda. vt
in introitu miſſe ⁊ in epiſtola ⁊ in euāgelio
patet. Dñs etiā papa eccleſie pater ⁊ rector
tenet hodie in manibus roſam aureā. ⁊ in
duit ſe pōtificalibus ornamentis. In pñti
autem euangelio vnum maximum conuiui
um quod chriſtus fecit. ⁊ maxima populi
leticia recitatur. In quo quidem euangelio
quinq ſummarie continentur. Primum ē
tranſitio maris facta a ieſu cum ſequela po
puli numeroſa. in principio euangelij. Se
cundum eſt eleuatio oculorum chriſti. ⁊ in
terrogatio pro ciborum penuria ſerioſa ibi
Cum ſubleuaſſet ergo oculos ieſus. Terci
um eſt philippi ⁊ andree reſponſio defectuo
ſa. ibi. Reſpondit ei philippus. ducentorūʒ
denariorum panes non ſufficiūt eis ⁊c. Et

ait andreas. Eſt puer vnus hic ⁊c. Quar
tum eſt populi refectio miraculoſa. ibi. Fa
cite homines diſcumbere. Quintum ē lau
datio et cōfeſſio gratioſa. ibi. Illi ergo ho
mines cum vi. q fe. ſi. di. Primo ergo po
nitur tranſitio maris facta a ieſu cum ſeq̄la
populi numeroſa. Et hoc eſt. Abijt ieſus
trans mare galilee. Circa qd nota q euan
geliſta more hebraico loquitur. appellans
mare quoddam ſtagnum qd egrediebatur a
iordane ⁊ qd fiebat ex iordanis extenſione.
qd dicitur mare galilee a circumſtante re
gione. Sed mare tyberiadis dicitur a tybe
riade ciuitate proxima ſic nominata. eo q ī
honore tyberij ceſaris olim fuerat fabrica
ta. Idem etiā ſtagnum genazareth appella
tur a natura lacus. eo q criſpātibus vndis
generat ex ſe auram. Hoc tranſijt ieſus cū
diſcipulis ſuis in barcha. ⁊ aſcendit montē
ex oppoſito ſitum. Erat autem proximū pa
ſcha iudeorum. ſcʒ dies azimorum. in quo
Johānes baptiſta decollatus eſt. Et ſeque
batur eum multitudo magna. quidā vt ſa
narentur vt infirmi. quia virtus de illo exi
bat ⁊ ſanabat omnes. Lu.vj. Quidam vt
inſtruerētur ⁊ in dei amore accenderentur.
vt apoſtoli ⁊ diſcipuli qui erant q̄dā turba
per ſe. Luc.vj. Deſcendens ieſus de monte
ſtetit in loco cāpeſtri ⁊ turba diſcipulorum
eius cū eo. Habebat enim verba luminoſa
⁊ igne ſpūſſancti accenſa. Aliqui vt vide
rent. vt vani. qui vadunt ad predicationeʒ
ad videndum ⁊ non ad diſcendum. matthei
xij. Domine volumus a te ſignum videre.
Quibus ait. Generatio mala et adultera
ſignum querit. Quidam vt obſeruarent eū
vt ſcribe ⁊ phariſei. Luce.xiiij. At illi ob
ſeruabant illum. Quibus multi ſunt ſimiles
qui de predicatione nichil reportant niſi id
quod aliquando incaute vel minus ponde
roſe dicitur. ⁊ illud diuulgant in plateis et
vicis. Quidam vt cum eo manducarent. vt
guloſi. nihil niſi vitam pinguem corporis
appetētes. Johānis.vj. Quęritis me quia
manducaſtis

ex panibus meis et ſaturati eſtis. O quot
ſunt hodie ſimiles illis .qui ſolum propter
cōmodum tēporale chriſtum querunt: et ſi
chriſti patrimonium eſſet tenue ſicut ē pin-
gue penitus in eo nō remanerent. Malach
j. Quis eſt in vobis qui claudat hoſtia et
accendat altare meū gratuito. De quibus.
chriſtus dicit mat. v. Amen dico vo. re. me
ſuā. Miſtice autē per mare pñs ſeculum d
ſignatur. multis fluctibus cōquaſſatum. qd
ieſus in carne aſſumpta tranſiuit. omēs ei⁹
fluctus ꝛ amaritudines degustando. vt no-
bis compateretur per omnia. Hebre. iiij.
Nō habemus pō. qui nō poſſit cōpa. infir.
no. temptatū aūt per omnia. Et poſtq̄ ma-
re tranſiuit aſcendit in montē maieſtatis ſue
in excelſis per gloriā reſurrectiōis. mar. xvj
Dominus quidem ieſus aſſumptus eſt ī ce
lum ꝛ ſe. a dex. dei. Et tunc multitudo ma-
gna vēiebat ad eū. qꝛ videbat magna ſigna
que faciebat. quia poſtq̄ chriſtus celū aſcē
dit miſit ſpūmſanctū apl'is cū ſacco grāruꝫ
ꝛ donorū ꝛ omniū virtutū. quibus ap li to-
tum mundū peragrātes repleuerūt. facien-
do prodigia ꝛ opera miraria ꝛ virtutes. pro-
pter qd totū mundū ad xpm traxerūt. Jo.
xiiij. Qui credit in me opera q̄ ego facio et
iþe faciet. Tūc etiam xps cū maxima mul-
titudine montē glorie ſue aſcēdit qꝛ cū om-
nibus aīabus q̄ ab initio mūdi in ſpe ꝛ fide
beati ſemis requieuerāt. Vn̄ cātamus ī pro
ſa. Redit turmis cū duabus. angelis ꝛ ani-
mabus. Si ergo volumus cū xpo mōtē glē
ſue aſcēdere cū eo mare pariter trāſeamus.
qꝛ q mare nō tranſeūt mōtē glē nō ꝯſcēdūt.
Nō ſtultiſemus cū filijs zebedei q voluerūt
cū xpo vn⁹ a dextris alius a ſiniſtris ī reg-
no eius ſedere. ꝛ nō cū eo in cruce manere.
Et id xps eis dixit. Neſcitis qd petatis. ma
th. xx. Et ſic patet primū. Scdo ponitur
eleuatio oculorū xpi ꝛ interrogatio ꝑ cibo
rū penuria ſerioſa. ibi. Cū ſuble. ocu. Vbi
nota q̄ filius dei leuauit oculos ſue poten
tie ꝛ ſapiētie qn̄ mundū creauit ꝛ ordīauit.
Gen̄. j. Vidit deus cūcta q̄ fe. ꝛ e. val. bōa.
Leuauit oculos ſue iuſticie ꝛ vindicte. qn̄
hōiem d paradiſo expulit. ſed adā voluit ſe
abſcondere. gen̄. iij. Abſcondit ſe adā ꝛ eua
vxor eius a facie dn̄i. ꝛ ait dn̄s. Adā vbi es
Leuauit oculos ſue miſericordie ꝛ gratie.
qn̄ videns afflictionē noſtrā indutus ē car-
ne hūana. ꝛ deſcendit vt nos liberaret. exo.
iij. Vidi afflictionē populi mei qui ē ī egip
to ꝛ deſcendi vt liberē eum. Et ſicut deſcē-
dit per incarnationē ꝛ mortē. ſic aſcēdit per
reſurrectiōis gloriā. ꝛ tūc humanā naturaꝫ
ſūme exaltauit ꝛ in bono repleuit. Eph. iiij
Qui deſcendit iþe eſt ꝛ qui aſcēdit ſup oēs
celos vt adimpleret oīa. Vnde cātamus ī pro
ſa. Alta chriſt⁹ dum conſcendit ſeruis ſuis
mnas appendit gratiarum omniū. Et hoc
eſt quod hic miſtice innuitur. Quia chri-
ſtus poſtq̄ mare tranſierat ꝛ montē aſcen-
derat queſiuit a Philippo. Vnde ememus
panes vt manducent hi. id eſt cuius meri-
tum poterit ſufficere ad totam humanam
naturam ſpūalibus bonis replendā. Certe
nullum niſi meum. quia oportet eſſe meritū
infinitum. Et ideo hoc dicebat temptās eū
iþe enim ſciebat q̄ ſolus iþe poterat hoc fa
cere. Sed litteraliter exponendo quare ma
gis a philippo q̄ ab omnibus alijs de vic-
tualibus ꝛ panibus inquiſiuit. magis enim
a iuda qui loculos habebat petere debebat
Ad quod dicendum q̄ philippus erat d cō
trata illa. id eſt de ciuitate illa vel regione
vel vico. ꝛ ideo magis ad eum pertinere vi
debatur vbi pro paſcendo populo poſſent
victualia reperiri. Chriſtus autem
hoc dicebat temptans eum. Vbi nota q̄ du
plex eſt temptatio. Vna ad malum inclinās
ꝛ hec eſt a dyabolo carne ꝛ mundo. Jac. j
Vnuſquiſqꝫ temptatur a concupiſcentia
ſua. Et hac deus nunq̄ temptat. Quia vt
dicitur Jacobi primo. Deus intemptator
malorum eſt. iþe enim neminem temptat.
Alia eſt temptatio probans. Et hec eſt tri-
plex. quia aut fit vt temptatus innoteſcat
temptanti vel probanti. aut vt innoteſcat
alijs. aut vt innoteſcat ſibiipſi. Primo mō
non temptat deus ſed homo. Eccleſiaſtici.
Quartodecimo caplo. Ex multis loquelis



temptabit te. Secundo modo temptat dns
virum perfectū ad exēplum. gen̄. xxij. Tēp-
tauit deus abraam. Et ſequitur. Nūc cog-
noui q̄ timeas dominum. id eſt cognoſcere
feci. Tercio modo etiam temptat deus vi-
rum perfectum ad humilitatis meritū. qa
homo humiliatur cum ſibi ſua infirmitas
innoteſcit. Et hoc tercio mō xps temptauit
philippum ſicut infirmū in fide. Vnde phi
lippus ſicut imperfectus in fide reſpondit.
Et ideo ſua imperfectio ſibi innotuit q̄ de
chriſto nō perfectā fidem habebat: dū poſt
ea vidit iþm tam grande miraculum operā
tem. debuit em̄ reſpondere. Dn̄e tu omnia
potes. tu omnia ſcis. ꝛ ideo potes panes de
nouo creare. ꝛ de longinquis partibus face
re huc venire. Et ſic patet ſecundū. Ter-
cio ponitur philippi ꝛ andree reſponſio de
fectuoſa. Et primo philippus ad xpi inter-
rogationem reſpondit dicēs. Ducentorum
denariorū panes nō ſufficiunt eis. ꝛc. Tot
denarios habebāt apoſtoli. vt dicit victor.
Secundo beatus andreas ad q̄ſtionē etiam
imperfecte ꝛ cū defectu reſpōdit d. Eſt pu-
er vnus hic qui habet quinqꝫ pa. or. ꝛ du.
piſ. ſed hec quid ſunt inter tantos. Ex quo
beati andree imperfectio patet. quia nō de-
buit dicere. ſed hec quid ſunt inter tantos.
imo debuit dicere. domine ſatis ſūt. quia tu
potes ea multiplicare ꝛ turbā ſatiare. Spi
ritualiter autem ꝛ ad edificationem noſtrā
nota q̄ puer iſte fuit chriſtus. qui fuit puer
id eſt purus totus ꝛ innocens. j. pe. ij. Qui
peccatum nō fecit nec inuē. eſt do. in o. eius
Non autē fuit puer ſenſu vt multi ſemper
ſunt pueri. yſa. lxv. Puer centū annorum
morietur. Qui habuit quinqꝫ panes ordea
ceos. i. quinqꝫ vulnera que ſunt valde aſpe
ra. ſed fuerunt medicinalia. quia ad ſanita-
tem gentium. ſicut ordeum eſt aſperū ꝛ me
dicinale. que vulnera debent comedi. id eſt
ab anima per iugem memoriam ruminari.
Tren̄. iij. Recordare paupertatis ꝛ tranſ-
greſſionis mee. abſinthij ꝛ fellis. memoria
memor ero. ꝛ tabeſcet ī me anima mea. In
cuius ſignū mandatum eſt in lege vt omne
animal nō ruminans eſſet immundum. nec
poſſet deo in ſacrificiū immolari. Leui. xiiij
Debent autē comedi cū duobus piſcibus.
id ē cū vera fide ꝛ ſpe. vt ſ. credamus q̄ il-
la vulnera fuit paſſus chriſtus verus deus
ꝛ verus hō. ꝛ q̄ ea nō pro ſe ſed pro ſalute
hūana paſſus fuit. vt penam reatus noſtri.
quo tanq̄ rei ī carcere inferni detinebamur
exolueret. ꝛ q̄ ex illis vulneribus dū ea pa-
tienter tulit infinitū meritum acquiſiuit. ꝑ
pter quod celum aperuit. Vnde penā exol-
uit. meritū acquiſiuit. celum aperuit. ꝛ hoc
firmiter credere debemus. Debemus etiam
ſperare q̄ virtute iſtius meriti bene opera-
bimur. ꝛ in celum vltimo aſcendemus. Eſt
em̄ ſpes certa expectatio futurorum bono-
rum ex gratia ꝛ merito proueniens. Si er-
go ſic ruminabimus iſtos panes id eſt chri
ſti vulnera atqꝫ penam tunc paſcetur aīa
ꝛ omnia amara pro dulci ſumet. Quia di-
cit greg. Si paſſio chriſti ad memoriam re-
uocetur nihil eſt adeo durū quin equo ani-
mo toleretur. Et ſic non deficiet in via pre
ſentis incolatus. ſed in vtute talis cibi vſq̄
ad celum ſalubriter ambulabit. Hoc fuit
figuratum in helya qui in virtute pāis ſuc
cinericij quē comedit ambulauit quadragi
cedo reſperſa eſt. Quinto inſtruimur ꝙ
gaudium mũdi ad doloroſum finem ducit.
quia vel homo dimittit gaudiũ ꝑ mortem.
vel gaudiũ dimittit hoĩem ꝑ aduerſam for
tunã. vtꝛqʒ aũt dolore pleuum. De primo
eccĩ. xlj. O mors q̃ʒ amara eſt memoria tua
homini pacem hñti in ſubſtãtijs ſuis ⁊ ad
huc valenti cape cibũ. De ſecũdo boe. li. ij.
ꝓſa. iiij. Nam in omni aduerſitate fortune
infeliciſſimũ genus infortunij eſt fuiſſe feli
cem. Sexto inſtruimur ꝙ gaudiũ mundi
blandam ⁊ iocũdam familiaritatẽ habʒ cũ
his quos elidere nititur et cũ quibus pnici
oſe ludit. vt ſunt vana mũdi gaudia poſſi‑
dentes. nam eos de merore in gaudiũ. et de
gaudio in merorem alternãdo tranſducit. ⁊
videtur ludere cũ deludit et blãdire leniter

dum ꝑniciose ꝓſternit. Boe. cũ his quos
eludere nititur blandiſſimã familiaritatem
habet. Idem li. ij. ꝓſa. ij. Hec noſtra vis ẽ
hũc cõtinuũ. ludimus ludũ rotam volubi
li orbe verſamus. dũ infima ſummis ⁊ ſum
ma infimis mutare gaudem⁹. aſcende ſi pla
cet ꝙ ſi nec ex arbitrio retineri põt calami
tates fugiẽs facit ſcʒ fortuna. Quid eſt ali
ud illa fugax q̃ʒ future cuiuſdam calamitatis
indicium. Propter que omnia ⁊ in coꝝ fi‑
gura achor iuſſus eſt lapidari. q2 tulit ali‑
quid de thauris hierico. ioſue. vij. Hierico
interp̃tatur luna. ⁊ ſignat mũdum qui vt lu
na mutatur. Fatuus eſt ergo ⁊ vt fatu⁹ la‑
pidari debet qui gaudia mũdi que ſunt the
ſauri eius ꝑquirit. Hic cadit exemplum de
quodam qui in teſtamẽto reliquit ꝙ centũ
marce argenti darẽtur magis fatuo homi‑
ni de mũdo. Cuius filius volens talem fa‑
tuum inuenire. venit romam ⁊ vidit ibi ex
furia populi ſenatorem ſine cauſa occidi et
aliuʒ eligi. Qui dũ ſederet in throno venit
iſte ⁊ dedit ei dictas centũ marcas aſſerens
ip̃m fatuiſſimũ eẽ ꝙ talem dignitatem acce
pit. Et quis vnq̃ʒ fuit cui ſi fortuna pri⁹ ar
rideat poſtea non ꝓſternat. Certe vt dicit
boetius. Plena eſt pñs etas exemplis ⁊ an
tiquoꝝ vetuſtas. Quot reges ⁊ dñi felici‑
tatem calamitate mutauerũt. Idem Quid
tragediaꝝ clamor aliud deflet niſi indiſcre‑
to ictu fortune felicia regna vertẽteʒ. Etiã
temꝑibus noſtris in tuſcia ⁊ lombardia et
in tota italia ⁊ alemãnia exẽpla in ꝓmptu
patent. Relinquamus ergo vana gaudia
mũdi ⁊ eamus poſt crucem cũ oliua et pal
ma. Oliua ſignat pacem. In cuius figura
columba attulit ramũ oliue noe in archam
in ſignum reddiderat pacem terre. Signat
etiaʒ miſericordiam rõne olei qd̾ ꝓducit. ſi
ergo in hac quadrageſima ꝓximo ex corde
reddimus pacem ⁊ egenis impendim⁹ miſe
ricordiam. oliuã veraciter in manu porta‑
mus. Palma vero ſignificat victoriam. tũ
quia ab antiquis attributa eſt marti qui ẽ
deus belli. tũ quia folia palme ſunt vnita ſi
mul. Omnis em̃ victoria in vnitate cõſiſtit
ſicut omnis ꝑditio ⁊ deſtructio in diuiſione

et guerra. Luce. xj. Omne regnuʒ in ſeip̃m
diuiſum deſolabitur. Signat etiaʒ peniten‑
tiam. quia ſicut palma eſt aſpera ⁊ ſpinoſa
cortice et in ſublimibus habet dulciſſimuʒ
fructum. ſic penitẽtia in mũdo iſto eſt aſꝑa
et ſpinoſa. ſed in celo cõtinet fructum vite
eterne. Si ergo in hac quadrageſima habu
erimus victoriam cõtra dyabolum. mũduʒ
vicia ⁊ peccata. ⁊ cõdignam penitẽtiam fe‑
cerimus de peccatis digne palmã tanq̃ʒ vi‑
ctores in manu portam⁹. Alias erim⁹ vas
vacuũ ſed ſignatum. et circulus ante domũ
in qua penitus nõ eſt vinum. Sicut demo‑
nes dixerũt de quodam iudeo infra crucem
lapideam iacente. vt gre. in dyalogo narrat
Cauẽdum valde eſt ne ſimus ficus illa va‑
cua habens ſolum folia. cui xp̃s maledixit
et radicitus eſt ſiccata qd̾ ſequenti die poſt
hoc feſtum legitur factũ fore. vt pʒ math.
xxj. Dic hoſtiariam. Cuius maledictio fu
it figura coꝝ que hodie in eccleſia contin‑
gunt in fidelibus ramũ oliue indigne portã
tibus atqʒ ficte. Cum appropinquaſſet ie
ſus ⁊c̃. Dicta hiſtoria que in principio de‑
bet dici. in hoc euãgelio principaliter quat
tuor deſcribũtur. Primũ eſt xp̃i caritas et
miſericordia que in geſtoꝝ ſignificatõne de
monſtratur. in principio euãgelij. Secũduʒ
eſt ꝓphale teſtimoniũ qd̾ in cõfirmatõnem
dictoꝝ allegatur ibi. Hoc aũt totum factũ
eſt. Terciuʒ eſt apoſtoloꝝ obediẽtia que in
adimpletõne iuſſoꝝ declaratur ibi. Euntes
autem diſcipuli fe. ſicut p̃ce. eis. Quartũ eſt
populoꝝ ad xp̃m honor ⁊ reuerẽtia que in
ꝓceſſiõe ⁊ in multis alijs manifeſtatur ibi
Plurima aũt tur. ſtra. veſ. ſua in via. Pri
mo ergo ponitur xp̃i caritas ⁊ miſericordia
que in geſtoꝝ ſignificatõne demonſtratur.
Hieruſalem em̃ interp̃tatur viſio pacis.
Bethfage autem erat vicus ſacerdotum
diſtans ꝑ miliare a hierl̃m ad quẽ ibant ſa‑
cerdotes ad quieſcẽdum cõpleto officio ſm̃
ordinem vicis ſuis vt dicit hiero. Interp̃‑
tatur aũt bethfage domus maxillaꝝ. ⁊ ſigni
ficat confeſſionem oris in fidei aſſertõne.
Mons oliueti ꝓpter oleum qd̾ generat ſi‑
gnificat altitudineʒ miſericordie. Chriſtus

ergo ex immenſa caritate qua nos dilexit appropinquare fecit tēpus pacis dei ad homines ac etiam ipē hierlmis appropinquauit loco paſſionis vt ſeipm̄ ꝓ hoibus offerret hoſtiam pacificā. ne vltra in dei ꝯtumacia morarētur. Venit etiaꝫ bethfage dn̄ ficia moraretur. Venit etiaꝫ bethfage dū fidem veram fecit ora hoim confiteri. Et ſic os hois factum eſt domus cōfeſſionis fidei et veritatis ad ſalutem aīe conſequēdaꝫ qḋ prius falſitatem vndiqꝫ eructabat. Ro.x. Corde creditur ad iuſticiam ore auteꝫ confeſſio fit ad ſalutem. Ad montem etiaꝫ oliueti acceſſit. i. ad montē miſericordie ⁊ gratiarꝫ qn̄ omnia peccata pepcit. penā ꝓ peccatis nr̄is in corpe ſuo exoluit. gratis nos redemit. innumeris gratijs ⁊ donis naturā humanā repleuit. et tādem eā in celeſti gloria collocauit. Gal. iiij. c. At vbi. ve. ple. t. mi. deus fi. ſuū fac. ex muli. fac. ſub le. vt e. qui ſub le. erāt re. vt adop. fi. r. Tunc etiaꝫ miſit diſcipulos ſuos ad hoies illuminādūꝫ et abſoluēdum a peccatis eoꝝ. Joh̄. xx. Accipite ſpm̄ſcm̄ quoꝝ re. pec. re. eis. Et hoc ē qḋ ſubdit Tunc miſit duos diſcipulos ſuos ſcꝫ petrū ⁊ philippū vt hylarius innuere vi detur. Duos aūt miſit qꝛ apſi duo neceſſaria ad ſalutem hoim̄ docere debebāt. ſcꝫ fidem que in petro intelligitur ſup quē dei eccleſia eſt fundata. iuxta illud math. xvj. Tu es petrus ⁊ ſup hanc pe. edi. ec. m. Et opa que ꝑ philippū intelligūtur qui os lampadis interp̄tatur. In ore aūt lampadis ardꝫ ignis ſup oleum ⁊ ſignificat opus feruens caritate bona intentōne factum. Nam oleū in lampadibus eſt intentio bona in opibus vt dicit aug⁹. quā quinqꝫ virgines prudentes ſed nō quinqꝫ fatue habuerūt. vt patet math. xxv. Vel duos miſit ꝓpter duo teſta que homies docere debebāt ⁊ ꝓpter duas claues ſcꝫ ſciētiam ⁊ potētiam quas xp̄us apl̄is dedit ad populum ligādum ⁊ ſoluendum. Et nota ꝙ hodierna die vt dicit beda venit hierl̄m ⁊ intrauit templum. ſ. decima luna quinqꝫ diebus ante paſſionem vt daret intelligi ꝙ ipē erat agnus. qui hodie ſcꝫ decima luna debebat ſm̄ legeꝫ inferni in domū. et quartadecima luna ad veſperā immolari. vt patꝫ exod. xij. Sequitur. Ite in caſtellum qḋ cōtra vos eſt. Hierl̄m que fuerat ciuitas regalis dꝛ caſtellum ꝓpter maliciam inhabitātiū in ea. Eccī. xvj. Ab vno ſenſato inhabitabitur ꝑꝛīa ⁊ a tribus impijs deſeratur. Iſtud caſtellum ſignat mūdum quia tūc hierl̄m que caſtellum dꝛ ſeruiebat cum filijs. vt dicit apl̄s gal. iiij. Sic mūdus cū filijs ſuis mūdanis ſeruit vicijs et peccatis qui mūdus eſt contra apl̄os et apoſtolicos viros ⁊ ſeruis xp̄i. in omnibus aduerſatur ſicut ⁊ xp̄o fecit Jo. xv. Si mūdus vos odit. ſcitote qꝛ me pri. o. ha. ſi. me. pſe. ſ. ⁊ vos pſe. Ad hoc caſtelluꝫ oppugnādum miſſi ſunt duo apl̄i ⁊ omnes ſerui xp̄i Et hoc eſt. Ite in caſtellum qḋ cōtra vos eſt. Et nota ꝙ illud caſtellum eſt valde munitum cōtra deū ⁊ ſeruos eius. Nam ꝓ foſſato. ſiue fundo habet cupiditatem q̄ omia deuorat. ſicut belij dolum babilonie. in qḋ foſſatum quāto plura ꝓijciūtur tanto plus creſcit et non pōt repleri: ꝓuer. xxx. Tria ſunt inſatiabilia. infernus os vulue ⁊ terra id eſt cupiditas terrenoꝝ que non ſatiatur aqua. Pro aqua habet carnis voluptateꝫ in qua rane id eſt mala deſideria nutriūtur Vtinā prelati qui hoc caſtrum debent p̄ncipaliter expugnare in hoc foſſato nō ſubmergātur ⁊ ranis egiptioꝝ eoꝝ habitacula nō ſint plena. Murus vero eſt duricia et impenitudo cordis que tota die ꝑcutitur a p̄dicatoribus et ꝑ multa aduerſa cōcutitur et nihil ꝓdeſt. Ezech. iij. Vt adamātem et ſilicem dedi faciem tuam. Turris alta eſt ſuꝑbia vſqꝫ ad celum aſcendens ſicut turris hebel. Inſignia ⁊ vexilla eſt vana gloria. Propugnacula ſunt alia vicia. Iſtud caſtellum fuit ꝑ hierico figuratū. de qua dn̄s ioſue mandauit ꝙ deſtrui deberet ⁊ nunq̄ redificari. Et modum etiaꝫ docuit deſtruēdi ſcꝫ ſepties circūeundo: vt patꝫ ioſue. vj. Septem circuitus ſunt ſeptem conſideratōnes mundi. quibus perfecte inſpectis totus mūdus deſtruitur atqꝫ cadit. Prima quia mūdus ꝑiculoſis ꝑlijs ⁊ labore plenus exiſtit. Job. vij. Milicia eſt vita homis ſuꝑ ter. Secunda eſt quia nullam ſtabilitatem



habet. Eccī. xxvij. Stultus vt luna mutatur. i. mūdus qui ꝓpter antiquitatē dierum deberet ſapiēs eē et ſꝑ ſtultiſat vt puer roſis ⁊ floribus coronatus. Tercia eſt quia totus mūdus poſitus eſt in maligno. j. Johan. v. Quarta eſt quia eſt cōtrarius deo nec poteſt quiſquā deo et mundo ſeruire. Jaco. iiij. Quicūqꝫ voluerit amicus eſſe hu. ſe. ini. dei cōſti. Matth. vj. Non poteſtis deo ſeruire et mā. Quinta eſt qꝛ eſt ypocrita et decipit in ſe ſperantes et fallit. Yſa. xxxvj. Ecce cōfidis ſuper baculū arūdineum ſuꝑ egyptum. id eſt mūdum. cui cum innixus fuerit homo cōminutus intrabit manum ei⁹ et perforabit eā. Egyptus interpretatur tenebra et cōfuſio que competūt mūdo. qui ē exterius ſicut arūdo frondoſus et interius totus vacuus et deformis. Sexta eſt quia cito trāſit. Job. xx. Gaudium ypocrite. id eſt mūdi adinſtar puncti. iſ. iohā. ij. c. Mūdus tranſit et cōcu. e. Septima eſt quia ad penam eternam perducit. matthei. xviij. Ve mūdo ab ſcandalis. Vel aliter ⁊ meli⁹. Dn̄s mādauit deſtrui hierico per hunc modum ſcꝫ vt ſeptem diebus circuirent terram ſed die ſeptima mādauit circuire ſepties. et ſic omnes circuitus ſunt tredecim. qui ſignant tredecim articl'os fidei. ſeptē diuinitatis. et ſex humanitatis. Quicūqꝫ em̄ ꝑfecte conſiderabit articulos fidei. i. habuerit fideꝫ perfectam. totus mundus ante eum cadet ſicut muri hierico ante filios iſrael et ipm̄ pedibus cōculcabit. Hebre. xj. Fide muri hierico corruerūt. mat. xvij. Si habueritis fidē vt granum ſinapis. dicetis mōti huic tranſ. hinc et tranſi. et nihil impoſſibile erit vobis Hoc fuit figuratum in ſtatua quā vidit nabuchodonoſor que mundum ſignificat qui dyabolica ſtatua eſt que a mūdanis adoratur vt deus et nihil cōtinet veritatis. Quā vn⁹ lapillus paruus cōfregit. vt ptꝫ dan̄. ij. id. ē fides de humili xp̄o qui eſt petra fidei. vt dicit apl̄us. j. Cor. x. Sequitur. Et inuenietis aſinam alligatam et pullū cum ea ſol. et ad. m. Aſina iſta et pull⁹ ſtabāt in porta ad cōmunem vſum pauperū deputata. et ideo dominus paupꝑtatis amator iumētum pauꝑꝫ voluit equitare. Aſin⁹ autē vel aſina iſta et pullus ſignāt duos populos ſcꝫ populuꝫ iudeoꝝ qui ſub iugo legis manebat. qui per aſinam deſignatur. vnde in greco aſinus vocatur ſubiugalis. et populū gentilem qui per pullum accipitur. qui non erat ſub iugo alicuius legis ſed ad libitū ambulabat. Vterqꝫ auteꝫ iſtoꝝ populorum magnis catenis peccatorum ligatus manebat et ſolui indigebat. Prouer. v. Iniquitates ſue capiunt impium et funibus peccatorū ſuorum q̄ſqꝫ cōſtringitur. Et nota hic ꝙ peccōr ſtrictius ligatur q̄ aīalia ligātur. ⁊ pluribus vinculis eſt ligatus. Nam ligatur memoria ne recolat beneficia dei. ligatur volūtas ne deſideret vera bona. ligatur cor ne penas inferni et mortē cogitet et mala que patitur in ſtatu peccati manēs. Et ſimile eſt de omnib⁹ potētijs anime interius et exteri⁹ que oms fortiter alligātur. Et qui ſic fuerit ligatus in culpa ſigue erit ligatus in pena. Matth. xvij. Ligatis ma. et pe. mit. e. in te. exte. Ad hos ergo populos miſit dn̄s apoſtolos ad ſoluēdum a peccatis eorū. quia deſiderabat ſuꝑ eos ſedere. hic ꝑ grām et in futuro per gloriam. Et hoc eſt. Si quis aliquid v. dix. di. quia dominus his opus habet. vel operam ei⁹ deſiderat. vt dicit lucas xix. c. Habebat ſiquideꝫ ipſis opus vt ſuam miſericordiam circa eos māifeſtaret. vt grām eis infunderet. et ipos virtutibus illuſtraret. vt de ipſis celum impleret. et ipos glorificaret Vnde matth. dicit ꝙ ſuꝑ vtrumqꝫ ſedit qḋ ſine miſterio factum non eſt vt in tam puo ſpacio ſuꝑ vtrūqꝫ voluerit requieſcere. qꝛ gratia dei et virtus ſpūſſancti ad vtrumqꝫ populum eſt copioſe diffuſa. Et ſic patꝫ primum ſcꝫ dei caritas et miſericordia in eo ꝙ mūdum ꝯtra ſe inimicum et ſibi rebellātē recōſiliauit a peccatis abſoluit. et ad gratiam ſuam reduxit. Secundo teſtimonium ꝓphetale qḋ ad cōfirmatōem dictorum allegatur. Et hoc eſt. Hoc autē factuꝫ eſt vt adimpleretur. ⁊c. Et attēde ꝙ ly vt hic tenetur cōſecutiue et non cauſaliter. Vnde ſenſus ē Hoc autē factū eſt vt adimpleretur. i. poſtq̄ hoc factum adimpletum eſt dictuꝫ ꝓphete

q̄ui hoc p̄dixerat. Non enim hoc factū eſt.
quia ꝓpheta hoc p̄dixiſſet quia hoc deꝰ fa
cere diſpoſuerat ſicut ꝓpheta predixit. et ſic
dum hoc factum fuerat verbuꝫ ꝓphete eſt
adimpletum. Item ꝓpheta fuit zacharias
qui. ix. c. ait. Exulta ſatis filia ſyon. iubila
filia hieruſalem. ecce rex tuus ve. ti. iuſtus
et ſaluator ipe paup ꝛ aſcendens ſup aſinā
et ſup pullum filiū aſine. Idem dicit math.
quāuis verba aliquātulum variet d. Ecce
rex t. ve. ti. man. ſe. ſup aſi. ꝛ ſup pul. fi. ſub
iu. Syon erat arx hieruſalem et hierſm vo
catur filia ſyon quia cuſtodiebatur ab arce
ſicut filia cuſtoditur a matre. Subiugalis
vt dictum eſt in greco idem eſt qd̄ aſinꝰ vel
aſina. ¶ In quibꝰ verbis ꝓpheta de
hoc rege naſtro dn̄o ieſu xp̄o filio dei quat
tuor mirabilia dat intelligere ꝓpter qd̄ di
cit. ecce qd̄ admiratōnis eſt ſignum. Pri
mū eſt quia filius dei incōprehenſibilis quē
celum ꝛ terra cape non p̄nt totus in ventre
virginis eſt recluſus et factus eſt homo. et
de gente iudea natus. Et hoc eſt. rex tuus.
id eſt de te ꝛ de gente tua natus. Deu. xvi.
Prophetam ſicut me ſuſcitabit tibi dn̄s de
gente tua ꝛ de fratribus tuis ipum audies.
Qui ab omnibus alijs regibus magnā dif
ferētiam habuit. Fuit em̄ rex a natura ꝛ nō
a fortuna ſicut alij reges. Apo. xix. Habēs
in veſtimēto ſuo id eſt in humanitate et in
femore ſuo ſcriptum. Rex regum ꝛ dn̄s do
minātium. Item fuit rex vniuerſalis oīm
et in omnibus ꝛ vbiqꝫ ꝛ nō pticularis ſicut
alij. matth. xxviij. Data eſt mihi om. po. in
ce. ꝛ in ter. Actu. x. Cōſtitutus eſt a deo iu.
vi. ꝛ mor. Item fuit rex ſempiternus ꝛ nō
tempalis ſicut alij. Dan̄. vij. Poteſtas eiꝰ
poteſtas eterna que nō auferetur ꝛ regnuꝫ
eius qd̄ non corrumpetur. Item fuit rex p
fectus in omnibus ꝛ nō in multis deficiēs
ſicut alij. math. xij. Ecce pluſ q̄ ſalomō hic
Item fuit rex largiſſimus pfecta ꝛ cōpleta
ſtipēdia largiens ꝛ nō imperfecta ꝛ diminu
ta. Unde alexander qui omnes alios in lar
gitate excelſit qui diuiſit regnū ſuū quattu
or pueris ſuis dum adhuc viueret. et. xij. re
gna ſimul donauit. nihil dedit reſpectu xp̄i.

quia xp̄us dat regnum cuilibet ſicut ipe ha
bet qd̄ regnum eſt omne bonū. Luce. xxij.
Ego diſpo. vo. ſi. diſ. mi. pa. me. reg. vt ede. ꝛ
bi. ſup men. me. in re. meo. Secūdum mira
bile eſt quia talis ꝛ tantus rex dignatus eſt
ſubire labores innumeros ꝛ multa aduer
ſā pati. ꝛ tandem mortem ſolum ꝓpter vti
litatem noſtram. Et hoc eſt venit tibi id eſt
ad vtilitatem tuam. ¶ Ubi nota q̄
iſte rex venit nobis octo modis ſcꝫ vt lux.
vt medicus. vt gigas. vt iuſtus. vt ignis. vt
redemptor. vt vita ꝛ vt dn̄s. Primo ve
nit vt lux ad illuminādum. qꝛ omnes ſicut
oues errauimus. Yſa. ix. c. Habitātibus in
re. vm. mor. lux or. eſt eis. Paruulus enim
datus eſt nobis. Secūdo venit vt medicus
ad ſanādum quia omnes ad mortem infir
mi iacebamus. Pſal. Miſit ver. ſ. ꝛ ſa. eos
Augꝰ. Magnus vtiqꝫ venit medicus quia
magnus vbiqꝫ iacebat egrotus. Tercio ve
nit vt gigas ad liberādum. quia omēs ſub
dyaboli poteſtate detinebamur. vt ptꝫ in il
la parabola. luce. xj. Cum for. ar. cuſ. atri. ſ.
ꝛc. Pſal. Exultauit vt gi. ad cur. viā. Tūc
enim p̄liuit cū dyabolo ꝓ humana naturā
ſuſcepit cū ductus eſt ieſus in deſer. a ſpū.
vt temp. a dya. math. iiij. Quarto venit vt
iuſtus ad iuſtificādum ꝛ peccata remitten
dum. qꝛ oēs peccaueramus. iuxta illud ro.
iij. Omnes em̄ pec. ꝛ eg. g. dei. math. ix. Cō
fide fili remit. ti. pēc. tua. Quinto venit vt
ignis ad inflamādum quia in dei amore et
ꝓximi oēs frigidi manebamꝰ. Malach. iij.
Et ipe erit quaſi ignis. Luce. xij. Ignē ve
ni mit. in ter. Sexto venit vt redemptor ad
p̄cium ꝓ nobis ſoluēdum qꝛ oēs ꝓ delicto
primoꝝ parētum in carcere inferni detine
bamur. j. pe. j. Nō auro nec argē. redē. eſ. ſꝫ
p̄cio ſan. ag. inconta. j. co. j. Qui factus eſt
nobis ſapia iuſticia ꝛ ſanctificatio ꝛ redē
ptio. Septimo venit vt vita ad viuificādū
qꝛ oēs vita glorie carebamus. Ioh. x. Ego
veni vt vitā hēant ꝛ abūdantiꝰ habeant.
Octauo venit dn̄s ad celū ciuitateꝫ nr̄am
nos reducēdo a qua oēs exulabamꝰ. Ioh
xiiij. Itez veniā ꝛ aſſumā vos ad meipum
vt vbi ego ſuꝫ ꝛ vos ſitis. mich. ij. Aſcēdēs

ante eos pādens iter. Terciū mirable eſt
quia cū ipe haberet omnē ptātem. ꝛ in ictu
oculi omēs aduerſarios ſuos. poſſet facere
abſorberi. tn̄ omēs aduerſarios et aduerſa
ſuſtinuit patienter. et tanq̄ agnꝰ māſuetus
qui portaſ ad victimā non aperuit os ſuuꝫ
Hiere. xj. Et hoc eſt māſuetus. Gre. Mā
ſuetudinem dei pēſemus et obſtupeſcemus
Nā ꝓ ſuis crucifixoribꝰ orauit dicēs Pa
ter di. illis qꝛ neſci. quid fa. Quotidie etiā
ſua bn̄ficia cōfert illis qui euꝫ blaſphemāt
et ſua mēbra perſequūtur et illis qui deua
ſtant eccleſiaꝫ ſuam et primoniuꝫ crucifixi
quos omēs etiam patiēter exſpectat. et ſi re
dire voluēt benign eet miſericorditer recipit
Yſa. xxx. Propterea expectat dn̄s vt miſe
reatur veſtri. Un̄. hiere. iij. c. Tu fornicata
es cū amatoribꝰ multis tn̄ reuertere et ego
ſuſcipiā te. Quartū mirable eſt qꝛ cuꝫ ipſe
ſit ineffabilis maieſtatis ꝛ glorie infinite cu
ius aſpectū omēs angeli tremūt cui omnis
creatura obtēperat rex regū et dn̄s dominā
tium in tātū ſe hūiliauit q̄ ſup aſinaꝫ dig
natus eſt equitare. Non aſcēdit equum au
ro faleratū vel ſerico. pacis inimicū. amicū
diſcordie. qꝛ ꝓcul odoratur belluꝫ et hinnit
ad ſonitū buccine. vt dꝛ iob. xxxix. Sꝫ aſcē
dit aſinam pacis amicā. iumētum paupum
animal māſuetum. Phil. ij. Humiliauit ſe
metipſum for. ſer. ac. Et ſic patꝫ ſecundum
Tercio ponitur apl'oꝝ obediētia. que in
iuſſorum ad impletōe declaratur. qꝛ euntes
fecerūt ſicut p̄cepit illis ieſus et adduxerūt
pullū. et aſinam Et vt cōmodiꝰ xp̄s ſup eos
ſederet. poſuerūt ſuper eos veſtimenta ſua.
Ubi nota q̄ apoſtoli p̄dicando et baptiſan
do et miracula faciēdo ad xp̄m vtrūqꝫ po
pulū adduxerūt. Veſtimēta auteꝫ que apl'i
ſuper pplōs poſuerūt fuerūt doctrina euan
gelica et ſacramēta eccie. p que peccata ex
pellebāt et xtutes introducebant. Yſa. xlix
Hijs oibus velut ornamēto veſtieris. Et p
cōſequēs aptabāt hoies. vt dn̄s per grāꝫ ſu
am ſuper eos requieſceret et ſederet. Hec ē
veſtis nuptial' que facit hn̄teꝫ nuptijs eter
nis dignū. quā ille non habēs de nuptijs eſt
ꝓiectus. de quo. matth. xxij. Que figurata

fuit p xp̄i tunicam incōſutilem que xp̄o cre
ſcente creſcebat que anteq̄ ſcinderet xp̄us
elegit mori ꝛ potiꝰ ſe pforari pmiſit q̄ ipaꝫ
ſcindi vt nobis daret exemplū quatenꝰ hec
veſtis nobiſcum creſcat ꝛ nunq̄ ſcindaſ in
nobis ſed potius mori velimꝰ q̄ ipam ſcin
di. Quidaꝫ creſcūt ſolū in pſona ſed in vir
tutibus pueriſant. Yſa. lxv. Puer centum
annoꝝ morieſ. et peccator centū annoꝝ ma
ledictus erit. Hec ē illa veſtis quā helyas
vadēs in padiſuꝫ reliquit heliſeo. i. xp̄s aſcē
dens in celū reliquit choro apl'ico. ad cuiꝰ
tactū diuiſe ſunt aque iordanis et heliſeus
illeſus trāſiuit. qꝛ apl'i in huius veſtis opa
tione ꝛ mirabili efficacia p oia flumia tri
bulationū illeſi prexerūt. p̄s. Trāſiuimus p
ignē ꝛ aquā ꝛ eduxiſti nos in refrigerium.
Yſa. xliij. Cū trāſieris p aquā tecum ero et
flumia nō opient te. Hanc ergo veſtē apl'i
vt xp̄i miniſtri ſup nos poſuerūt p quā dn̄s
ſup nos ſedet ꝛ habitat in eternū. math. xx
viij. Ecce ego vo. ſ. o. die vſqꝫ ad cō. ſe. Et
ſic ptꝫ terciū. Quarto ponitſ honor ꝛ re
uerētia pploꝝ ad xp̄m. q̄ attēditur quātum
ad quattuor. ¶ Primo qꝛ letanter ei
oēs obuiā ꝓceſſerūt. Secūdo qꝛ veſtimēta
ſua ei in via ſtrauerūt. Tercio qꝛ oliuas et
palmas cedētes an̄ eū ꝓiecerūt. Quarto qꝛ
vnanimiter ꝛ p̄cedētes ꝛ ſequētes ei oſan
na acclamātes dixerūt. Bn̄dictꝰ qui venit
in noie dn̄i. Quia ꝛ ppl's qui fuit an̄ xp̄m
et qui poſt ipm venit p xp̄m pariter ſunt ſal
uati. et ideo ꝛ p̄cedētes ꝛ ſequētes ei oſan
na. i. ſaluifica dixerūt. Et attende q̄ ſm hie
ro. oſanna ē vna dictio tota hebrea ꝛ nō eſt
cōpoſita ex greco ꝛ hebreo ꝛ tm̄ valꝫ quā
tum obſecro ſalua me. Et dicit remig. q̄ eſt
cōpoſita in hebreo ex corrupto ꝛ integro.
Oſi em̄ in hebreo tātum valet q̄ ſalua vel
ſaluifica. anna vero eſt interiectio obſecrā
tis. vn̄ anna. i. obſecro. ſicut heu eſt interie
ctio dolentis. Eſt ergo ſenſus. Oſanna fi
lio dauid. i. obſecro ꝛ ſupplico filio dauid
ſalua me. i. vt ſaluet me. Dicūt aūt bis oſā
na. qꝛ omnis ſalus eſt a xp̄o et hoc in p̄nti
qd̄ p primū oſanna deſignatur. ꝛ in futuro
in celo qd̄ per ſcdm oſanna deſignatur. Et

ideo additur in excelſis. Vel vt oſtendatur
φ ſalus anime ⁊ corpis eſt a xp̄o petēda.qz
vt dr̄ joh.xiij. Omnia dedit ei pater in ma
nus.matth.xj. Omnia mihi tradita ſunt a
patre meo. Interp̄tatur em̄ oſanna ſalus ⁊
redemptio. Salus aūt ⁊ redemptio ē a xp̄o
filio dauid.⁊ ideo filio dauid eſt caſus abla
tiui. Poteſt etiaȝ eē caſus datiui vt ſit ſen/
ſus. Oſanna.i.ſalus et redemptio ſit filio
dauid.i.attribuēda ē filio dauid. Bn̄dict⁹
qui venit in noīe dn̄i.i.qui eſt incarnat⁹ in
ſalutez gētibus dādam q̄ habet in noīe dn̄i
ꝓuer.xviij. Turris fortiſſimā nomē dn̄i ad
ipam cōfugiet iuſt⁹ ⁊ exaltabit. In his er
go quattuor iſtam ſcām turbā hodie imite
mur. R Primo xp̄o volēte in hierl'm
ſpūalem intrare ſcȝ in aīas nr̄as quaꝝ vna
queqȝ ē ciuitas ⁊ templū dei dn̄s ⁊ cū om/
nibus obuiā occurrām⁹. Quidaȝ occurrūt
ei ſolo corpe ⁊ nō mente. Occurramus em̄
ei cū aīa ⁊ cū oībus potētijs ei⁹.ſ.cū volū
tate vt vera bona velimus ⁊ deſideremus.
bonis fallacib⁹ abdicatis.cū meōria vt bn̄
ficia dei recordemur.q̄ magna ſunt iniurijs
omnibus obliuiōe tradiſis.cū intellectu vt
voluntatē dei cognoſcere ſtudeam⁹. ſciētia
mūdi q̄ inflat ⁊ eſt terrena aīalis ⁊ dyaboli/
ca.vt dr̄ jaco.iij.penitus eneruata.cū corde
vt paſſiōem xp̄i cogitem⁹ ⁊ mortem nr̄am
et penas inferni et glām padiſi alijs inutili
bus reſecatis. Quia ſcriptū eſt mich.ij. Ve
qui cogitatis inutile.ſap.j. Spūſſcūs diſci/
pline effugiet fictū ⁊ aufert ſe a cogitatōni
bus q̄ ſunt ſine intellectu. Et breuiter cum
omnib⁹.⁊ viſu.⁊ auditu.⁊ tactu debem⁹ ei
occurrere vt fiat in eius aduētu vniuerſal'
cōmotio in nobis.math.xxj. Cū intraſſet ie
ſus hierl'imam cōmota eſt vniuerſa ciuitas
Videmus em̄ φ qn̄ aliquis terrenus rex ve
nit ad ciuitatē vniuerſa ciuitas cōmouetur

Secūdo vt veſtimēta nr̄a.i.bona tpalia
que p veſtimēta ſignātur.eius pedibus id ē
paupibus largiamur. Sicut em̄ veſtis nec
caput operit nec pedes.ſic nec bona tpalia.
Job.j. Nudus egreſſus ſum de vtero ma/
tris mee.et nudus re.il. Quidam frequen/
ter ꝓſternūt ſe ad pedes xp̄i ſed nō ſua bo/
na. Contra quos dicitur deu.xvj. Non ap/
parebit ante dn̄m vacuus ſed offeret vnuſ
quiſqȝ ſm qd̄ habuit iuxta bn̄dictionez do
mini dei ſui quā dederit ei. Tercio vt p̄/
cidamus ramos de arboribus.i.accipiam⁹
exempla vite a ſanctis patribus qui magne
arbores in dei eccleſia extiterunt. Precida/
mus ergo ramū obedientie ab abraam vt
deo ſimus obedire parati. Ramū manſuetu
dinis ⁊ pietatis a dauid qui inimicū ſuum
ſaul cum poſſet occidere recuſauit. Ramū
puritatis ⁊ hūilitatis a beata virgine que
cum in ſummo exaltata fuiſſet ait Luce.j.
Ecce ancilla dn̄i. Ramū iuſticie a iohanne
baptiſta qui iuſtus et ſanctus fuit. Ramū
fidei a petro qui fidei petra extitit ſup quā
eccleſia eſt fundata. Ramuȝ caritatis a io/
hāne euāgeliſta qui diſcipulus amoris quē
diligebat ieſus vbiqȝ nominatur. Ramum
penitētie ⁊ conuerſionis a paulo qui ex pſe
cutore vas electionis eſt effectus et ex lu/
po ſeuiſſimo agnus māſuetus. Et ſimiliter
a magdalena que tot de ſe fecit holocauſta
virtutum quot habuerat vicia et peccata.
Et ſic faciamus ab omnibus ſanctis. Et at
tende φ iſti p̄cidebant ramos arboꝝ fructi
ferarum ſcȝ oliuarū ⁊ palmarum. Quidaȝ
p̄cidunt ſolum ramos ſpinaꝝ accipiētes ex
empla a malis ⁊ non a bonis ſcȝ a diſſolu/
tione magdalene ⁊ non a penitentia eius.
Portemus eniȝ hodie veraciter oliuam ⁊
palmam manibus.ne ficulnee ſterili ſimiles
maledictionem incurramus vt dictum eſt.

Quarto vt omnem ſalutem in pn̄ti et in
futuro ⁊ anime ⁊ corpis a xp̄o filio dauid
petamus.et in ip̄o ſolo ſperemus.omnibus
alijs falſis p̄ſidijs abdicatis que nō ꝓficiūt
ſed deficiūt ad ſalutem Hiere.xvij. Male
dictus vir qui cōfidit in homie et po.car.
bra.ſuum. Benedictus vir qui confidit in
dn̄o et erit dominus fiducia eius. Et ſic ptȝ
totum de euangelio.



De epiſtola ſermo XLIIII

Hoc eniȝ ſentite in vobis qd̄ in
xp̄o ieſu. Phil.ij. Quāuis or
do nr̄ ſoluȝ hanc epl'am hodie
legat q̄ humilitati dn̄ice paſſi/
onis q̄ in paſſione recitatur.re
ſpondet.tn̄ romana eccleſia mater omniū ⁊
magiſtra nō ſolū hanc epl'am legit q̄ cū paſ
ſione xp̄i cōcordat ſed legit etiaȝ quādaȝ le
ctionem ve.te.quō filij iſrael poſt trāſitum
maris rubri venerūt in helym vbi erāt.xij
fontes aquaꝝ.et.lxx.palme q̄ hodierne io/
cunde ꝓceſſioni cōuenit.et ipam quodāmō
rep̄ſentat quā relinquētes ad pn̄s.ſoluȝ hu
militati que cōtinetur in epl'a intendamus
Quia vt dicit eccl̄s.vij. Melius eſt ire ad
domū luctus q̄ȝ ad domū conuiuij. In illa
enim finis cunctoꝝ admo.ho.⁊ vi.co.quid
fu.ſit. In qua quideȝ epl'a quattuor conti/
nētur. Primo em̄ apl's exemplo xp̄i ad hu
militatis veſtigia ſuā ponit exhortatōnem
In principio epl'e. Secūdo ipam xp̄i humi
litatem enarrat quātum ad hūanitatis ſu/
ſceptōnem ibi. Qui cū in forma dei eſſȝ nō
rap.ar.eſt eſ.ſe equa.deo. Tercio ipam nar
rat ⁊ recitat quātum ad mortis crucis to
lerationem ibi. Humiliauit ſemetip̄m fa.
obe.vſqȝ ad mor. Quarto vt forti⁹ ad hu
militatem animemur ſubiūgit humilitatis
xp̄i premiū et exaltatiōem ibi. Propter qd̄
deus exal.il. Primo em̄ apl'us exemplo
xp̄i ad humilitatis veſtigia ſuā ponit exhor
tationē d. Hoc em̄ ſen.in vo.id eſt expimē/
to cognoſcite.qd̄ ⁊ in xp̄o ieſu ſup.fuit vt
p expientiam humilitatis xp̄s cognoſcatur
eſſe in vobis.j.mach.x.dr̄ φ alexāder miſit
ionathe purpurā ⁊ coronā dicēs. Que nr̄a
ſunt ſentias nobiſcū ⁊ ꝯſerues amiciciā ad
nos. Alexāder interp̄tatur alleuians tene/
bras vel auferens anguſtias tenebraꝝ ⁊ ſi/
gnat xp̄m qui tenebras noſtras multū illu
minauit et p cōſequens alleuiauit. Iona/
thas interp̄tatur donum columbe.et ſignat
eum qui dono et gratia ſpūſſancti qui per
columbam deſignatur eſt iuſtificatus.j.co.
xv. Gratia dei ſum id qd̄ ſum. Huic mit/
tit dn̄s purpuram paſſionū et tribulationū
et coronam premioꝝ vt ſimul cum xp̄o ſen
tiat.nec ſentiet ſcd̄m ſcȝ coronam premioꝝ
niſi ſenſerit primū ſcȝ purpuram paſſionuȝ
et tribulationū.ij coꝝ.j. Sicut paſſionū ſo
cij eſtis.ſic eritis ⁊ cōſolationis. Ideo filij
zebedei in petitiōe ſua repulſi ſunt. qz vole
bant cum xp̄o regnare ſed non cū eo cruci/
figi. Math.ij. Neſcitis quid petatis. Et ſic
ptȝ primū. Secūdo ipam xp̄i humilitatē
narrat quātum ad humanitatis ſuſceptōeȝ
d. Sic ſe humiliauit xp̄us qui cū in for.dei
eſſet id eſt in plena eſſentia patris ⁊ equali
tate.et hoc ſcd̄m deitatē. Joh.x. Ego ⁊ pa
ter vnū ſumus. Nō rapinā id eſt p rapinaȝ
ar.eſt ſe eſ.equa.deo patri ſm humanitateȝ
diuinū honorem ambiēdo.quia eſſȝ rapina
dum raperet qd̄ ſuū non erat. Sicut dyabo
lus voluit deitatem rapere.yſa.xiiij. Simi
lis ero altiſſimo. Et ſimiliter primis parēti
bus ſuggeſſit vt deitatem raperēt. Gen̄.iij
Eritis ſicut dij ſcien.bo.⁊ ma. Imo ſemp
ſm illam naturam dicebat ſe minorem p̄re
Joh.xiiij. Pater maior eſt me Alio mō le
gitur vt totum hoc ad deitatem referat ad
demonſtrandum φ vera deitas in xp̄o fuit.
et cōſequēter p hoc oſtenditur φ ſumme ſe
humiliauit. Et ideo excellentiā xp̄i demon/
ſtrat vt magis humilitas eius clareſcat. qz
magna humilitas in magna excellentia de/
mōſtratur.et hoc videt eſſe mens apl'i. Di
cit ergo. Qui cū in forma dei eſſet id eſt in
eadem eſſentia.ſciētia.potētia.⁊ virtute.ar
bitratus eſt eſſe ſe equalem deo patri.vero
iudicio ratōnis.non rapinam id eſt nō faci
ens in hoc rapinam. quia nō vſurpauit qd̄
ſuum nō erat vt dyabolus fecit ⁊ primi pa
rentes. Sic xp̄s nō vſurpauit equalitatem
dei.quia vere ⁊ p omnia deo patri ſm natu
ram equalis erat.et ideo nō erit illi rapina
cū natura eſſȝ equalis.vt dicit aug. Et ido
noluit rape qd̄ nō erat aſcēdendo ſȝ voluit
aſſumere qd̄ nō erat deſcēdēdo ⁊ ſe hūilian
do. Et hoc eſt.ſed ſemetip̄m exina. Et quō
non ſubſtantiam euacuans. non formā dei
mutans.ſed formam ſerui accipiēs. Unde
forma ſerui acceſſit.⁊ nō forma dei receſſit

Semetipm̄ exinaniuit id eſt creature ſcipm̄
vniuit ⁊ creaturaꝫ ſibi q̄ de ſe inanis eſt. qꝛ
de nihilo facta eſt. Et ꝑ hunc modum dꝛ
deus exinanitus ſicut et egenus factus .i.
Coꝛ.viij. Propter nos egenus factus eſt
cū eſſꝫ diues omniū. Sequit̄. In ſilitudinē
hoim factus ſcꝫ paſſibilis ⁊ moꝛtalis. Nō
em̄ aſſumpſit hoiem immoꝛtalem ſed moꝛ-
talem. Per hoc ergo ꝙ homo factus eſt ⁊
in ſimilitudinē hoim ſeipm̄ exinaniuit Ipe
eſt ergo factoꝛ ⁊ factus. Sequit̄. Et habi-
tu inuētus vt homo id eſt cōuerſatōe inuē
tus eſt vt alij hoies. qꝛ comedit bibit iacuit
ambulauit ⁊ cetera talia fecit. Baruch.iij
Poſt hoc in terris viſus eſt. et cū hoibus
cōuerſatus eſt. Et ſic humana natura fuit
ei ſicut indumētum. iuxta illud Yſa.lxiij .
Quare ergo rubꝝ eſt indumē.t.et veſ.t.ſic
cal.in toꝛ. Quia indumētum adueniēs hoi
in nullo mutat hoiem nec etiaꝫ indumētuꝫ
ſm ſubſtātiaꝫ mutat̄ ſed aliū habitū habet
extra hoiem q̄ꝫ cōiunctū ⁊ indutū homini.
Sic humana natura adueniēs deo ⁊ deus
ipam induēs in nullo eſt mutatus neqꝫ ipa
natura ſm ſubſtātiaꝫ eſt mutata a filio dei
aſſumpta. qꝛ in ſimilitudinē hoim fact⁹ eſt
alias nō fuiſſet ſimilis alijs hoibus nec in
cadeꝫ ſpē cū eis. Sed ipa natura hūana aſ
ſumpta a filio dei et in ipo filio dei aliū ha
bitū aſſumpſit q̄ꝫ ante habuit. qꝛ in ipo im-
munis a peccato fuit ⁊ tota pura ⁊ dotata
magna excellentia grāꝝ ⁊ ſm aiam beata.
Anima em̄ xpī cōiuncta verbo dei ſꝑ beata
erat. Et hoc eſt qȯ dicit. Et habitu inuēt⁹
vt hō. Et attende hic ꝙ hūana natura nō
eſt cōiuncta filio dei accidētaliter ſicut ve-
ſtimētum hoi vt quidaꝫ dixerūt ⁊ male ſed
ſubſtātialiter ſicut hūana natura ineſt ſub-
ſtātialiter alijs hoibus. Vñ homo ꝑdicat⁹
de deo vt deus eſt homo ꝑdicat quid ⁊ non
ſolū quō ſe habens. Vñ quāuis deitas ve-
nerat ad nos veſtita ⁊ calciata hūanitate :
tñ ſubſtātialiter ⁊ nō accidētaliter ipam aſ
ſumpſit. Et ſic ptꝫ ſcōm. Tercio ipaꝫ xpī
humilitatem narrat quātuꝫ ad moꝛtis cru
cis tolerātiam di. Non ſolū xps ſe humili-
auit vt fieret homo. ſed etiam humiliauit.

ſemetipſum factus obediens vſqꝫ ad moꝛtē
patri. Joh.vj. Deſcendi de celo non vt fa.
vo.m.ſed vo.eius qui mi.me pa. Et vſqꝫ
ad quā moꝛtem Certe vſqꝫ ad moꝛ.crucis
que viliſſima ⁊ abhominabilis erat Hiere.
xj. Mittamus lignū in panem ei⁹ id eſt in
carnem. Sap.ij. Moꝛte turpiſſima cō.e.
Et nota ꝙ hic nō ſoluꝫ atteſtatur xpī ma
gne humilitati ſꝫ xpī magne caritati. Ro.
v. Cōmendat ſuā caritatem deus in nobis
qm̄ cū inimici eſſemus recō.ſcꝫ deo ꝑ moꝛ.
fi.e. Et ſic ptꝫ terciū. Quarto vt foꝛti⁹
ad humilitatem animemur. ſubiūgit humi
litatis xpī pꝛemiū ⁊ exaltatōeꝫ d. Propter
qȯ id eſt quia tātum ſe humiliauit ⁊ naſcē
do et moꝛiēdo. et deus pater exaltauit illū
in reſurꝛectōne dando illi immoꝛtalitatem
et impaſſibilitatem. claritatem ⁊ agilitateꝫ
ſ8. De toꝛ.in via hi.,pp.exal.ca. Humili-
tas ergo claritatis eſt meritū claritas hu-
militatis eſt pꝛemiū. Aug⁹. Quid ergo et
quātum humilitas mercatur hic oſtendit.
vt magis hanc appeteremus calcata iactā
tia. Et hoc totuꝫ factum eſt in foꝛma ſerui
In foꝛma em̄ dei ſꝑ fuit et ſempꝫ erit clari
tas. Exaltauit ergo illū ſm humanā natu-
ram q̄ gloꝛioſioꝛ facta eſt in reſurꝛectione.
In qua etiaꝫ diuina natura pōt dici exal-
tata ſm oſtēſioneꝫ qꝛ tūc cepit ſciri qȯ erat
ſicut in aſſumptōne infirmitatis dꝛ exinani
ta qꝛ nō apparuit qȯ erat. Et nō ſolum ex
altauit illū in ſe ſed etiaꝫ quātum ad alias
creaturas. Et hoc eſt. et dedit illi nomē qȯ
eſt ſuꝑ omne nomen. i. noticiaꝫ exñtem ſuꝑ
omne nomen. qꝛ vocatus ē deus. ⁊ hoc ma
xime quātuꝫ ad noticiā fidei. qꝛ tūc notum
eſt ipm̄ eſſe verū deū. ⁊ veꝝ eſſe filiū dei qȯ
nulli angelo vnq̄ꝫ ꝯceſſuꝫ eſt vt in eū credat̄
ſic in deū. Eph.j. Cōſtituēs eū ad dexteram
ſuā in celeſtibus ſuꝑ oēm principatū ⁊ po-
teſtatē ⁊ virtutem ⁊ dñatōem. ⁊ oēm nomē
qȯ nominatur nō ſolū in hoc ſeculo ſꝫ etiā
in futuro. Actu.iiij. Neqꝫ eniꝫ nomē aliud
eſt ſub celo datū hominibus in quo opoꝛ-
teat nos ſaluos fieri. Apoca.v. Dignus
eſt agnus qui occiſus eſt accipere virtutem
et diuinitatem ⁊ ſapientiam ⁊ foꝛtitudineꝫ

Et hoc totum intelligēdum eſt quātum ad
cognitōem hominū. Hoc eteniꝫ nomen et
ante reſurꝛectōnem habuit. ſed poſt reſurꝛe
ctionem in euidēti poſitum eſt qȯ pꝛi⁹ erat
abſcōditum vt ſcirent homies ⁊ demones.
Tunc auteꝫ dꝛ res fieri quādo innoteſcit.
Qȯ ergo a cōceptione accepat dꝛ ei dona-
tum poſt reſurꝛectiōem ꝑpter manifeſtatō
nem. Tale ergo nomen dedit ei vt in noīe
jeſu qȯ eſt nomen pietatis ⁊ miſericoꝛdie ⁊
ſalutis. omne genu flectatur reuerētiam ex
hibendo. celeſtium id eſt angeloꝝ. terreſtriū
id eſt hominū. et infernoꝝ id eſt demonum
De pꝛimo apoc̄.vij. Et omnes angeli ſta-
bant in circuitu thꝛoni ⁊ ſenioꝝ et quattu-
oꝛ animaliū et ceciderūt in conſpectu thꝛo
ni in facies ſuas. De ſecūdo dan.vij. Om-
nes populi tribus ⁊ lingue ſeruient ei. De
tercio mar.iij. Et ſpūs immūdi cū illum vi
debant ꝓcidebant ei ⁊ clamabant dicentes
Tu es filius dei. Et omnis lingua tam bo
noꝝ q̄ꝫ maloꝝ confiteatur volūtarie vel in
uite. quia dñs ieſus xps in gloꝛia eſt dei pa
tris id eſt ſedet ad dexteram ⁊ manet in po
tioꝛibus bonis patris Apoc̄.iij. Ego vici ⁊
ſedi cū patre meo. Et hoc ſm qȯ hō. Nam
ſm qȯ deus ſedet in gloꝛia dei patris id eſt
eiuſdem omnino gloꝛie eſt cum deo patre.
Et nota ꝙ pꝛimum pꝛemiū id eſt exaltatio
in claritate ⁊ immoꝛtalitate datum eſt ei in
reſurꝛectōne. Scōm vero ⁊ tercium ſcꝫ no
ticia et reuerentia in aſcenſione. Et ſic ptꝫ
quartum. Sicut euidēter apparet apl'us
in tota hac epiſtola ad humilitateꝫ nos in
ducere conatur. Et quia vt dicit phūs ſer-
mones accipiēdi ſunt ſm materiam ideo de
humilitate ꝑdicemus. Circa quā tria vide-
amus ſcꝫ vnde cauſetur. q̄ꝫ ſit magna vir-
tus et quid habeat opari. S Pꝛimo
ergo videamus vnde humilitas in homine
cauſetur. Cauſatur auteꝫ in homine ex ho
minis conſideratōne ad ꝑfectionem dei re-
lati. Si quis enim conſiderat ſe ⁊ ſua et cō
ſiderat maieſtatem ⁊ ꝑfectionem diuinā ſta
tim humiliabitur. Mich.vj. Humiliatio
tua in medio tui id eſt infra te. Eſt eniꝫ hu
militas ſcōm aug⁹. quidam intuitus ꝓpꝛie

conditōnis relatus in deum. T Debet
autem homo qui vult ſe humiliare quatu
oꝛ conſiderare ſcꝫ oꝛtum ſuū conditōem na
ture ſue variū euētum foꝛtune ſue ⁊ exituꝫ
ſuū. Pꝛimo debꝫ conſiderare oꝛtum ſuū
qꝛ ex luto fetido eſt foꝛmat⁹. Gen̄.ij. Foꝛ-
mauit deus hoiem de limo terꝛe. Job.xvij
Putredi. dix.pr̄ m.es tu et mr̄ m. ⁊ ſoꝛoꝛ
mea ver. Sic ꝯſiderabat abꝛaā di.gen̄.xviij
Loquar ad do.m.cum ſim pul.⁊ cinis. Ex
emplū pauonis qui dum pedes reſpicit hu
miliatur. Voluit dñs ponere ventrem ante
oculos vt homo ſꝑ poſſet videre materiaꝫ
ſue humilitatis. Bern̄. Quid ſupbis facc⁹
ſtercoꝝ et cibus vermiū. Idem Memento
vnde veneris ⁊ erubeſce. vbi es ⁊ ingemiſce
quo vadis ⁊ cōtremiſce. Peccatoꝛes autē
ex oꝛtu ſuo ſupbiunt dicētes ſe ex nobili ꝓ
ſapia oꝛtos. Oſee.ix.ca. Gloꝛia eoꝝ a ptu
et ab vtero ⁊ a conceptu. Secūdo debet
conſiderare ſue nature conditōnem que ap
paret quātū ad multa miſera ⁊ deꝑſſa. Nā
homo ſm coꝛpus infinitis infirmitatibus
et penalitatibus eſt ſubiectus Yſa.j. A plā
ta pedis vſqꝫ ad ver.ca.nō ē in eo ſa. Mē
dicat etiaꝫ totā vitā ſuaꝫ ab alijs creaturis
ac oꝛnatū. Natura em̄ melius ꝓuidit alijs
animalibus q̄ꝫ homini. Scōm animā vero
multe ſubiacꝫ ignoꝛātie. qꝛ ſm phm̄ aia qñ
infundit̄ coꝛpi eſt ſicut tabula raſa in qua
nihil eſt ſcriptum. Acquirit aūt ſciētiam ꝑ
exerciciū et diſciplinam. et tñ quātumcūqꝫ
quis ſtudeat ad ꝑfectū ſciētie ꝑuenire non
pōt nec ad ꝑfectam cognitōnem no ſolū cre
aturaꝝ ſed nec vnius creature. Quis co-
gnoſcit aīam vel angelum quis cognoſcit
virtutē ſtellaꝝ ⁊ herbaꝝ ⁊ lapidū ⁊ anima
liū. Legitur de quodam phō ꝙ ad cogno-
ſcendum naturā apis. xxx. annis in deſerto
ſtetit. Eccs.vij. Dixi ſapiens efficiar. ⁊ ipa
longi⁹ receſſit a me. Et quid plura Seipm̄
et naturam ſuam homo ignoꝛat et medic⁹
qui alios curat ſeipſuꝫ neſcit ſanare. Ber.
Multi multa ſciunt et ſeipſos neſciunt.
Apoca.tercio. Neſcis quia tu es miſer et
miſerabilis et cecus et pauper et nudus.
Nec etiam homo ꝑoteſt ſcire finem

ſuum et quãdo et quõ et vbi debeat mori. Eccñ.ix. Neſcit homo finem ſuũ. Quãta eſt etiaꝫ hoĩs ignorãtia circa ꝓpriam ſalutem. Omnes eñ ſecte credũt in ſua fide ſaluari et vna ſecta cõdemnat aliã. Nec etiaꝫ quãtumcũqꝫ iuſtus ꝛ ſanctus certus eſt an ſit in ſtatu gr̃e ꝛ in amore dei. Eccĩ.ix. Sũt iuſti atqꝫ ſapiẽtes ꝛ opa eoꝝ in manu dei. ꝛ tñ neſcit homo vtrũ amore an odio dign9 ſit. Apl̃us qui tantus erat dicit .j.coꝝ.iiij. Nihil mihi cõſcius ſum ſed non in hoc iuſtificatus ſum. Item quãtuꝫ ad vtrũqꝫ ſcꝫ tam corpus q̃ aĩam homo multe mutabilitati ꝛ varietati ſubiectus eſt. Nam mõ eſt ſanus ꝛ ſtatim infirmus. mõ iuuenis et ſtatim ſenex. modo letus ꝛ ſtatim triſtis. mõ viuus ꝛ ſtatim mortu9. Job.xiiij. Nunq̃ȝ in eodem ſtatu ꝑmanet. ij.re.xiiij. Omẽs morimur et quaſi aqua dilabimur in terram.

Tercio debet homo cõſiderare varium euẽtum fortune q̃ q̃ȝ ſit ꝑiculoſa ꝛ anxietate plena. boe. in li.ij. de cõſola. ꝓſa.ij. oſtendit d. Hunc cõtinuũ ludimus ludum. rotã volubili orbe verſamus infima ſummis et ſumma infimis mutare gaudemus. Unde dña que ducit rotam fortune pingitur ceca. quia de nullo curat nec ꝑces alicui9 audit vel fletus vt dicit boecius De hoc ſatis dictum eſt in principio ꝑcedentis ſermonis de euãgelio. Quarto debet homo conſiderare exitum ſuũ ꝛ morteꝫ. Nullus eſt eñ qui nõ humiliaretur ſi conſideret quõ exiet de mũdo et quõ corpus ſuũ putreſcet ꝛ a vermibus lacerabitur ꝛ quõ ꝑdet omnia. ꝛ ab omibus derelinquetur ꝛ recõdetur ſub terra vt res fetida ꝛ dformis. Iere.xxij. Sepultura aſini ſepelietur putrefactus ꝛ proiectus extra portas hieruſm. Omne animal habet aliquã vtilitateꝫ in morte ꝑter hoĩeꝫ Hec ergo ſi homo cõſideraret maxime humiliaretur. Et ſic ptꝫ primũ.

II Secũdo videamus quõ humilitas eſt magna virtus cuius magnitudo atqꝫ ꝑfectio ex quatuor declaratur ſcꝫ ex ſui cõmunitate ex ſui electione. ex ſui cõmendatõne et ex ſui operatione. Primo eius ꝑfectio apparet ex ſui cõmunitate. quia omnis res tanto melior eſt quanto ſe magis cõmunicat. quia ſcd̃m dionyſium bonũ eſt ſui ipſius cõmunicatiuũ. Unde inter corporalia lux eſt nobilior. et ideo magis ſe diffundit quia ſuperiora ꝛ inferiora illuminat Et deus eſt optimũ ꝛ perfectum bonum et ſuper omnia ſe cõmunicat et ſuam bonitatem diffundit. quia omnia per ipm̃ facta ſunt Joh.j. Aug9. De9 eſt vbiqꝫ. Pſal. Hec ẽ qui ſe abſcõ. a ca. e. Humilitas vero ꝛ caritas magis ſe diffundunt q̃ȝ aliqua virtus. et ideo perfectiores alijs ſunt quia in creatore et creaturis in angelis ꝛ hominibus in celo et in terra inueniuntur. Pſal. Humilia reſpicit in celo ꝛ in terra. Et quia omis creatura preter dyabolum ꝛ peccatorem humilitatem ſuo modo conſeruat in eo ſcilicꝫ ꝙ ſuo creatori ad nutum obedit. Baruch.iij. Stelle vocate ſunt et dixerunt aſſumus et luxerunt ei iocunditate ei qui fecit illas. Pſal. Ignis grando nix glacies ſpiritus ꝓcellarum que faciunt verbum eius. Similiter omnis creatura caritatem oſtendit in eo ſcilicꝫ ꝙ bonum ſuum cõmunicat homini. Solus auarus abſcondit bona domini ſui. et ideo merito auferentur ab eo. Luce.xix. Ecce mna tua quam habui repoſitam in ſudario. Et ſequitur. Auferte ab eo mnam. Alie auteꝫ virtutes ꝑter has duas ñ inueniũtur in celo neqꝫ in beatis. ſcilicꝫ fides. ſpes. prudentia. iuſticia. tempꝫantia. fortitudo ſcd̃m act9 quos hic habent. Secũdo apparet eius bonitas ex eius electione Nam omnes perfecti viri eam ꝑ omnibus elegerunt. Nam patres veteris teſtamenti et noui humilitateꝫ totis viribus ſunt amplexati vt abraham. moyſes. dauid et ceteri. De abraam geneſis .xviij. Loquar ad dominum meum cum ſim puluis et cinis. De moyſe Hebre. vndecimo capl̃o. Fide moyſes grandis effectus negauit ſe filium filie pharaonis magis eligens affligi pro populo dei q̃ȝ temporalis peccati habere iocunditatem maiores diuitias eſtimans theſauro egyptioruꝫ improperium chriſti. Potius enim elegit contemni et oues cuſtodire quaꝫ eſſe magnus Baro in curia Pharaonis. ꝛc.

De dauid.ij.re.xxiij. Dauid ſedẽs in cathedra ſapientiſſimus princeps inter tres. ipſe eſt quaſi teneriimus ligni vermiculus. Similiter omnes ſancti noui teſta. humilitati fortiſſime inheſerunt. ſcꝫ beata maria. lu.j. Ecce ancilla dñi. Joh. baptiſta. ioh.j. Nõ ſum dig. vt ſol. cor. cal. eius Et omnes apl̃i luce.xxij. Reges gentium dñantur eoꝝ. Et ſequitur. Non ſic erit inter vos ſed qui maior eſt in vobis fiat ſicut minor Deniqꝫ ipſe filius dei maxime ſe humiliauit. vt patꝫ in pñti epl̃a. Math.xj. Diſcite a me qr mitis ſum ꝛ hu. corde. Unde dicit aug9. Non dicit. Diſcite a me mũdum fabricare. mortuos ſuſcitare. demonia eijcere. ſed qr mitis ſum et hu. corde. In omni eniꝫ opꝫe xp̃i apparet magna eius humilitas. Nam humilem matrem elegit et reputari voluit filius humilis patris ſcꝫ cuiuſdam ſenis carpentarij. humilem lectum ſcꝫ preſepe. humileꝫ domũ ſcꝫ diuerſoriuꝫ habuit. humile iumẽtum ſcꝫ aſinum equitauit. humiles diſcipulos elegit ſcꝫ piſcatores. humile miniſteriũ exercuit dum pedes lauit. humilem ꝛ deſpectiſſimam mortem elegit et humilem ſepulturam vtpote alienã. Et deniqꝫ poſt mortẽ deſcẽdit ad inferos in quo magna eius humilitas cõmendat. Tercio apparet eius bonitas ex eius cõmendatõne. quia ſcriptura ſacra que mentiri non põt et omnes ſancti doctores eam mirabiliter ac multipliciter cõmendant. Aug9. Humilitas tota pene diſciplina xp̃iana eſt. Unde bern̄. Nulla ſplendidior gẽma in toto ornatu ſummi põtificis q̃ȝ humilitas Quarto apparet ei9 bonitas ex ſui virtuoſa opatõne. Res eniꝫ quato melior eſt tãto nobiliorem habꝫ operationeꝫ. Sed humilitas habꝫ mirabilia operari vt cõſequẽter patebit. Et ſic patꝫ ſcd̃m.

X Tercio videamus de virtuoſa humilitatis opatõne ꝛ bona. Habet enim duodecim efficere mirabilia opera virtuoſa.

Primũ eſt quia ipa tumorem habet ſanare humanum que cauſa perditõnis fuit Auguſtinus. Medicina tumoris hominis eſt humilitas. Grego. Argumẽtum redemptionis noſtre inuenta eſt humilitas. Omnis enim cura per cõtrarium debet fieri. qr cõtraria contrarijs curãtur. Et ideo quia cauſa perditõnis ſalutis fuit ſupbia. cauſa repatõnis ſalutis debuit eſſe humilitas.

Secũduꝫ eſt qr ipa facit deum oculo miſericordie reſpicere peccatorem. Yſa.lxvj. Ad quẽ reſpiciam niſi ad paupculum ꝛ cõtritum ſpũ et tremẽtem ſermones meos. Obiectum eñ viſus eſt color et ideo nihil niſi lucidum ꝛ coloratum videri põt Color aũt virtutum eſt humilitas et ideo ſine humilitate nullus a deo reſpicitur oculo miſericordie. Beatam virginem maxime reſpexit deus quia hoc colore humilitatis maxime colorata fuit. Lu.j. Quia reſpexit hu. an. ſue. Tercium eſt quia ipa orõnem facit deo accepta ꝛ eam ab eo exaudiri. Iudith.ix. Humilium ꝛ manſuetoꝝ ſemꝑ tibi placuit depcatio. Grego. Eſt creatori noſtro ad recipiẽdum fletus humilium miſericordie ſinus. Exemplũ de publicano ꝛ phariſeo. Nam publicanus ꝑ humilitateꝫ fuit iuſtificatus et phariſeus ex ſupbia cõdemnatus. Lu.xviij. Deſcendit hic iuſtificatus in domũ ſuam ab illo. Humilitas eñ facit orõnem in cõſpectu dei introire. Eccĩ.xxxv Oratio humiliãtis ſe nubes penetrat. Petitio autem que non porrigitur coram papa nunq̃ȝ ab eo exauditur. Sic eſt de orõne coram deo Quartum eſt quia liberat hominẽ a periculis. Pſal. Humiliatus ſum et li. me. iij.re.xxj. Nõne vidiſti achab humiliatum coram me. ꝓpter qd̕ non inducã malum in diebus ſuis. Ubi dicit grego. Si humilitas tantum placuit in reprobo quãtum placebit in electo. Aug9. Humilitas cuſtodit in omni tribulatõne vt non crepet mens in fornace que non timet vento ſupbie. Ideo caſtanea facit ſtrepitum in igne. quia ſub cortice continet ventum. Exemplum dauid qui ait .j.re.xxiiij. Quem perſequeris rex iſrael. quem perſequeris canem mortuũ perſequeris ꝛ pulicẽ viuũ. Et quia ſic ſe humiliauit. ideo deus de manu ſaul ꝛ omniũ inimicoꝝ ſuorum et de omni anguſtia eum liberauit. ij.regũ.iiij. Viuit dñs qui eruit animam meam de omni anguſtia

Humilitas eniꝫ facit hoīem in imo iacere. Iacenti autem in imo pauca pericula pñt contingere ⁊ paruū caſum poteſt facere.

Quintum eſt quia exaltat hoīem valde j.re.xv. Nōne cū puulus eſſes in oculis tuis caput in tribubꝰ iſrael effectꝰ es. Imo humilitas eſt menſura exaltatiōis. vt quātum quis ſe humiliat tātum exaltetur. Exemplum in xp̄o beata maria iohāne baptiſta et paulo Nam xp̄us ſuper omnes eſt exaltatus. q2 ſup omes ſe humiliauit. ⁊ poſt ipm beata virgo maria. De qua augꝰ. dicit ꝙ ꝓpter ſui humilitatē eſt mater dei electa Luce. j. q2 reſpe. hu. an. ſue Iohānes vero bap. q2 poſt hos plus omnibus ſe humiliauit. duꝫ dixit. nō ſum dig. vt ſol. cor. cal. ciꝰ ſcꝫ xp̄i. ideo p̄ omnibus xp̄s eū ↄmendauit. Mat. xj. Inter na. mu. nō ſur. ma. io. bap. Et chriſ. dicit ꝙ in nullo vnq̄ꝫ ope tātum meruit io. bap. ſicut in hac humilitate quē cum iudei vellent ꝓ xp̄o recipe dixit. Non ſum dig. ⁊c̄. Paulus vero q2 dixit ſe minimū apſoꝝ ⁊ dixit ſe nō dignū vocari aplm ideo ꝑ excellētiam eccleſia vocat eū apſum Iob. v. Qui ponit humiles in ſublime.

Sextum eſt quia facit hoīem dei gratia ſuſceptiuū iac. iiij. Deus ſuꝑ reſi: hu. dāt. gra. Eſt em̄ hūilitas ſm̄ bern̄. aqueductus ꝑ quē venit grā dei ad ho. em. Et ideo ait fluenta grē tāto tꝑe defuerūt q2 nōdum interuenerat aqueductus. Et vocat aqueductum hūilitatem beate marie. Suꝑbus. aūt eſt plenus vento vane glē ⁊ recipe dei gratiam nō pōt. Sed hūilis eſt totus in ſui reputatōne vacuus. Septimū eſt quia facit dei ſapiētiaꝫ in corde humilis habitare Prouer. Vbi hūilitas ibi ſapia. Ptolomeus. Inter ſapiētes ille ſapiētior eſt qui hūilior exiſtit. Bern̄. Humilitaſ clauis eſt ſciētie. Humilitas em̄ facit amicū dei. amicis ꝗ̄ aūt ſecreta reuelātur. Et ideo deus humilibus ſua ſecreta reuelat que faciūt ipos ſapiētes. Math. xj. Cōfiteor ti. pa. d. ce. et ter. q2 abſcō. hec a ſa. ⁊ pru. ⁊ re. ea puulis id eſt humilibus. Et ꝑ hunc moduꝫ fuerūt ſapientes omnes ꝓphete ⁊ ſancti. Beatus ergō gre. dicit ꝙ ſacra ſcriptura eſt q̄ddam pelagus in quo elephas natat ⁊ agnus peditat. Suꝑbus enim ſuꝑ pelagus ſcripture natat et nihil intelligit. Humilis aūt tangit ꝓfundum intellectus ſcripture. Vnde boe. dicit ꝙ ſapiētia vel phīa apparuit ſibi in ſpē cuiuſdam dn̄e. que mō ſeſe ad menſuram hoīm cohibebat modo ſummi cacuminis vertice celum tangere videbatur. q̄ duꝫ caput altius extuliſſet ipm etiaꝫ celum penetrabat. Per humilitateꝫ em̄ ſapiētia ad menſuram hoīm ſe reſtringit ⁊ per ſuꝑbiā caput extollit. Octauū eſt quia recuꝑat caritatem ⁊ nutrit eam Gre. Sola virtus humilitatis eſt reꝑatio caritatis leſē. Criſ. Nutrix dilectionis eſt hūilitas. mater odij eſt ſuꝑbia. Humilitas eniꝫ facit hominem ſub. re ſacramenta eccleſie per que caritas amiſſa ⁊ leſa reꝑatur. Sic reꝑauit eā paulus. qui ait actuū. ix. Dn̄e quid me vis facere. Et ſurgens baptizatus eſt Nonum eſt ꝙ cōſeruat aīe bonū. Gre. Perit om̄e qđ agitur ſi nō ſolicite in humilitate cuſtoditur. Idem. Qui ſine hūilitate ceteras virtutes cōgregat quāſi puluerē in ventū portat. Augꝰ. Cogitās magnā fabricā cōſtruere celſitudinis. de fundamēto cogita humilitatis Humilitas em̄ eſt domus dei in qua deus manet. In domo aūt dei ſicut in deo omnia cōſeruātur. Augꝰ. Excelſus es dn̄e et hūiles corde ſunt domus tue. Ideo in demonibus et primis parentibus bona grē nō ſunt cōſeruata q2 in humilitate nō manſerūt. Decimū eſt q2 facit hoīem pacifice cōuerſari. q2 ſicut inter ſuꝑbos ſemꝑ iurgia ſunt vt dr̄ ꝓuer. xiij. ſic ꝑ locum a cōtrarijs inter humiles eſt omnis ſancta pax. et ꝑ ↄſequens nihil ita facit hoīem deo ⁊ hominibus placere ſicut hūilitas. Hiero. Nihil eſt ꝙ ita nos deo ⁊ homībus gratos faciat q̄ꝫ ſi merito magni hūilitate ſimus infimi. Bern̄. In alto non altum ſaꝑe ſed humilibus conſentire. nihil deo carius et rarius apud homines. Vndecimum eſt quia facit hominem vincere dyabolum et eius figmenta. Vnde in vitiſpatrum legitur quod dyabolus dixit ſancto Machario. Sola humilitas tua me vincit. ⁊c̄.



Humilitas eniꝫ dyabolo cōtrariatur directe. nihil autem deſtruitur niſi ꝑ ſuum cōtrarium. vt ignis ꝑ aquā et tenebre ꝑ lucē

Duodecimū eſt quia ducit hoīem ad gloriam celi. Iob. xxij. c. Qui humiliatus fuerit erit in gloria. Math. xviij. Niſi cōuerſi fueritis ⁊ ef. ſic̄ p. non intrabitis in regnuꝫ celoꝝ. Humilitas enim facit deum habitare in anima qui eſt vita beata animaꝝ ſanctaꝝ vt dicit augꝰ. Ad quā nos ꝑducat dominus noſter ieſus xp̄us marie filius cum patre ⁊ ſpūſancto vnus deus in trinitate ꝑfecta ꝑ infinita ſecula ſeculoꝝ Amen.

¶ Dn̄ica reſurrectionis dn̄i nr̄i ieſu xp̄i de euangelio ſermo XLV.

Maria magdalena ⁊ maria iacobi ⁊ ſalome emerūt aromata. vt venientes vngerent ieſum. mar. xvj. In euāgelio hodierno quattuor cōtinētur. Primū eſt mulierū obſequiuꝫ ⁊ deuotio opoſa In principio euāgelij. Secūdum eſt angeloꝝ miniſterium et apparitio glorioſa ibi. Et introeūtes in monumētum viderunt iuuenem ſedētem coopꝰtum ſtola cādida. Tercium eſt angelicū colloquiū et reſurrectōnis xp̄i affirmatio ſerioſa ibi Qui dixit illis. Nolite expaueſcere. Ieſum queritis nazarenū cruci. Surrexit non eſt hic. Quartū eſt ꝓmulgande reſurrectōnis mādatum et iuſſio fructuoſa ibi. Sed ite ⁊ dicite diſcipulis eius et petro ſuꝑ. ꝙ dn̄s ſurrexit. quia p̄cedet vos in galileam. Primo ergo ponitur iſtaꝝ mulieꝝ obſequiuꝫ ⁊ deuotio opoſa quia valde mane ſurrexerūt et cum vnguētis aromaticis ad ſepulcrum venerūt vt vngerent corpꝰ ieſu. Circa hoc primū membrum quattuor conſiderāda occurrunt. Primo de differētia euāgeliſtaꝝ. Secūdo de congruitate eoꝝ que in reſurrectione leguntur Tercio de cōmendatōne iſtarum mulierum. Quarto de moralitate et ſignificatōne earum. Circa primum ſcꝫ differētiam euāgeliſtarum nota ꝙ mathēꝰ vnum angelum dicit apparuiſſe mulieribꝰ iſtis. Ait eniꝫ Angelus dn̄i deſcendit de celo. Idem dicit mar. vt hic patꝫ quia viderunt iuuenem ſedentem in dextris. Iohannes vero ⁊ lucas ſcribunt fuiſſe duos angelos in albis ſedentes. Ait enim iohānes. Vidit duos angelos in albis ſedentes vnū ad caput et vnum ad pedes. Lucas vero ait. Ecce duo viri ſteterūt ſecus illas in veſte fulgenti. Ad qđ dicendum ꝙ in reiueritate duo fuerūt vl̄ plures. vt iohēs ⁊ lucas ſcribunt. ſed quia vnus ſolus loquebatur. ideo matheus ⁊ marcus vnū angelum fuiſſe ſcribunt. Item iohānes videtur dicere ꝙ dn̄e iſte non intrauerūt monumētuꝫ. Ait enim. Dum ergo fleret inclinauit ſe et proſpexit in monumētuꝫ Marcus auteꝫ ⁊ omnes alij dicūt ꝙ intrauerunt. Ait em̄ mar. Et introeūtes in monumētum. Ad qđ dicendum ꝙ accipiendo ꝓprie monumētum ſcꝫ ꝓ illo lapide magno in quo corpꝰ xp̄i ſepultum fuit non intrauerūt vt dicit ioh. Sed accipiendo large ſepulcrum ꝓ quodā circuitu murato circa ſepulcrū ſic intrauerunt vt dicit mar. ⁊ alij euangeliſte. Item lucas dicit ꝙ angeli ſtabant. Ait eniꝫ. Ecce duo viri ſteterūt ſecus illas. Iohannes vero dicit ꝙ angeli ſedebant. Ait eniꝫ iohānes. Vidit duos angelos in albis ſedentes Ad qđ dicendum ꝙ angeli ſedebant. vt iohānes ſcribit. ſed ad aduētum dominaꝝ ſurrexerūt. qđ lucas ſcribit. Item marcus dicit. Maria magdalena ⁊ maria iacobi ſcꝫ mater et ſalome ſcilicꝫ filia et mater filiorum zebedei due ſorores virginis marie. Lucas auteꝫ dicit. Erat aūt maria magdalena et iohanna. et maria iacobi. que iohāna fuit vxor cuze procuratoris herodis. Ad qđ dicendum ꝙ multe alie domine venerunt cum iſtis tribus marijs ad monumentum ad corpus chriſti vnguendum vt Lucas ſcribit. inter quas fuit iohanna predicta. Sed quia tres marie fuerunt principales. ideo ſolum ipſe nominātur a marco. Quia vero predicta iohanna venerabilis domina erat. ideo etiam ipſa a luca nominatur vt dictuꝫ eſt. Item mar. di. ꝙ iſte dn̄e venerūt de mane. vt in hoc euāge. patꝫ.

Mathbeus aūt dicit ſic. Veſpe autꝫ ſabba
ti venit maria magdalene ⁊ alia maria vi-
dere ſepulcrū Ad qḋ dicēdum ꝙ iſte dñe fe
ria ſexta ſepulto dño notauerūt ſepulcrum
vt ptꝫ mar. penul. c. Et redeūtes hieruſalē
parauerūt aromata ⁊ vnguēta ꝑcioſa que
habebāt cōſeruare corpus a fetore ⁊ facere
ipm redolere. Sabbato aūt ſcđm mādatuꝫ
legis quieuerūt et beatā virginem viſitaue-
rūt. Prima aūt ſabbati que mō eſt dñica.
valde tempeſtiue. qḋ iohes dicit qḋ fuit añ
lucem. Idem dicit lucas. Marcus aūt di-
cit ꝙ qñ iam ꝑuenerūt ad ſepulcrū erat. or
tus ſol. id eſt illa ꝑs orientis vbi ſol oritur
incipiebat albeſcere qḋ eſt ſignū ꝙ ſol ſit or
tus qḋ vocatur diluculum qḋ eſt mediū in
ter diem ⁊ noctem in quo xpūs reſurrexit.
ps. Exurgam diluculo. Qḋ ergo iohes et
lucas dicūt. ante lucem et cū tenebre eſſent
marcus determīat ⁊ dicit. Valde mane qñ
ſol incipiebat albefacere illam ꝑtem orien-
tis qḋ diluculum nominatur et videtur ad
huc nox. Sic ergo iſte dñe ante diem ſurre
xerūt. et cū iaꝫ ꝑueniſſent ad ſepulcruꝫ erat
diluculū. Qḋ aūt math. dicit ſic eſt intelli-
gendum ſcđm aug⁹. qui dicit ꝙ mathe⁹ no
mine veſpere noctem ſignificat a parte totū
denominans. Eſt enim ibi ſinodoches. Et
eſt ſenſus. Veſpere autem ſabbati id eſt no
cte ſabbati. que luceſcit in prima ſabbati. i.
terminatur ad primā diem ſabbati que mō
eſt dñica. venit maria magdalene. Iudei
enim omnē diem vocant ſabbatum. ſcꝫ pri
ma ſabbati. ſcđa ſabbati. ⁊ ſic de alijs. Ro-
mani autꝫ vocabant dies a planetis. ſcꝫ di
em ſolis a ſole. diem lune a luna. diem mar
tis a marte. et ſic de alijs. quos etiam vſqꝫ
modo nos ſequimur excepto ꝙ diem ſolis
vocamus dominicam. Eccleſia autem vo-
cat dies ferias. vt feria ſecūda. feria tercia
feria quarta. et ſic de alijs preter ſabbatum
et dominicam diem. Et ſic patꝫ differentia
euangeliſtarum. Y Circa ſcđm ſcꝫ cō
gruitatem eorum que in reſurrectōne legū
tur nota quattuor. Primo congruū fu-
it et decens ipſum mane ſurgere et dilucu-
lo quia eius reſurrectio noctem mortis in-
ſimul terminauit. et diem gratie et glorie
inchoauit. et ideo a reſurrectōne chriſti et
citra nox precedit diem ſed primo dies no-
ctem precedebat. quia omnia inceperunt a
die gratie et terminata ſunt ad noctem cul-
pe. mundus etiaꝫ a die incepit ⁊ deſijt in no
ctem. Geñ. primo ca. Factum eſt veſpere
et mane dies vnus. In reſurrectōne autꝫ
chriſti omnia de tenebris ad lucem tranſie-
runt ad gloriam peruētura Secundo cō
gruum fuit tercia die reſurgere ad oſtendē
dum ſicut in ternario numero omnia deus
perfecit. ita in chriſti reſurrectōne omīa de
us perfecit. vel fuerunt perfecta. et de im-
perfectōne ad perfectōnem deducta. Nam
in trinitate deus eſt perfectus. Numerus
etiaꝫ angeloꝝ in ternario ierarchiarum et
ordinum eſt perfectus ⁊ conſtitutus. To-
tum etiam vniuerſum tres partes continet.
ex quibus ꝑficitur et completur. ſcꝫ celum
mūdum et infernum. Celum etiam in tria
diuiditur. ſcꝫ celum empireum. criſtallinū.
et ſidereum. Infernus ſimiliter diuiditur
in tres domus. ſcilꝫ infernum. purgatorium
et limbum pueroꝝ. Item omnis creatura
in tria diuiditur. quia aut eſt pure ſpūalis.
vt angelus. aut pure corꝑalis vt elementa
aut ex vtroqꝫ compoſita vt homo. Item
anima habet tres potentias ad ſui ꝑfectio-
nem. ſcꝫ intellectum voluntatem ⁊ memo-
riam. et per tres virtutes facto iungit̄ deo
ſcꝫ per fidem ſpem et caritatem. Similiter
omne corpus conſiſtit in tribus. ſcꝫ longo.
lato et ꝓfundo. Itē omne tempus in tria
diuiditur. ſcꝫ in pñs ꝑteritum et futurum.
Item penitētia ꝑ quā aīa reꝑatur ad vitā
in tribus cōſiſtit ſcꝫ in cōtritōne cordis cō
feſſione oris et ſatiſfactōne oꝑis. Cū igit̄
omniū ꝑfectio in ternario numero cōſiſtit.
et omnia fuerint ꝑ peccatum deordinata.
decens fuit ꝙ xpī reſurrectio in ternario ꝑ
ficeretur. cum ꝑ ipſam omnia ſint reordina
ta et ad ꝑfectōnem reducta. Nam ꝑ ipam
deus eſt glorificatus. angelica natura repa
rata et reſtaurata. humana vero natura
eſt exaltata et reintegrata. et breuiter om-
nis creatura renouabitur et liberabitur



a ſeruitute corruptōis per xpī reſurrectōeꝫ
Propter qḋ dicit apoſtolus ad ro. viij. ꝙ
omnis creatura ingemiſcit et ꝑturit vſqꝫ
adhuc expectans redemptōnem filioꝝ dei.
Et iō xpī reſurrectio debuit in ternario ꝑ-
petrari per quē omnis perfectio deſignat̄.
Unde etiam phus dicit ꝙ ꝑ hunc numerū
ſcꝫ ternarium adhibuimus nos magnifica
re deum omnipotētem ſupeminentem ꝓpri
etatibus rerū creaturarum. Tercio con
gruū fuit vt in reſurrectione chriſti tria ſi-
mul concurrerēt ſcꝫ xpūs reſurgens et hu-
manam naturam liberans. angelus reſurre
ctionem affirmans. et mulier nūcium bonū
portans. Nam in perditōne nature huma-
ne tria per cōtrarium fuerūt. ſcꝫ dyabolus
ſuggerens. mulier nūcians viro. et vir co-
medens et naturam humanam corrūpens.
Quia ergo xpūs in ſua reſurrectōne natu-
ram humanam reparauit. cōgruam fuit ꝙ
ibi fuerit xpūs homo reſurgens et naturā
humanam liberans. et angelus bonam re-
ſurrectiōem affirmans. ⁊ femina ſancta nū
cium ferens. quia omnis curatio fit ꝑ con-
trarium. quia autoritate medicoꝝ. cōtraria
cōtrarijs curātur Quarto congruū fuit
vt hodie xpūs quinquies appareret. quas
quinqꝫ vices ſacerdos in miſſa quinquies
ſe vertens ad pplm repñtat. Primo em̄ ap
paruit marie magdalene ad ſepulcrū rema
nenti ⁊ flenti. Io. xx. Secūdo ipi ⁊ alijs do
minabus redeūtibus a ſepulcro. vtꝫ math.
xxviij. Circa qḋ intelligēdum nota ꝙ ꝓut
ex euāgeliſtis colligit̄. et vt aug⁹. d. de con-
ſenſu euāgeliſtaꝝ. maria magdalena ⁊ alie
marie bis viderūt angelos ⁊ eis locute ſūt
Primo cum venerūt tempeſtiue ad monu
mētum et viderūt duos āgelos. ⁊ ſtatim cu
currerūt diſcipulis nūciare. vt dicit math.
et mar. Secūdo quādo cum diſcipulis redi
erūt ad monumētum ⁊ tūc recedētibus di-
ſcipulis angeli iteꝝ eis locuti ſunt. vt dicit
Luc. ⁊ Ioh. Similiter ieſus apparuit bis
mulieribus. Primo marie magdalene qñ
ſecūda vice venit ad monumētum cū alijs
marijs et apoſtolis. et recedentibus apoſto
lis et alijs marijs ipſa remanſit ad monu-
mentum foris plorans et vidit ieſum in ſpe
cie ortulani. vt dicit Ioh. xx. Secūdo mag
dalene et alijs marijs recedentibus ſecūdo
a ſepulcro quādo acceſſerunt et tenuerunt
pedes eius. vt dicit math. Maria em̄ mag
dalena poſtqꝫ vidit ieſum in ſpecie ortulani
cucurrit poſt alias marias ⁊ inuenit eas in
via. et dum eſſent omnes ſimul ieſus appa-
ruit eis vt dictum eſt. Tercio petro ſed ne-
ſcitur vbi. Luce. xxiiij. Et hoc ſignat ſacer
dos dum vertit ſe ad populum et non dicit
dominus vobiſcum. ſed ſilenter ⁊ plane di-
cit. orate pro me. Quarto duobus diſcipu-
lis euntibus in emaus. Luce. xxiiij. Quin-
to omnibus diſcipulis in abſentia thome.
Iohā. xx. Et ſignat ꝙ quinquies debemus
hodie ⁊ in omni die dominica apparere ſcꝫ
in prima in qua miſſa celebratur. in tercia.
in nona. in veſperis. ⁊ in completorio ad re
gratiandum deo ꝓ quinqꝫ maximis benefi
cijs que a deo recepimus. Primo ergo de-
bemus deo regratiari pro bono nature. qꝛ
nos ad imaginē ſuam creauit et hoc ſignat
prima. Secundo pro bono fortune. qꝛ tam
diligenter nos gubernat ⁊ regit vt omīa pe
dibus noſtris ſubiecerit. et hoc ſignat ter-
cia. Tercio pro bono gratie. quia ita cariſ-
ſime nos redemit. et hoc ſignat nona. quia
in nona chriſtus mortuus fuit. Quarto ꝓ
bono glorie. quia in fine vite nobis dare
eternam gloriam eſt paratus. et hoc ſignāt
veſpere. Quinto pro bono reſurrectionis
glorioſe quia in fine ſeculi nos reſuſcitabit
non amplius morituros. et hoc ſignat com
pletorium vltra qḋ amplius nihil erat.
Z Circa terciū ſcꝫ circa cōmendatōem
iſtarum dominarum nota ꝙ iſte domine a
ter ſalubriter cōmendātur. Primo a ve
ra amicicia. quia in vita ſequebātur xpūm
miniſtrantes ei de facultatibus ſuis. et in
morte fuerunt iuxta crucem et poſt mor-
tem iuerunt ad ſepulcrum eius corpus vn
gere cupientes. Prouerbioꝝ. xvij. Omni
tempore diligit qui amicus eſt. Amicicia
mundi eſt ſolum in vita et ſolum circa ꝓ-
ſpera conſiſtit. Eccleſiaſtici. vi. Eſt amicus
ſoci⁹ mēſe et nō ꝑmanet in tꝑe neceſſitatis

Secūdo cōmendantur ab eximia religio
ne. quia cum tātum diligerēt xpūm tam in
vita q̄ʒ in morte. tamen ꝓpter cuſtodiā ſab
bati non mouerunt ſe a hieruſalem in ſab
bato ſancto vt legem dn̄i cuſtodirent. Va
de ꝛ tu fac ſimiliter vt ꝓpter nullius timo
rem vel amorem p̄tereas legē dei. Sed heu
hodie quia ꝓpter vnū denariū lex dn̄i p̄te
ritur ꝛ plus timetur ꝛ amatur homo q̄ʒ de
us. Tercio cōmendantur a ſolicitudine
magna quia valde mane ſurrexerūt ad cor
pus dn̄i reuiſendum ꝛ inungēdum. Sic et
nos tempeſtiue ad corpus xp̄i vidēdum ſur
gere debemus. Pſal. Surgite poſtq̄ʒ ſederi
tis qui mandu. pa. dolo. Eph. v. Surge qui
dormis et exurge a mortuis et illuminabit
te xpūs. Mich. vj. Indicabo tibi o homo
quid ſit bonū et quid dn̄s requirat a te. vti
qʒ facere iudicium et diligere miſericordiā
et ſolicitum ambulare cū deo tuo Quar
to cōmendātur ab honeſtate mutua. quia
non vna ſola ſed multe ſimul iuerūt. Eccl'e
iiij. Ve ſoli quia cū ceciderit nō habʒ ſub
leuātem ſe. Quia ſuſanna manſit in pome
rio ſola fuit confuſa ꝛ cōdemnata ad mor
tem. Nunq̄ʒ mulier alicuius valoris ſola in
tercedere vel ſtare deberet. Quinto cō
mendātur ab intentiōe recta. quia iuerunt
vngere ieſum. Ieſum enim inungimus qn̄
in bonis opibus que exercemus bonā intē
tionem habemus vt ſcʒ ea faciamꝰ ad dei
honorem et ꝓximi edificatiōem. Math. vj
Tu autem cum ieiunas vnge caput tuū id
eſt xpūm. Propterea ille quinqʒ virgines
nō intrauerūt ad nuptias quia non habue
rūt oleum in lampadibus. id eſt bonam in
tentiōem in opibus vt dicit augꝰ. Et ideo
lampades eaꝝ ſunt extincte quia ignis ſpi
ritusſancti non pōt ardere in opibus mala
intentiōe factis. Bona ergo intentione de
bemus ad eccleſiaʒ ire ſcʒ vt vngamus cor
pus ieſu et nō vt videamus vel videamur
ſicut multi ꝛ multe faciūt. Sexto cōmen
dātur a locutiōe honeſta quia nō vana nec
detractoria loquebātur ſed dicebāt. Quis
reuoluet nobis lapidem ab hoſtio monu
menti vt ſcʒ poſſimus vngere corpus ieſu.

Quicūqʒ em̄ loquitur de deo deus eſt cum
eo. Mat. xviij. Ubi duo vel tres cōgregati
fuerint in nomie meo ibi ſum ego in medio
eorū. Quia hodie duo diſcipuli loqueban
tur de ieſu apparuit illis ieſus. luce. xxiiij.
Et quia iſte domine loquebantur de amo
tiōe lapidis vt vngerent corpus ieſu appa
ruit illis angelus et cōpleuit deſideriū earū
lapidem amouendo Prouer. x. Deſideriuʒ
ſuū iuſtis dabitur. Loquamur et nos de ie
ſu vt amoueat lapideʒ. id ē. duriciē a corde
noſtro. vt poſſimus vngere corpus ieſu. id
eſt. opera pietatis in chriſti mēbra exercere.
Math. xxij. Quod vni ex minimis meis fe
ciſtis mihi feciſtis. A Circa quartum
ſ. circa ſignificatōnem iſtarū dn̄aꝝ nota ꝙ
tres marie tres amaritudines ſignant quas
homo querens chriſtū debet habere. Ma
ria em̄ interpretatur amarū mare. Prima
amaritudo debet eſſe de peccatis cōmiſſis
Secunda de bonis p̄itis. Tercia de penis
incurſis. qꝛ priuatus eſt eterna hereditate ꝛ
eternis ſupplicijs deputatꝰ. Uel debet ha
bere tres amaritudines. ſcʒ de peccatis cogi
tatis. locutis. et operatis B Tres pix
ides ſignant trinitatem trine ſubſtantie que
fuit in chriſto. ſcʒ anima corpꝰ et deitas. in
quibus fides noſtra conſiſtit. quā querens
deum habere debet in pixide cordis ſui. et
debet eā portare tāq̄ʒ pixidē in manibus. qꝛ
debʒ eā ꝑ opera manifeſtare. Iac. ij. Oſtē
de mihi fidem tuam ſine opibꝰ et ego oſten
dam tibi fidem meam ex operibus. C
Tria vnguēta in pixidibus ſignificant tres
amores quos querens deum debet habere
ſecum. Primus eſt amor dei qui ꝑ amoreʒ
marie magdalene ſignificatur. que maxime
et ſuꝑ omnia deū dilexit. Secūdus ē amor
ꝓprie ſalutis qui ꝑ vnguētum marie iacobi
deſignatur. qui tunc eſt quādo anima regit
corpus ꝛ mūdum ſupplātat ꝛ vicia ꝛ pec
cata. Iacobus em̄ ſupplantator dꝛ. Terci
us eſt amor ꝓximi qui ꝑ vnguētum marie
ſalome deſignatur. qui tunc eſt quando ho
mo habet cor amaꝝ in miſerijs peccatorū
et ꝓximoꝝ. Salum em̄ idem eſt qḋ amarū
vel amaritudo. ij. coꝛ. x. Quis infirmatur



et ego non infirmor. quis ſcandaliſatur et
ego non vror. Uel tria vnguēta ſunt fides
ſpes ꝛ caritas. quibꝰ dn̄s oleo leticie ꝛ om
ni gratia vnctus cōiungitur anime ꝛ ip̄am
eodem oleo leticie et omnis gratie ꝛ virtu
te vngit. Qui ergo vult videre xp̄m reſu
ſcitatum ꝛ glorioſum hec omnia ferat ſecū
ſed non querat eū in ſepulcro. quia ibi non
fuit inuentus. Luce. xxiiij. Quid queritis
viuētem cum mortuis. Sepulcrū dealbatū
eſt mūdus iſte. qui afforis ſpecioſus appa
ret ſed intus eſt plenus oſſibus ꝯpungitiuis
et omni ſpurcicia. Recedamus ergo de ſe
pulcro mūdi et xp̄s occurret nobis ſicͭ iſtis
mulieribus fugiētibus de ſepulcro occurrit
et dixit. Auete. math. xxviij. Que tunc ac
ceſſerūt ꝛ tenuerūt pedes eius. Et ſic patʒ
primū. Secūdo ponitur angeloꝝ miſte
rium et apparitio glorioſa. quia introeūtes
in monumētum id eſt in ambitum muratū
circa ſepulcrū. viderūt iuuenem ſedēteʒ ſu
pra ſepulcrū ad dexterā ꝑtem coopertum ſto
la candida. D In quibus verbis qua
tuor notātur. Primo em̄ etas reſurgētium
deſignatur quia angeli in etate iuuenili ap
paruerūt in qua xp̄s reſurrexit. in qua etiaʒ
omnes reſurgemus. Eph. iiij. Donec occur
ramus omnes in virū ꝑfectum. in menſurā
etatis plenitudinis xp̄i. Secūdo deſignatur
ꝑennis gloria reſurgētium. quia ſedēteʒ in
dextris viderūt. ꝑ dexteraʒ aūt beata futu
ra vita. ꝑ ſiniſtra aūt pn̄s ſeculum deſignatͬ
Tercio deſignatur claritas corpoꝝ glorio
ſorum. quia in veſte fulgenti ꝛ ſtola candi
da coopertum iuuenem viderunt. que veſtis
fulgens ꝛ ſtola candida nihil aliud fuit niſi
quidam fulgor glorie ꝛ claritas luminis.
Ex habūdātia em̄ glorie anime redunda
bit quidam ſplendor in corpus ſole clarior
et delectabilis ad vidēduʒ. Math. xiij. Ful
gebunt iuſti ſicut ſol. ꝛc. Quarto deſignatͬ
differētia reſurgētium. quia vt dicit math.
erat autem aſpectus eius ſicut fulgor. ꝛ ve
ſtimētum eius ſicut nix. xpūs em̄ glorioſus
et ſplendens apparebit iuſtis et bonis in iu
dicio. malis autē terribilis ꝛ formidoloſus
ꝓpter qḋ dicent montibus operite nos a fa

cie ſre agni ſedentis in throno. apo. iiij. Et
ſic patʒ ſcd̄m. Tercio ponitur angelicum
colloquium. et reſurrectionis affirmatio ſe
rioſa. In colloquio autem magna clemen
tia demonſtratur. Et hoc eſt qḋ dixit. No
lite expaueſcere ſed iudei timeant. Uos au
tem qui feritiſ vnguēta p̄cioſa ſcʒ virtutes
et oꝑa bona que xp̄o in vita ꝛ in morte ob
ſecute fuiſtis. que veraciter ip̄m queritis ꝛ
deuote. nolite timere quia timor non eſt in
caritate. ſed ꝑfecta caritas foras mittit ti
morem. j. io. iiij. vos auteʒ ꝑfectam carita
tem ad xpūm habetis. et ideo nolite timere
Sed timeāt iudei qui xp̄m occiderūt. time
ant pagani qui in ip̄m nō credunt. timeant
mali xp̄iani qui ip̄m quotidie factis negant
et ip̄m iteꝝ crucifigūt. Uos auteʒ queritis
ieſum nazarenū id eſt ſaluatorem floridum
omni flore virtutum. ieſus em̄ ſaluator na
zarenus floridus interp̄tatur. crucifixuʒ ꝓ
ſalute hoīm. nolite timere. In affirmatōne
vero reſurrectiōis firma veritas eluceſcit.
quia ſurrexit non eſt hic. Ubi duo conſide
randa occurrūt ſcʒ reſurrectōnis ꝓbatio ꝛ
reſurrectōnis modus. E Circa primuʒ
ſcʒ reſurrectōnis ꝓbatiōem dupliciter ꝓce
damus. Primo infringamus rōnem iudeo
rum et dictum qui dicūt ꝙ diſcipuli cuſto
dibus dormiētibus furati ſunt corpus xp̄i
et dixerunt ip̄m reſurrexiſſe. et hic error vſ
qʒ in pn̄s marceſcit in cordibus iudeorum
qui error habuit ortum. vt patʒ math. vl. ex
eo ꝙ cuſtodes ſepulcri dn̄i dn̄o mane ſurgē
te exterriti ſunt valde et facti ſunt velut
mortui p̄ timore terremotus ꝛ aſpectus an
geloꝝ qui ibi apparuerūt. et fugiētes ad ci
uitatem et redeūtes hieruſalem inuenerunt
principes ſacerdotum et phariſeos quibus
ea qui cōtigerūt dixerūt xpūm ſurrexiſſe af
firmātes. Sacerdotes aūt ꝛ phariſei conſi
lio habito magnam pecuniam p̄dictis cu
ſtodibus ſunt largiti. rogantes eos ꝙ dice
rent. ꝙ dormiētibus eis venerūt diſcipuli ꝛ
corpus xp̄i furati ſunt. Cuſtodes aūt cor
rupti pecunia ſic dixerūt in populo diuul
gantes p̄dictum errorem. Hoc auteʒ appa
ret falſum dupl'r. Primo qꝛ aut cuſtodes

dormiebant aut nō. Si dormierūt quō hoc
ſcire potuerūt. Si non dormiebant quō cū
cuſtodes erant armati pmiſerūt aplos qui
erant pſone viles ⁊ tremebūdi rapere cor-
pus ieſu. Certe non eſt veriſile nec credibi-
le. Secūdo quia ſi diſcipuli fuiſſent furati
corpus xpi nō traxiſſet moram ad diſpoliā-
dum ipm ſed ſubito aſportaſſent. Quis la-
tro inueniens ſaccuʒ plenū pannis poneret
ſe ad diſſoluēdum ſaccum. Sed linteami-
na quibus xpi corpus fuit inuolutum in ſe
pulcro poſtea inuenta fuerūt. Et ideo hec
fictio eſt valde irrōnabilis. Sed vt dictum
eſt iudei corruperūt cuſtodes pecunia ⁊ eis
ſic loqui pſuaſerūt. Sed ſtulti iudei magis
apparens ⁊ credibile mendaciū fingere de-
buerūt. ℱ Secūdo iudeoꝝ fictione ex-
cluſa xpi reſurrectionem probemus. et hoc
quinqʒ modis. ſcʒ p ſcripturas. p teſtimo-
niū. p rationes. p figuras ⁊ exempla na-
turalia. Omnibus illis modis xpi reſurre-
ctio conuenienter ꝓbatur. Primo ergo
ꝓbatur p ſcripturam noui ⁊ veteris teſta-
menti quā impoſſibile eſt eſſe falſaʒ. vtpote
a ſpūſancto dictatam. Pſal. Ego dormiui
et ſoporatus ſum ⁊ exurrexi. Idem. Exur
gam diluculo. Nouū auteʒ teſtamētum to
tum eſt penū xpi reſurrectione. quia ⁊ euā-
gelia ⁊ epl̄e hoc affirmāt. ℬ Secūdo
ꝓbatur p teſtimoniū. qd̄ fuit triplex. ſcʒ ce-
leſte terreſtre ⁊ infernale. Celeſte fuit teſti-
moniū angeloꝝ dicētium. Surrexit non eſt
hic. Qui apparuerūt in veſte gl̄e. ad oſten
dendum ꝙ glorioſe reſurrexerat. Terreſtre
fuit triplex ſcʒ teſtimoniū ſanctaꝝ dn̄aꝝ et
aliaꝝ multaꝝ. Luce. xxiiij. Mulieres que-
dam ex noſtris terruerūt nos. ⁊c̄. qui dicūt
eum viuere. Militū pilati qui ſemiuiui ce-
ciderūt in terram et fugiētes dixerūt. quia
ſurrexit. Math. vl. Ecce quidam de cuſto-
dibus venerūt in ciuitatem et nūciauerunt
principibus ſacerdotum omia que facta fu
erāt. Et religioſoꝝ apl̄oꝝ quoꝝ teſtimoniū
certiſſimū fuit quia fuit de viſu ⁊ de tactu
et de guſtu. Luce. xxiiij. Palpate ⁊ videte
quia ſpūs carnem ⁊ oſſa non habet. Actu.
x. Dedit eum manifeſtaʒ fieri. nō omni po

pulo ſed teſtibus preordinatis a deo nobis
qui manducauimus ⁊ bibimus cū illo poſt
q̄ʒ reſurrexit a mortuis. Infernale teſtimo
niū fuit multoꝝ qui cum xpo reſurrexerūt
Mat. xxvij. Multa corpa ſanctoꝝ qui dor
mierāt ſurrexerūt ⁊ apparuerūt multis.

Tercio reſurrectio xpi pōt p rōnes ꝓba
ri. M Et pn̄t ad hoc adduci. xii. rōnes
Prima eſt ex pte iuſticie dei que eſt ꝙ qui
non peccat nō puniatur. ſed xpus in corpe
ſuo nunq̄ʒ peccauit imo multum valde me
ruit nec in ipo fuit ↄcupiſcētia mali ad ma
lum inclināʒ ſed originalis iuſticia ⁊ inno
centia pura. ergo id corpus nō debuit p pu
trefactōnem puniri ſed p reſurrectōnis glo
riam pmiari. Pſal. Non dabis ſanctū tuū
videre corruptōnem. Et ſi ad horam guſta
uit mortem. hoc fecit ꝓpter ſcelus huma-
nū vt nos redimeret ab eo. Yſa. liij. Pro-
pter ſcelus populi mei pcuſſi eum. Secun
da eſt ex pte ſapiētie dei cuius eſt ordinare
omnia ⁊ nihil inordinatū relinquere in mū
do ſed omis ps ordinatur in ſuo toto. ⁊ ex-
tra ipm inordinata manet. Partes aūt ho
minis ſunt anima ⁊ corpuſ. ergo anima xpi
debuit corpi reuniri facta redemptōne hu-
mana ꝓpter quam fuerat a corpore ſepata
Tercia eſt ex largitate ⁊ magnificentia dei
ad quā ſpectat omnibus a ſe creatis tribu
ere omneʒ pfectiōem et omne bonū qd̄ ſm
naturam ſuā eis competit ⁊ recipe poſſunt
Iaco. j. Qui dat omnibus affluēter. Sed
corpus xpi poterat recipe gloriam reſurre-
ctionis cum fuerat habitaculuʒ dei qd̄ ma
gis fuit. ac etiam ei ſm naturā reſurrectōis
gloria debebatur. quia corpus fuit glorioſi
dei. Unde ab inſtanti conceptōnis ſibi glo-
ria debebatur. et qd̄ ad temp⁹ ea caruit de
us diſpenſatiue fecit. ergo debuit p reſurre
ctionis gloriam ſublimari. Quarta ē a ma
ioritatis decentia quia qui habet maius et
principale debet habere minus ⁊ acceſſo-
rium. vt qui habet equū debet habere fre-
num. et vir qui habet vxorem debet habe-
re bona eius. ſed corpus illud ſemp habe-
bat deum qui omnibus maior eſt. quia dei-
tas nunq̄ʒ fuit nec a corpore nec ab anima



ſepata ergo illud corp⁹ debebat habere glo
riam que dei eſt ſcdm qd̄ ipum capere po-
terat. hec auteʒ eſt gloria reſurrectōnis.
Quinta eſt ab anime inflamatiuo. vt infla
memur ⁊ accendamur ad bene agēdū. Nā
aſſueti corpalibus magis diligimus corpa
lia bona. Gloria aūt corpis bonū corpale
eſt. quā dum in xpi corpe ſpeculamur que
etiaʒ nobis ꝓmittitur. iuxta illud phil. iij.
ſaluatorem expectamus dn̄m noſtrū ieſum
xpūm qui reformabit corpus humilitatis
noſtre configuratum corpi claritatis ſue.
magis accendimur ad bene opandum. Si
eniʒ gloriam corpis in nullo cōſpicerem⁹.
caderet ſpes noſtra de tali pmio deſpantes
tepidi et remiſſi effecti. Quia vt di. greg.
Conſideratio pmij minuit vim flagelli.
Sexta vt naturale deſiderium cōpleatur.
qd̄ fruſtrari non pōt. eo ꝙ oſtenderet imp
fectiōem eternitatis dei. ſed naturale deſide
rium ineſt anime corpi reuniri et inſimul
cum eo glorificari. ſed ꝓut ꝓuer. x. dr. deſi-
derium ſuum dabitur iuſtis. ergo corp⁹ de
buit reuniri anime et cum ea gloria potiri
et eius virtute omnia alia corpa ſuis ani-
mabus reuniētur. quia vt ꝓbat apo. j. co.
xv. xpi reſurrectio eſt cauſa noſtre reſurre
ctionis. et ſi xpus reſurrexit ⁊ nos reſurge
mus. cantat em̄ eccleſia. morteʒ noſtrā mo
ri ndo deſtruxit ⁊ vitam reſurgendo repa
rauit. Septima eſt a virtute ſupnaturali q̄
fuit in xpo qui maiorem virtutem habuit
ad viuificādum q̄ʒ adam ad mortificāduʒ.
vt dicit apl'us ad ro. ij. ſed adam tranſmi-
ſit mortem in ſe ⁊ in omnes poſteros. ergo
multomagis xps ſuſcitauit ſe et oēs alios
p virtutem ſue potentie. j. coꝛ. xv. Sicut
in adam omnes moriūtur. ita ⁊ in xpo om-
nes viuificabūtur. Octaua eſt a xpi humi
litate. Lex enim dei hoc ſanxit vt qui ſe
magis humiliat maxime exaltetur Eſt em̄
humilitas regula exultatōnis vt ſupra in
pcedenti dn̄ica eſt notatum in ſermone de
epl'a. et ecōuerſo de ſupbia. Lu. xiiij. Om-
nis qui ſe humiliat exaltabitur. et omnis
qui ſe exaltat humiliabitur. Sed xps ma-
xime ⁊ in ſupremo gradu ſe hūiliauit. ergo

ſumme debuit exaltari. qd̄ p reſurrectiōem
factum eſt. quia niſi reſurrexiſſet nō fuiſſet
ſumme exaltatus. nam magis eſt in anima
et in corpe exaltari ⁊ glorificari q̄ʒ in aīa
ſolum. Phil. ij. Humiliauit ſemetipm Et
ſequitur. Propter qd̄ ⁊ deus exaltauit illū
Et ideo poſt reſurrectiōem xpūs ait math.
xxviij. Data eſt mihi omnis poteſtas in ce
lo et in terra. Nona ē a xpi obediētia. In
uenimus ergo de multis ſanctis ꝙ eis oēs
creature ⁊ mors et vita obediuerūt ad nu
tum. et hoc quia ipi obediētes fuerūt. Ex-
empla patēt in nouo ⁊ ve. teſta. Sed xpūs
ſup oēs ſanctos deo obediuit vſqʒ ad mor
tem nec eius mandatū vnq̄ʒ pterijt. Phil'
ij. Factus eſt obediens vſqʒ ad mortem.
Ergo mors ⁊ vita vt moreretur ⁊ reſurge
ret quādo vellet debuerūt ei magis q̄ʒ ali-
cui ſancto alio obedire. Io. x. Poteſtateʒ
habeo ponēdi aīam meā et iterū ſumēdi eā
Decima eſt ꝓpter reuerētiam fidei xpiane
et irriſionem infidelium euadēdam q̄ maxi
me ſequeretur ſi xpūs nō reſurrexiſſet. Nā
magis abſurdum fidei xpiane ⁊ incōueni-
ens apud exteras nationes videtur ꝙ nos
dicimus ꝙ deus fuit mortuus ⁊ ſepultus
cum deus mori nō poſſet. eo ꝙ eſt vita per
petua ⁊ beata. Si ergo filius dei a mortu
is nō reſurrexiſſet. tūc deus ⁊ dn̄s xpianoꝝ
eſſet quidam deus mortuus ⁊ ſepultus. qd̄
eſſet quodam ridiculoſum dicere. Nam ſi ad
horam guſtauit mortem inquātum homo
vt nos iuſte liberaret. reſurrexit in virtute
dei deuicta morte in qua verus deus oſten
ditur. Math. xxij. Non eſt deus mortuoꝝ
ſed viuētium. id eſt deus noſter non eſt de
us mortuus ſed deus viuens. Undecima ē
ad fidem noſtrā confirmandam. Nam hec
eſt fides catholica vt credamus ⁊ cōfitea-
mur. quia dn̄s noſter ieſus xpūs eſt deus et
homo. Ioh. xiiij. Creditis in deuʒ ⁊ in me
credite. Sed ſi xpūs fuiſſet a morte victus
ſicut ⁊ ceteri nō habuiſſet omnipotentiam
dei quā magis in eo ꝙ morte abſorbuit de
monſtrauit q̄ omnes vicit. et p ↄſequēs nō
fuiſſet deus. Similiter nō fuiſſet homo qꝛ
filius dei in triduo mortis non fuit homo

cum anima fuit a corpore ſepata ex quibꝰ
coniunctis homo conſiſtit. et ideo vt dicit
aplus.j.coꝝ.xv. Si xp̄s non reſurrexit a
mortuis inanis eſt fides noſtra. Duodeci-
ma eſt ad complemētum felicitatis eterne
que conſiſtit in cognitōne deitatis ⁊ huma
nitatis xp̄i. Joh.xvij. Hec eſt vita eterna
vt cognoſcant te ſolum verum deū ⁊ quem
miſiſti ieſum xp̄m. Humanitas in vnione
anime ad corpus cōſiſtit que ꝑ mortem de-
ſtructa fuit. quia in morte xp̄s non fuit
homo. Vt ergo cōpleta ſit felicitas noſtra
oportuit xp̄m reſurgere ſalute humana cō
ſummata ꝑ mortem. Joh.x. Ingredietur
ſcȝ ad deitatem et egredietur ſcȝ ad huma-
nitatem et paſcua inueniet ſcȝ felicitatis et
glorie. Quarto xp̄i reſurrectio ꝓbatur ꝑ
figuras Nā figurata fuit in ſampſone quē
cum philiſtijm crederēt detinere ipa media
nocte ſurrexit et tulit portas gaze ereas et
egreſſus eſt ciuitatē. vt pȝ iudic.xvj. Sic
xp̄s iuit ad inferos et dum inferi ipm cre-
derēt detinere ipe ſurrexit fractis portis in
feri. Pſal. Non derelinquas aiam meaȝ in
inferno. Item figurata fuit in iona quē ce
te abſorbens. tercia die euomuit. vt pȝ ione
ij. Sic xp̄s in ventre terre poſitus. tercia
die reſurrexit. Math.xij. Sicut fuit ionas
in ventre ceti tribus diebus ⁊ tribus nocti
bus. ſic erit filius hominis in corde terre tri-
bus diebus et tribus noctibus. Quinto
reſurrectio xp̄i ꝓbatur non eſſe impoſſibi-
lis ꝑ exempla naturalia. Nam de leone dr̄.
ꝙ facit filios mortuos quos tercia die cū
rugitu reſuſcitat. Multo ergo magis deus
pater filium ſuum voce virtutis ſue ſuſci-
tauit. ⁊ ideo xp̄s in ſua reſurrectōne leoni
aſſimilat̄ ſicut in ſua paſſione agno. Apoc.
v. Vicit leo de tribu iuda. Similiter de fe
nice dicit̄ ꝙ adunat ligna aromatica. et vi-
brans alas in eis ignem accendit ⁊ ſeipm̄
comburit ⁊ ex cineribus fenicis generatur
vermis quidē qui in eandem auē transfor
matur et creſcit. Sic xp̄s in ligno crucis
ex igne ſpūſancti ſeipm cōbuſſit et tercia
die idem reſurrexit Similiter de cocodrillo
dr̄ ꝙ eſt animal magnū ⁊ ꝑniciosum ⁊ yord

inſidiatur. Ydrus autem inuoluit ſe in lu-
tum vt labilis fiat. et ꝓijcit ſe in os coco-
drilli dormiētis. Quē cum cocodrillus cre
dit ſe deuoraſſe. ipe corroſis viſceribus eius
tercia die egreditur. Cocodrillus eſt dyabo
lus cuius os eſt mors. et venter: infernus.
ydrus autē id eſt filiꝰ dei inuoluit ſe in lu
to mortalitatis noſtre vt poſſȝ mori ⁊ mor
tuus eſt. Quē cum dyabolus crederet de-
uoraſſe ipe corroſis eius viſceribus dū alias
ſanctoꝝ inde extraxit tercia die reſurrexit.
Secūdo videamus reſurrectōnis modū
et ſignificatōnem. I Vbi nota ꝙ xp̄us
quinqȝ modis reſurrexit ſcȝ cito. immorta-
lis. caute. ſociatus. et vere. Reſurrectio au
tem xp̄i corꝑalis ſignificat reſurrectōēȝ no
ſtram ſpūalem. que vocatur reſurrectio pri
ma. que eſt reſurrectio anime qua a pecca-
to reſurgit. Nam ⁊ anima moritur morte
ſua. Apoc.ij Beatus qui habȝ ꝑtem in re
ſurrectōne prima. Si ergo volumus cū xp̄o
glorioſe reſurgere et in glorioſa reſurrectō
ne ſcda cum xp̄o eſſe: reſurgamus reſurre-
ctione prima et ſupradictis quinqȝ modis
quibus xp̄us a mortuis reſurrexit. Pri-
mo reſurgamus cito. xp̄s enim ſtatim ꝓba
ta morte reſurrexit quia humanū eſt pecca
re. ſed dyabolicum in peccatis ꝑſeuerare: vt
dicit gre. In nullo alio peccato dyabolus
ita imitatur ſicut in ꝑſeuerātia mali. qr ille
ab inicio peccauit et ſemꝑ ꝑſeuerat in ma-
lo. Pſal. Suꝑbia eoꝝ qui te ode. aſcen. ſꝑ.
Contra qd̄ dr̄ eccj.v. Ne tardes cōuerti ad
dn̄m et ne differas de die in diem. Et nota
ꝙ coruus emiſſus de arca nunꝙ̄ redijt. ⁊ ſꝑ
dicit cra cra. Sic faciūt multi Secundo
reſurgamꝰ immortales vt nunꝙ̄ morte cul
pe ꝑ peccatum in anima moriamur. qr xp̄s
reſurgens a mortuis iam nō moritur. mors
illi vltra nō dn̄abitur. Ro.vj. Quia vt dr̄
ad hebre.x. Volūtarie peccantibus nobis
poſt acceptam noticiā veritatis iam non re
linquitur nobis hoſtia ꝓ peccatis. terribi-
lis autē quedaȝ expectatio iudicij et ignis
emulatio que cōſumptura eſt aduerſarios
Quia qui voluntarie peccat quātum in ſe
eſt dei filium crucifigit. vt dicit apoſtolus



ad hebre.vj. et ideo cum xp̄i crucifixoribꝰ
iudicabitur. Stultum eſt valde imo inſanū
in carcerem dyaboli voluntarie velle redi
re. ac peccatoꝝ catenis denuo mācipari. qr
ſic fiunt nouiſſima hoīs peiora prioribus.
Joh.v. Ecce iam ſanus factus es. vade et
amplius noli peccare ne deteriꝰ aliquid cō
tingat tibi. Tercio reſurgamus caute.
Chriſtus enim de mane tempeſtiue nō fra
cto ſigillo pilati caute reſurrexit. ſic ⁊ nos
reſurgere debemus. quia multa ſunt q̄ impe
diūt nos reſurgere. ſcȝ mūdus caro demo-
nia. conſanguinei ⁊ amici. Eph.v. Videte
quō caute ambuletis. Math. Neſciat ſini-
ſtra tua quid faciat dextra tua. Et nota ꝙ
xp̄s reſurgens dimiſit veſtes in ſepulcro.
ita ⁊ nos pellem veterem peccati reſurgen
do ad vitam gratie deponere debemꝰ. Col.
iij. Expoliātes vos veterem hoīem cū acti
bus ſuis et induētes nouū hoīem qui reno
uatur in agnitōne dei. Quarto reſurga-
mus cum ſocietate. quia multa corꝑa ſan-
ctoꝝ cū xp̄o reſurrexerūt. vt ſicut malo exē
plo vel ſuggeſtione fecimꝰ alios cadere ita
nitamur eos ⁊ alios facere ad vitam reſur
gere. Et ſicut fuimus cauſa ꝑditōnis mul-
toꝝ. ſic ſimus cauſa ſalutis quia ꝑ hoc oꝑi
emus peccata noſtra. Ja.v. Qui conuerti
fecerit peccatorem ab errore vie ſue ſalua
bit animā eius a morte et oꝑit multitudi-
nem peccatoꝝ ſuoꝝ. Quia vt dicit aug. nō
eſt maius ſacrificiū deo q̄ȝ zelus animaruȝ
Sic erat ſollicitus aplus qui multos pecca
re fecerat. ⁊ multos reuocauit ad vitam. ij.
coꝝ.xij. Ego autē libentiſſime impendam
et ſuꝑimpendar ipe ꝓ animabus veſtris.
Quinto reſurgamus vere quia xp̄s ve
re ſurrexit. Luce.xxiiij. Surrexit dn̄s vere
Cuius tria fuerūt ſigna. ſcȝ palpatio. viſio.
⁊ comeſtō R Nā diſcipuli xp̄m palpa-
uerūt. ipm aptis oclīs viderūt et ipe cū eis
et ipi cū eo ꝯmederūt Lu.xxiiij. Palpate ⁊
videte. Similiter hec tria ſunt ſigna ꝙ hō
ſpūaliter reſurgit. Primū eſt palpatio Si
qs em̄ ꝑmittit ſe palpari a tribulationibus
et nō murmurat ſic iob. q in omnibꝰ nō pec
cauit. nec ſtultum qd̄ cōtra deū locutus eſt

ſignū eſt ꝙ vere reſurrexit Nō em̄ in ꝓſꝑis
ſcȝ in aduerſis cognoſcitur ſi homo eſt ve
re viuꝰ. ſicut ſathā dixit dn̄o de iob.c.ij. ci-
uſdem. Mitte inquit manum tuā et tange
os eius et carnem. et tūc videbis ꝙ faciem
benedicat tibi. Secundū eſt viſus. Si quis
enim oculo fidei recte videt xp̄m ⁊ ipm ve-
rum filiū dei credit ꝓ ſalute hominū paſſū
et aſpicit etiam in cum in cruce oculo pie-
tatis et caritatis vt ei cōpatiatur et mori-
atur cū illo. ſignum eſt ꝙ vere reſurrexit.
Pſal. Reſpice in faciem criſti tui. Mic.v.
Domine oculi tui reſpiciunt fidem. Quia
iuſtus ex fide viuit. Ro.x. Tercium ē cō-
meſſio. Si quis enīȝ cibū anime. ſ. verbum
dei. et corpus criſti digne ⁊ deuote maſticat
et comedit. ſignū eſt ꝙ vere reſurrexit et vi-
uit. ſic enim dȝ comedi. j.coꝝ.xj. Probet aūt
ſeipſum homo et ſic de pane illo edat et de
calice bibat. Et ſic patet terciū Quarto
ponitur ꝓmulgande reſurrectiōis mandatū
⁊ iuſſio fructuoſa. quia ite ⁊ dicite diſcipu-
lis eius et petro ſuꝑ. ꝙ reſurrexit dominus.
qr precedet vos in galileam ibi eū videbitis
Petro ꝑcipue mādat dici ne ꝓpter pecca-
tū qd̄ commiſit deſꝑet. et qr caput erat apoſ-
toloꝝ. Vnde quāuis petrus ꝓpter peccatū
infidelitatis et negatiōis ꝓpter qd̄ ſolū pa
pa pōt deponi iam amiſerat principatū. tn̄
ꝓpter penitētiam veram quia fleuit amare
deus tranſtulit peccatū eius. q.d. xp̄s. Di
cite petro. Sicut ꝓ peccatoribus mortuus
ſum ita ꝓ peccatoribus reſurrexi. quia ſcȝ
defleant peccata ſua vt iuſti fiant. Ro.iiij.
Traditus eſt ꝓpter delicta noſtra ⁊ reſur-
rexit ꝓpter iuſtificatōnem noſtrā. Et nota
ꝙ xp̄s aſſerit ſe in galilea videndū et non
alibi quāuis alibi ſe oſtenderet. quia gali-
lea interꝑtatur tranſmigratio Omnibꝰ em̄
qui ſe ſatagūt trāſmigrare de vicijs ad vir
tutes et de mūdo ad celum. ⁊ de negligētia
ad obſeruatōnem mandatoꝝ xp̄us ꝓmittit
ſe oſtendere ⁊ manifeſtare. Joh.xiiij. Qui
habet mandata mea ⁊ ſeruat ea ille eſt qui
diligit me ⁊ ego diligam eum ⁊ manifeſta-
bo ei meipm. Hec ergo dies cariſſimi boni
nūcij eſt. ſi tacuerimꝰ ⁊ noluerimꝰ nūciare

ſceleris arguemur.iiij.re.vij.Annũciemus
ergo mũdo xpi reſurrectõnem et quãta mi-
racula xpus p mortem et reſurrectõnem eſt
mirabiliter opatus. L. Sunt aũt ſex q̃
hodie mũdo nũciare debemus. Primus
eſt triũphus xpi nobilis.mors enim ⁊ vita
mirando cõflixere duello.Sed xps vita no
ſtra vicit mortem dyabolum ⁊ mũduz.De
primo Oſee.xiij.Ero mors tua o mors.j.
cor.xv.Ubi eſt mors victoria tua.Abſor
pta eſt mors in victoria De ſcdo aug.Ma
nu inermi ⁊ affixa cruci debellauit aereas
poteſtates De tercio ioh.xvj.Cõfidite ego
vici mũdum.Uade ⁊ tu fac ſimiliter.Vin-
camus ergo dyabolum mundum ⁊ peccati
mortem hodie Secũdum eſt ſpoliatio in
ferni mirabilis. quia xpũs rex noſter cõfre
git portas inferni.⁊ patres noſtros inde vi
ctorioſe extraxit.Zach.ix.Tu autez in ſan-
guine teſtamenti tui eduxiſti vinctos tuos
de lacu in quo nõ erat aqua. Tanta em̃ fu
it victoria regis noſtri q̃ inuaſit inimicum
vſq3 ad domuz ſuam et ſpolia que ſibi pla-
cuerũt abſtulit ipo in vinculis religato Ex
trahamus ⁊ nos cariſſimi aias parẽtuz no
ſtroꝝ de purgatorio beneficijs nr̃is ⁊ orõni
bus.ij.mach.xij. Sancta em̃ ⁊ ſalubris eſt
cogitatio ꝓ defunctis exorare vt a pecca-
tis ſoluãtur. Terciũ eſt ſpes humani ge-
neris infallibilis quia xpũs rex noſter ⁊ ca
ro ⁊ frater noſter glorioſus in aia ⁊ corpe
hodie reſurrexit.cuius reſurrectõ eſt cauſa
et forma noſtre reſurrectõnis.et ideo firmi
ter ſperare debemus q̃ ſicut ipſe reſurrexit
et nos reſurgemus. Annũciemus ergo ho-
minibus vt deinceps in ſpe beate reſurre-
ctionis viuant que ſpes facit omnia aduer
ſa patiẽter imo libenter tolerare Quar
tum eſt miſeratõ ⁊ affectus venerabilis.q2
licet xpo poſt reſurrectõnem defuerit miſe-
ria non tñ ei defuit miſericordia.q2 quãuis
ſumme fuerit ſublimatus non tñ oblit9 eſt
ſuoꝝ et noſtri.Nã apoſtolis ⁊ multis alijs
apparuit ⁊ oẽs amicos eſt cõſolatus et eos
dono ſpũſſancti repleuit. Jo.xx. Accipite
ſpm̃ſanctum quoꝝ re.⁊c. Prouerbium eſt
Honores mutãt mores Sz rex noſter ſu-

me honorat9 in nullo mutat9 ẽ quin ſp cir
ca nos paternũ gerat affectũ et nr̃i miſerea-
tur tribuens ſp carismatũ dona et nobiſcũ
maneat. Mat.xxviij. Ecce ego vobiſcum
ſum omni die.vſ.ad cõ.ſe. Quintum eſt
cõfidentia ſalutaris. Multũ em̃ debẽt pec-
catores cõfidere. q2 chriſtus reſurgẽs pri-
mo apparuit peccatrici et negatori q̃3 alijs
ad innuendum q̃ ſicut ꝓ peccatorib9 mor-
tuus fuerat.ita ꝓ peccatoribus reſurrexit.
Mat ix. Non veni vocare iuſtos ſed pec.
j.thi.j. Fidelis ſermo et omni ac.di. q2 ie-
ſus chriſt9 venit in hũc mundũ pec.ſal.fa.
Nonne apparuit paulo dũ iret ad pſequen-
dũ mẽbra ſua et cũ cõuertit ⁊ gratiam ſibi
infudit et apoſtolũ ipſũ cõſtituit,Sic quo-
tidie peccatores patos male agere et inuiſi-
biliter conuertit et gratiam magnam facit
Sextum eſt recupatio celeſtialis q2 ce-
leſtez hierlm recupatus eſt hõ.q̃ eſt ciuitas
noſtra Hebre.xiij.Non habem9 hic manẽ
tem ci.ſz fu.inqui.Accipiamus ergo bacu-
lum et capſellam vt pegrini et eamus ver-
ſus hieruſalem q2 recupata eſt ⁊ via eſt ſe-
cura q2 inimicus hũani generis qui viam
conturbabat et capiebat ambulantes p cã
captus et catenatus eſt. Eſt etiam via ab-
breuiata.nam olim circuibat p infernũ ſed
modo recto tramite tendit verſus celum.
Yſa.xxx. Hec eſt via ambulate in ea neq3
ad dex.neq3 ad ſiniſ.Et ſic patet quartum
Sz q2 vt dicit apoſtol9.j.cor.xv.⁊.j.theſ.
iiij.chriſti reſurrectõ eſt cauſa noſtre reſur
rectõnis.Et ſicut xpũs reſurrexit.ita ⁊ nos
reſurgemus.Si em̃ inquit credimus q̃ ie-
ſus mortuus eſt ⁊ reſurrexit ita ⁊ deus eos
qui dor.p ihm ad.cũ.e. Theſſa.vbi ſupra.
Ideo de reſurrectione noſtra.xij.videam9
M Primo vtꝝ corpoꝝ reſurrectio ſit
futura.Ad qd̃ dicẽdum q̃ omnino oportet
ponere q̃ corpoꝝ reſurrectio ſit futura et
hoc ꝓpter quinq3 rõnes. Primo rõne
iuſticie dei.Juſtum eſt eniz apud deum et
homines q̃ ille puniatur vel pmietur qui
peccauit vel meruit.Sed omĩa opa noſtra
ſunt anime ⁊ corpis ſimul.q2 vt dicit phus
actus ſuppoſitoꝝ ſunt ⁊c.Coniunctum eniz



ex anima et corpe opatur et non anima vel
corpus.Sed vt manifeſte videmus in vita
illa nec boni premiantur nec mali puniant
Quia vt dicitur iob.xij. abundãt taberna-
cula predonum et audacter ꝓuo.d. Mul-
ta etiam aduerſa patiũtur iuſti imo p mul-
tas tri.o.nos intrare in re.ce.actu.xiiij.
In ſepatione ãt anime a corpe anima va-
dit ad gloriam vel in penam.corpe h̃ in ter-
ra remanente. Ut ergo iuſta ſit retributio
oportet dicere q̃ anima iterũ ꝯiũgatur cor-
pi vt ſic cũ ipo pmietur vel puniatur iuxta
ſtipendia meritoꝝ.qd̃ p reſurrectionem fiet
Hic cadit exemplum de illo qui peuſſerat
patrem ſuũ et iuit ad ſanctũ iacobũ ⁊ nullo
modo poterat eccleſiam eius intrare donec
ſibi pedem amputauit. Secundo ratione
deſiderij naturalis.Naturaliter eniz homo
deſiderat pfectũ habere bonũ et eſſe ppetu9
in anima et corpe. Naturale aũt deſideriũ
n̄ poteſt eſſe fruſtra. eo q̃ demonſtraret im
pfectõem dei creãtis naturã.qd̃ eſt impoſſi-
bile. Et ponas exemplũ de feneſtra domus
que nunq̃3 aperiretur que ignorantiaz ma-
giſtri demonſtraret.Ergo niſi homo ponat
impedimentum oportz q̃ pfectum bonum
qd̃ ſm naturam pcipere põt aliqñ cõſequat
In quo vt dicit boeci9.magna maloꝝ im-
potẽtia demõſtratur.cum nunq̃3 ſit cõſecu-
tura id qd̃ ſemp deſiderat. Boni aũt ⁊ iu-
ſti pfectum bonũ in reſurrectõne cõſequẽ-
tur.Prouer.x.Deſideriũ ſuum iuſtis dabi
tur.Omnis etiaz creatura.vt dr̃ ro.viij.in
gemiſcit ⁊ parturit vſq3 adhuc expectans re
uelationem filioꝝ dei.quia ⁊ ipſa creatura
tunc a ſeruitute corruptõnis liberabit. Er
go ⁊ p deſiderium hoĩs ⁊ p deſideriũ omnis
creature ꝓbatur q̃ reſurrectõ corpoꝝ ſit fu
tura. Tercio rõne fidei ⁊ ſcripture.Naz
fidei impoſſibile eſt ſubeſſe falſum q2 eſt de
prima veritate ⁊ de opibus prime veritatis
Sed vnus de articulis fidei eſt reſurrectio
mortuoꝝ.ergo reſurrectõnem oportet eſſe.
Similiter ſcripturam impoſſibile eſt nõ im
pleri.Mat.v.Jota vnũ aut vnus apex nõ
pteribit a lege donec omnia fiant.Sed ſcri
ptura dic̃ Oſee.xiij.Ero mors tua o mors

ſcz p reſurrectionem.Et iob.xix. In nouiſ
ſimo die de ter.ſur.ſum.et rur.cir.pel.⁊c.j.
cor.xv.Omnes quidem reſur. Quarto
rõne virtutis et meriti xpi. quia vt dictum
eſt ſupra vbi ꝓbata fuit reſurrectio xpi ma
ioris virtutis ⁊ efficacie fuit xpũs p ſuam
obediẽtiam ad viuificãdum q̃3 adam p ſu-
perbiam ad occidẽdum ſed in adam omẽs
moriũtur.ergo p xpũm et in xpo omnes vi
uificabũtur ⁊ reſurgent Quinto rõne ſa
pientie dei.cuius eſt ordinare et nihil inor-
dinatum relinquere.Sed omnis ps eſt inor
dinata extra ſuũ ordinem.Partes autẽ ho
minis et humane nature ſunt anima ⁊ cor
pus. ergo anima ⁊ corpus ab inuicez ſepa
ta extra ſuũ ordinem ſunt et niſi cõiungant
extra ordinem ſuũ manent. Cum ergo ſapi
entia dei nihil inordinatum relinquat.opor
tet q̃ reſurrectio corpoꝝ ſit futura Itẽ tur
pis ⁊ inordinata eſt ps que nõ cõuenit ſuo
toto.Sed vt dr̃ ad eph.j.Deus dedit xpm
caput ſup omnẽ eccleſiam. Ipe ergo eſt ca
put ⁊ corpus et nos omnes ſumus mẽbra
eius.Ne ergo caput ⁊ corpus ſit monſtruo
ſum oportz q̃ ſicut xps reſurrexit et nos ſi-
militer reſurgamus vt ſimus mẽbra conue
niẽtia capiti et corpi noſtro in eadem ſimili
tudine pmanſura. N Secundo videa-
mus an omnes tam boni q̃3 mali ac etiã pu
eri in vteris maternis defuncti reſurgere de
beant. Ad qd̃ dicẽdum q̃ omnes reſurgent
et huius rõ tacta eſt ſupra.quia ſicut ipi in
corpe ⁊ anima meruerũt et demeruerũt.ita
in corpe et anima pmiabũtur ⁊ punietur.
Pueri etiam in vtero mortui reſurgent q2
xpũs repabit totam naturam. ſicut adam
totã deſtruxit. Si em̃ ſtatus ſolis ⁊ lune et
alioꝝ corpoꝝ pficietur.multomagis illi pu
eri omẽm pfectõnem naturalem habebũt.
Omnes em̃ pfectõnes tam anime q̃3 corpo
ris habebunt que eis ſm naturam compe-
tere pñt.gloriam autez dei nõ habebũt.De
quo nullum dolorez habebũt q2 cognoſcẽt
ſe nõ fuiſſe aptus p grãm dei ad illam glo-
riam. Omnem aũt pfectõnem naturalem
et bonuz pfectum habebũt excepto q̃ non
comedent nec generatõni vocabunt.Unde

nō eſt homo in mūdo nec vnꝙ̄ fuit qui ita
fuerit ꝑfectus in vita illa ſm naturam nec
tātam delectatōnem habuerit.ſicut illi pue
ri habebunt.Et idem eſt dicēdum de omni
bus pueris qui ante annoſ diſcretōis abſqꝫ
baptiſmo decedunt. Hic cadit exemplū de
illo milite qui iuit vltra mare cum vxore
ſua pregna. qui ad pdicatōnem magdalene
fuerant conuerſi. Qui dum eſſent in mari
vxor peꝑit ⁊ mortua eſt. Vir autē porta-
uit eam ad quādam inſulam inhabitatam.
et poſuit eam in quādam criptam ⁊ puerū
cum ea et recōmendauit marie magdalene
et dum rediret poſt magnum tempus inue
nit puerū ambulātem.Si ergo magdalena
ꝓſtitit illi vitā multomagis xp̄s dabit om
nibus vitam. ⁋ Tercio videamus an
reſurrectio ſit naturalis. et an xp̄i reſurre-
ctio ſit cauſa noſtre reſurrectōis. Ad qd̄ di
cendum ꝙ reſurrectio corpoꝝ nullo mō po
teſt eſſe naturalis ſed eſt omnino miraculo
ſa.q2 nihil eſt in natura ꝙ hoc efficere poſ
ſit.nec in natura angelica.nec in natura cor
porū celeſtium.nec alioꝝ corpoꝝ.nec in na
tura animaꝝ. Nō in natura angelica quia
materia corporea obedit angelo ad motum
ſed nō ad nutum vt ſcꝫ poſſit accipe pulue
res vel elementa in que corpus humanum
eſt reſolutū et inde formare corpus ad libi
tum. Poſſet aūt mouere qd̄cunqꝫ corpus
et vnū montem ad libitum. Aliqui tn̄ ange
li reſurrectōem coopabūtur quia ſcꝫ colli-
gent pulueres vel oſſa mortuoꝝ Sed refor
matio illoꝝ oſſium ⁊ puluerū in corpa fiet
virtute diuina.Corpa etiaꝫ celeſtia nō pn̄t
ſine ſecūdis agētibus ꝑfecta animalia gene
rare vt dicit ph̄us Nō generat hoiem ⁊ ſol
Impfecta em̄ animalia ⁊ ſemina pn̄t bene
ꝓducere vt mures ⁊ ranas ⁊ fructus. Vn̄
ex pulueribus corpoꝝ incineratoꝝ non pn̄t
corpa hominū ꝓducere.Similiter nec aīa
hoīs vel quecūqꝫ alia creatura poſſet ex il
lis pulueribus corpus homīs formare.Et
ideo illa mulier que dixit ſe cōcepiſſe de ſo
le falſum dixit.Similiter poete falſum dixe-
runt qui poſuerūt planetas habere filios.
Aduertēdum eſt tn̄ hic ꝙ mulier pōt con-
cipere bene ⁊ parere filium ſine viro aut vi
ri conſortio.quia ꝑ incubos demones ſꝫ nō
ſine ſemine viri.Sic ergo reſurrectō nō erit
naturalis ſed miraculoſa.cuius cauſa erit
reſurrectio xp̄i. Nam corpus xp̄i rōne dei-
tatis cui ſemꝑ fuit cōiunctum accepit infi-
nitam virtutem ad omnia alia corpora vi-
uificādum que ſunt eiuſdem nature et hoc
potētius faciet xp̄us ad vitam ꝙ̄ adam ad
mortem fecit.j.coꝝ.xv.Sicut in adam oēs
mori.ita et in xp̄o om.vi.Et ideo ſi xp̄s re-
ſurrexit ⁊ nos reſurgemus vt dictum eſt.

⁋ Quarto videamus vtrū ſit decens
ꝙ reſurrectō corporū vſqꝫ in finem mundi
differatur.Quare em̄ non ſtatim anima cū
corpe pmiatur vel punitur ſicut cū meruit
vel peccauit. Ad qd̄ dicēduꝫ ꝙ magis fuit
cōueniens ꝙ reſurrectio corpoꝝ vſqꝫ ad fi
nem mūdi differretur ꝙ̄ ſi ſtatim fieret. Et
hoc ꝓpter tria. Primo ꝓpter meritum fi-
dei qd̄ de fide reſurrectōnis habetur qd̄ ꝑ-
deretur. eſt enim vnus de articulis fidei re
ſurrectio mortuoruꝫ in quo multum mere-
mur ꝑfecte credēdo. Secundo quia multa
ſuffragia nō fierent ꝓ mortuis ⁊ multe ele
moſine nō darētur de quibus pauperes ſu̅t
viuūt.Quia aut ſtatim aīa reſumeret cor-
pus et tūc aſtantes ꝑpenderent ſi eſſet glori
oſa vel non.Et ſic nulla ſuffragia ꝓ illo fa
cerent.nec ꝓ eo elemoſinam darent quia in
inferno nulla eſt redemptio.et in celo nul-
la eſt indigentia.Aut reſumeret corpus pꝰ
quā aīa fuerit purgata qd̄ eſſet incōueniēs
quia nō ſeruaretur vniformitas in mortuis
cum multi nō vadant ad purgatoriuꝫ ſꝫ ad
celum vel infernum. Tercio quia magis ē
cōueniens ꝙ tota natura ſimul moueatur ad
incorruptōnem ꝙ̄ modo vnus ⁊ modo aliꝰ
quia ꝑ hoc oſtēditur infinita eſſe potentia
dei qui tātam multitudinem vno ictu ad in
corruptōnem reformabit Similiter ex hoc
multi errores ꝓuenirent et diceretur ꝙ ſic̄
natiuitas hoīs eſt naturalis ita ⁊ reſurre-
ctio.et ꝙ corpa celeſtia hoc facerēt.nec tn̄
bonū cognoſceretur.quia bonū qd̄ nō ſuſti
ratur dilatū nō cognoſcitur datū. Nec ḡr̄a
reſurrectōnis cognoſceretur facta fore per



xp̄ūm. ⁋ Quinto videamꝰ an anima
idem corpus reſumat in numero.Ad qd̄ di
cēdum ꝙ aīa idem corpus reſumet numero
et idem numero homo reſurget licꝫ immu-
tatus qd̄ ſic eſt intelligēdum. Nullum cor-
pus poteſt reſolui in nihil ſicut non poteſt
ex nihilo generari.vt dicit ph̄s. Sed reſol
uitur in quattuor elemēta ex quibus eſt cō
poſitum ⁊ generatum.Unde deus illa qua
tuor elemēta in que fuerit reſolutū corpus
hominis accipiet et reformabit idem cor-
pus et dimēſiones et colorem ⁊ omnia alia
accidētia de nouo creabit. Et ꝑ hunc mo-
dum erit idem homo numero.q2 de eadem
anima ⁊ de ipſis elemētis quattuor in que
corpus fuerat reſolutum reformabit.quā-
uis noua accidētia ibi generētur.Sic idem
homo eſt egrotus ⁊ ſanus quāuis oēs hu-
mores pcedentes et tota caro vetus ſit con
ſumpta. Hic cadit exemplū de illo qui la-
cte ſuis fuerit nutritus.quia ſicut ſus in lu
tum ſe ꝓijciebat.quem magiſter guido de
aretio ſanauit.q2 totam carnem illā ⁊ oms
humores ꝑ maximā abſtinētiam cōſumpſit
et tamen idem homo fuit ⁊ ante ⁊ poſtea.

⁋ Sexto videamus an homo reſur-
gat cū omnibus mēbris et cū quattuor hu
moribus ⁊ capillis ⁊ vnguibus. Ad qd̄ di-
cendum ꝙ homo reſurget cū omnibus mē
bris que viuus habuit vel habere debuit ſi
natura nō erraſſet.et nulla mōſtra in reſur
gentibus erūt nec etiaꝫ in damnatis.Unde
damnati cum ſuis deformitatibus nō reſur
gent.ſed integris corpibꝰ ⁊ ꝑfectis quāuis
obſcuris et grauibus. Reſurgent etiam cū
omnibus inteſtinis pter putredinē.⁊ cū hu
moribus pter ſudorem et etiaꝫ cū capillis.
quia hec omnia ꝑtinent ad hoiem.Sꝫ oēs
tam boni ꝙ̄ mali.nudi erūt ſicut homo fa-
ctus eſt nudus. ⁋ Septimo videamꝰ
an omēs in eadem etate ⁊ eiuſdem ſtature
reſurgent.Ad hoc dicēdum ꝙ oēs in etate
iuuenili in qua xp̄us reſurrexit vt dictū eſt
ſupra in qua etate homo fuiſſet tranſlatus
ad celum ſi non peccaſſet.Eph̄.iiij.Donec
occurramus omnes in virū ꝑfectuꝫ in mē-
ſura ple.xp̄i.Eiuſdem autē ſtature nō oms
reſurgent. In iſta autē ſtatura reſurgent
ad quā natura ſi impedita nō fuiſſet vel er
raſſet quocūqꝫ tempe ꝑduxiſſet. Deus em̄
vt dictum eſt debet repare naturā.Et ideo
quicquid defuit ſupplebit. ⁋ Octauo
videmus an reſurgētes amplius comedant
vel dormiāt vel generatōni intendant. Ad
qd̄ dicendum ꝙ nec boni nec mali amplius
comedēt. Nam comeſtio diminueret gloriā
in beatis ⁊ penaꝫ in dānatis.Comeſtio em̄
et delectatōnem habꝫ ⁊ penā. Ad quid em̄
comederent beati cū nunꝙ̄ fameſcāt. Apo.
vij. Nō eſurient neqꝫ ſitient amplius. Dā-
nati autē ⁊ ſi fameſcant nō habebūt qd̄ co
medant. Et ſi obijciatur ꝙ xp̄us poſt reſur
rectōnem comedit. dicēdum eſt ꝙ nō come
dit ꝓpter neceſſitatem vel delectatōem.ſed
vt oſtēderet ſe illum eſſe qui prius cum eis
comederat ⁊ biberat.⁊ vt oſtēderet ſe verū
et viuū hoiem eſſe ⁊ non fantaſticū.Unde
diſpenſatiue hoc fecit.ſiliter etiaꝫ nō dormi
ent.quia ſomnus diminueret gloriam in be
atis et penam in damnatis. Dormiens eniꝫ
eſt quaſi beſtia.Unde ph̄us dicit ꝙ in dimi
dio tempis id eſt in tpe quo dormimꝰ non
differimus a beſtijs. Itē ſomnus fit ex re
ſolutōe vapoꝝ a ſtomacho ad cerebrū aſcē
dentiū qui vapores ex cibo generātur. Sꝫ
cum ipſi non comedant vt dictum eſt talis
reſolutio vapoꝝ non poterit eſſe ibi.et per
cōſequens nec dormitio.Ex quo vlteriꝰ pꝫ
ꝙ nō intendāt amplius actui generatōnis.
Nam generatio fit ex ſuꝑfluitate alimenti
maxime ad religioſos ꝑtinet cuſtodire lin-
guam. Quia vt d. apl̃us. j. Coꝝ. iiij. Spe-
ctaculũ facti ſumus mũdo ⁊ angelis ⁊ ho
minibus. Omẽs attendũt ad verba noſtra
et ideo opoꝛtʒ ꝙ valde ſimus circumciſi in
lingua. Hiere. iiij. Circũcidimini dño viri
iuda. Col. iiij. Sermo veſter ſemꝑ in gratia
ſale ſit cõditus vt ſciatis quõ oporteat vos
vnicuiqʒ reſpondere. Hic cadit exemplum
illaꝝ heremitaꝝ de quib⁹ dicit gre. in dya.
ꝙ nimis moleſtabãt ſeruũ ſuum: quibus be
atus benedictus mandauit niſi correxeritis
linguam veſtram excõmunico vos. que p⁹
mortem ſepulte ſunt in eccleſia. ⁊ cũ ex mo
re dyaconus clamaret qui non cõmunicat
det locum. nutrix eaꝝ videbat eas exire de
ſepulcris. Item aliud exemplũ de illa ſan-



ctimoniali que carnis continẽtiam habuit
ſed lingue ꝓcacitatem non declinauit. et fa
ctum eſt vt mortua ſepeliretur in eccleſia.
Cuſtos aũt eccleſie vidit media nocte cor-
pus eius exhumari ⁊ afferri ante altare et
ꝑ medium ſecari ⁊ media ꝑs igne cremabat
et media intacta manebat. ⁊ de mane appa-
ruerũt marmora ante altare igne combuſta
Hoc in dyalo. eſt. Nota ꝙ animalia valde
ferocia catenãtur. ⁊ ideo natura ad oſtendẽ
dum ferocitatem lingue incluſit eam inter
duos muros ⁊ poſuit ante eam murũ ⁊ an
temurale. Jaco. iij. Omnis natura beſtiaꝝ
volucrũ ⁊ ſerpẽtum domatur ⁊ domata ſũt
a natura humana. linguã autem nullus ho
minũ domare poteſt inquietum malum. ple
num veneno mortifero. Et ideo refrenãda
eſt. Ecc̃. Uerbis tuis facito ſtateram ⁊ ori
tuo frenos rectos Exempluʒ lingua ſtat in
humido et eſt labilis ſicut anguilla ⁊ niſi in
foramĩe oris teneatur tota fluit. Notã etiã
ꝙ dr. Qui non refrenat linguã ſuam nõ ſo-
lum incurrit malum ſed ſeducit cor ſuum.
Cuius duplex eſt ratio. Prima quia os ẽ
oſtium cordis et lingua oſtiarius. Jaco. iij
Lingua cſtituitur in mẽbris noſtris tanq̃
oſtiari⁹. math. xij. Ex abũdantia cordis os
loquitur. quia ſicut dñs iubet ſic oſtiari⁹ re
ſpondet. Sicut ergo oſtiarius intromittẽs
inimicum ꝑdit dñm. ſic lingua ⁊ os dum ꝓ
pter maliloquiũ intromittũt mortem in ani
mã. ſeducunt cor et hominẽ dum aĩam oc-
cidunt a qua ꝓcedit vita. Sap. j. Os qδ
mentitur occidit animã. Secũda rõ eſt. qꝛ
os ⁊ lingua deſeruiũt cordi ad manifeſtan-
dum cõceptus eius. Unde dicit phus ꝙ vo
ces ſunt note eaꝝ que ſunt in anima paſſio
num. math. xv. Que auteʒ ꝓcedunt de ore
de corde exeunt. Sicut ergo ſeruitor infir-
mi perderet eum ſi daret ei nociua aliqua q̃
petit cum ſit ei datus ad ſanitateʒ recupan
dam. ſic lingua ſeducit cor ſi nociua que cu-
pit ꝓfert ⁊ manifeſtat. quia nõ bene cuſto-
dit ipm̃. Unde lingue dr ꝓuer. iiij. Oĩm cu
ſtodia ſerua cor tuũ. qm̃ ab ipo vita ꝓcedit
Et ſic pʒ ſcdm̃. Tercio oſtendit in quo
religio vera conſiſtit Et dicit beatus iaco.

ꝙ in duobus conſiſtit ſcʒ in faciẽdo opera
miſericordie ⁊ in cauendo a peccatis ſecu-
li que animã maculant. Aug⁹. Due ſunt ꝑ
tes iuſticie ſcʒ facere bonum ⁊ declinare a
malo. Tunc ergo xpiana religio alicui⁹ eſt
munda quãtum ad cor. ⁊ immaculata quã-
tum ad opa miſericordie. qñ. xij. opa miſe-
ricordie exercet circa ꝓximũ. ⁊ ſeipm̃ a pec
catis immaculatum conſeruat Per vnum
eniʒ opus miſericordie qδ hic ponit ſcʒ viſi
tare pupillos ⁊ viduas in tribulatõne poſi
tos dat intelligi omnia alia opa miſericor-
die quia eadem eſt ratio de vno ⁊ de omni-
bus. Nam vt dicit phus. Eadem eſt natu
ra vnius glebe ⁊ totius terre. et ꝓbata ꝙ
vna gleba terre eſt grauis. ꝓbatuʒ eſt ꝙ to
terra eſt grauis. Et ſic pʒ ꝙ in duobus xpi
ana religio cſiſtit. Primo in faciendo opa
miſericordie. Sap. Deum maxime imitabi
tur qui nihil iudicauerit eſſe p̃cioſius q̃ mi
ſereri. Summa ergo religionis eſt miſeri-
cordia. math. ix. Euntes diſcite quid eſt mi-
ſericordiam volo ⁊ non ſacrificium. Sunt
autem duodecim opa miſericordie que in
his verſibus continẽtur. Ueſtio poto cibo
tego redimo viſito condo. Conſule caſtiga
ſolare remitte fer ora. Sex prima ſunt cor
poralia ad corp⁹ ꝑtinẽtia. alia ſex ſunt ſpi-
ritualia ad animã ꝑtinẽtia. et ideo ſunt per
fectiora ⁊ maioris meriti. ❡ Ad opera
miſericordie facienda nouem nos inducũt.
Primum eſt quia ꝑ miſericordiam dei gra
tiam impetramus et in dei filiũ homo ado
ptatur. Ecc̃i. iiij. Eſto pupillis miſericors.
vt pater. et ꝓ viro matri illoꝝ. ⁊ eris tu ve
lut filius altiſſimi obediens ⁊ miſerebitur
tui magis q̃ mater. Secũdum eſt quia per
miſericordiam dyabolus vincitur. Aug⁹.
De nulla re ita vincitur inimicus ſicut de
miſericordia. Ecc̃i. xxix. Super ſcutũ ⁊ lan
ceam pugnabit ꝓ te contra inimicũ tuum.
Terciuʒ eſt quia ꝑ miſericordiã factã alijs
miſericordia ſuper ꝓprijs miſerijs impetra
tur. math. v. Beati miſericordes quoniam
ipſi miſericordiam conſequẽtur. Quartum
eſt quia per miſericordiam impetus pecca-
torum refrenatur. Ecc̃i. iij. Ignẽ ardẽtem

ꝛxtingũit aqua ꝛ elemoſina reſiſtit peccatis
Quintum eſt quia miſericordia a peccato
liberat. Thobie.iiij. Elemoſina a morte et
ab omni peccato liberat Exemplum de cor
nelio. cui dictum eſt Actuũ.x. Orationes
tue et elemoſine tue aſcenderunt in memo-
riam in conſpectu dei. Et miſſus eſt petrus
ad eum vt eum abſolueret a peccatis. Sex
tum eſt quia miſericordia non ſolum a pec
catis ſed etiam a pena peccatorum abſoluit
Daniel.iiij. Peccata tua elemoſinis redi-
me. Hic cadit exemplũ de iſto qui in mor
te dimiſit equum cognato ſuo vt precium ei⁹
daret pro anima ſua et nõ fecit. Cui ille mor
tuus apparuit dicens. Si miſiſſes mihi ele
moſinam de equo meo citius fuiſſem libera
tus a penis. Nunc autem ad deum vado et
te cito ante eũ vt mihi reſpondeas de equo
Qui ſtatim mortuus eſt ꝛc. Septimum eſt
quia miſericordia non derelinquit hominẽ
in morte cum omnia alia derelinquũt. Am
bro. Non ſunt bona hominis que ſecũ por
tare non poteſt. ſola miſericordia comes eſt
defunctorum. Octauum eſt quia in iudicio
finali ſaluabit hominem Math.xxv. Veni
te benedicti patris mei percipite paratũ vo
bis regnum a conſtitutione mundi. Eſuri-
ui enim ꝛ dediſtis mihi manducare ꝛc. Vñ
ibi fiet ſolum diſceptatio de operibus miſe
ricordie. Nonum eſt quia miſericordia di-
ſtribuit manſiones in regno celorum. Eccl.
xvj. Omnis miſericordia faciet locum vni
cuiqꝫ ſcdm meritum operum ſuorum. Et bre
uiter miſericordia ad omnia valet et hic et
in futuro.j. Thi.iiij. Pietas ad omnia vti
lis eſt promiſſionem habens vite que nunc
eſt et future. Et nota ꝙ nihil eſt miſerius
anima peccatoris. quia ipſa eſt vidua dere-
licta et pauperrima. Eſt enim ſeparata a ſpon
ſo ſuo chriſto. a patre ſuo deo. a matre ſua
eccleſia. a fratribus ſuis angelis ꝛ ſanctis
Tren.j. Omnes amici eius ſpreuerũt eam
Eſt etiam expoliata omnibus bonis. math
xiij. Ab eo autem qui non habet et qđ ha-
bet auferetur ab eo. Et ideo nulla miſeri-
cordia eſt ita magna et tam grata deo ꝙ̃ ꝙ
homo miſereatur anime ſue. Eccl.xxx. Mi
ſerere anime tue placens deo. Prouer.xj.
Benefacit anime ſue vir miſericors. Et ſi-
militer nihil eſt miſerius impio non miſe-
rante ſeipſum. vt dicit aug⁹. Eccl.xiiij. Qui
ſibi nequã eſt cui bonus erit. Secũdo re-
ligio xpiana conſiſtit in cuſtodiendo ſe im-
maculatum a peccatis ſeculi que ſunt tria
j. Ioh.ij. Omne qđ eſt in mũdo. aut eſt cõ
cupiſcentia carnis aut concupiſcentia ocu
lorum aut ſuperbia vite. Ad hec tria omne
peccatum reducitur. Iſta peccata macu-
lant animã turpiter. Imo efficiũt eam lepro
ſam ita vt niſi a ſolo deo mundari poſſit.
Yſa.xliij. Ego ſum qui deleo iniquitates tu
as propter me. Ubi notã ꝙ duo ſunt modi
immaculatum ſe cuſtodiendi ab iſtis pecca
tis. Unus eſt ꝛ magis tutus de mundo exi
re. id eſt de loco vbi mũdani habitãt. Apoc
xviij. Exite de medio eius popule meus ne
participes ſitis delictorum eius. Quia vt dr
j. Ioh.v. Totus mũdus in ma. poſitus eſt.
Hiere.vj. Hec eſt ciuitas viſitationis om-
nis calumnia in medio eius. Et ideo impoſ
ſibile eſt cum mundanis conuerſari ꝛ nõ in
quinari. Grego. Impoſſibile eſt ꝙ lingua
ſecularium mentem non inquinet quã tan-
git Seneca. Quotiens inter homines fui
minus redij. Unde arſenius audiuit vocẽ
dicentem ſibi. Arſeni fuge homines ꝛ ſal-
uaberis. Ali⁹ modus eſt nõ immiſceri acti-
bus mũdi. Quia vt dicitur Eccl.xiij. Qui
tetigerit picem inquinabitur ab ea. ij. Cor.
x. In carne enim ambulantes nõ ſcdm car
nem militamus. Et ſic patꝫ tercium ꝛ con-
ſequẽter totum.

In aſcenſione domini de epiſtola ſer
mo.lviij.

Aſcendens in altum captiuã du
xit captiuitatẽ dedit dona ho
minibus. Eph.iiij. Feſtiuitas
hodierna ſcdm Bern. eſt felix
clauſura et totius itinerarij
filij dei cõſummatio glorioſa. Marc. xvj.
Et dñs quidẽ ieſus poſtꝙ̃ locutus eſt eis
aſſumptus eſt in celũ ꝛ ſe. ad dex. dei. i. reg
eſcit in gloria dei. que per dexterã ſignificat.
quia inquantũ de⁹ ſedet in equalitate pa-
tris. inquãtũ vero hõ. manet in potioribus
patris. Siquidẽ dei filius propter noſtrã ſa
lutem quattuor itinera pegit. Pri
mũ fuit de celo in terrã veniẽdo. qñ carnẽ
aſſumpſit de virgie glorioſa Ioh.xvj. Exi
ui a patre ꝛ veni in mũdũ. Scdm fuit de
mũdo ad inferos deſcẽdendo: qñ ſedentes
in tenebris viſitauit. Eccle.xxiiij. Penetra
bo oẽs inferiores ptes terre ꝛ inſpiciam
omnes dormiẽtes. Terciũ fuit de inferno
ad mũdialẽ machinã redeũdo qñ confractis
inferis cũ preda magna a mortuis reſurre
xit Col.ij. Expolians principatus ꝛ pote-
ſtates traduxit cõfidẽter palã triumphãs
eos in ſemetipſo Quartũ fuit de mũdo ad
celũ aſcendẽdo qñ vt hodierna die videnti
bus diſcipulis eſt ſup omnia eleuat⁹ Act.
j. Uidẽtibus illis eleuat⁹ eſt ꝛ nu. ſuſc. eũ
ab oc. eorum. Primũ iter fuit penoſum quia
nature hũane penalitates aſſumpſit Eſa.
liij. Uere languores noſtros ipſe tu. ꝛ do
lo. ipſe por. Secundũ fuit victorioſum qꝛ
portas inferi fregit vbi et ligauit inſacia-
bilem homicidam ꝛ ſpolia eius diripuit
vt dicit Bern. Luce.xj. Cum for. ar. cuſ-
tri. ſu. in pa. ſunt om. que poſ. ꝛc. Aug⁹.
Manu inermi ꝛ affixa cruci debellauit ae
reas poteſtates Terciũ fuit glorioſum qꝛ
glorioſus et immortalis in anima ꝛ corpe
reſurrexit Ro.vj. Chriſtus reſur. ex mor
tuis iam non moritur mors illi vl. non do
minabitur Quartũ fuit gaudioſum quia
cum magno gaudio angelorum remeauit ad
celos Pſal. Aſcendit deus in iubilatione
et dominus in voce tube De iſto quarto
itinere ſcꝫ de aſcenſione ad celos eſt ſermo
habendus ad preſens que in premiſſis ver
bis deſcribitur tribus modis. Et primo de-
ſcribitur virtuoſa ibi Aſcen. in al. Secũ-
do deſcribitur fructuoſa ibi Capti. duxit
capti. Tercio deſcribitur gracioſa ibi De
dit do. ho. Ex quibus trib⁹ eliciũtur alia
tria hoꝝ conſecutiua Nam quia virtuoſa iõ
admirabilis quia fructuoſa ideo imitabi-
lis quia vero gracioſa ideo venerabilis.
Eſt ergo aſcenſio ſaluatoris virtuoſa fru-
ctuoſa ꝛ gracioſa. admirabilis imitabilis
et venerabilis. Primũ inquam aſcenſio
ſaluatoris eſt mirabiliter virtuoſa vt vir
tus hic pro potentia actiua ſumatur. et hoc
patet ex quinqꝫ. ſcꝫ ex diſtantia quã aſcen
dit. ex perſonis quas ſecum traxit. ex impe-
dimẽto quod remouit. ex loco vñ extraxit
ꝛ ex duratione qua ſemper trahit. Pri-
mo virtus iſtius aſcenſionis oſtendit ex di
ſtantia quã aſcendit. quia ſcdm phm omnis
aſcenſus et mot⁹ eſt ab aliqua virtute mo
uente ꝛ tanto aſcẽditur veloci⁹ quãto vir
tus eſt maior. Exemplũ in vaporibus vir-
tute ſolari eleuatis ꝛ in ſagitta virtute ar
cus aſcendente. Chriſtus autẽ propria vir-
tute quaſi in momento aſcẽdit de terra vſ
qꝫ ad celum empireum. infra quod preter
machinã elementarẽ ſunt nouẽ celi. ſ. ce-
lum criſtallũ. celũ ſiderũ. celum ſaturni. ce
lum iouis. celũ martis. celum ſolis. celum
veneris. celum mercurij et celum lune.
Et dicit Ra. moyſes ꝙ quodlibet celũ ſe-
ptem planetaꝝ habet groſſiciem quingen-
toꝝ annoꝝ. i. ſi aliquis homo iret in ſurſũ
omni die. xl. miliaria ptranſiret groſſiciẽ
vnius celi in quingẽtis annis ꝛ inter celũ
et celum eſt ſpaciũ ſimiliter quingẽtoꝝ anno
rum. vt dicit idem ita ꝙ vſqꝫ ad celũ em-
pireum eundo omni die in ſurſum. xl. mili-
aria vix perueniretur in octo milibus anno-
rum Et non videat hoc abſurdũ qꝛ hoc ẽ
veriſſie ꝛ rõnabile Veriſſie videt. quia vt
dicũt aſtrologi. quelibet ſtella ẽ maior to-
ta terra ꝛ tñ videtur parua vt quoddã ſpe-
culũ. Item ſol qui eſt longe inferior ꝙ̃ ſi-

dera eſt centũ.lx.vicibus maioꝛ quaꝫ tota
terra et tamẽ videtur ita ꝑuus quod atte-
ſtatur maximã diſtantiaꝫ eſſe celi a terra.
Hoc etiã videtur rõnabile.quia ſm ſuam
ꝓpoꝛtionẽ locatoꝝ adinuicẽ eſt ꝓpoꝛtio lo-
ci ad locũ.ſed bona gloꝛie que ſunt in ce-
lo empirco.quia ibi gloꝛia dei manifeſtaꝛ
excedunt in infinitũ bona que ſunt in mũ-
do.ergo locus ille debet excedere iſtum in
omni bonitate:loci quaſi in infinitũ. Sed
vna de bonitatibus loci eſt vt dicit phũs
ꝙ ſit altus.qꝛ iuxta terrã ſunt multe coꝛ-
ruptiones et infectiones.et plus in palu-
dibus ꝙ̃ in mõtibus.quia ergo inuiſibilia
dei ꝑ ea que facta ſunt intellecta cõſpici-
untur Ro.j.voluit deꝰ ꝑ imenſaꝫ altitudi-
nem loci oſtendere imenſitatẽ boni quod ẽ
ibi Chꝛiſtus autẽ in vno momento ꝓpꝛia
virtute ſuꝑ oĩs celos aſcẽdit ⁊ ꝑuenit ad
magnũ celũ ſancte trinitatis et hoc ĩquã-
tum hõ.qꝛ inquãtũ deus ſemꝑ fuit in illo
magno celo. Joh.iij. Nemo aſcendit ĩ ce-
lum niſi qui de celo deſcendit filius hoĩs.
qui eſt in celo Eph .iiij. Qui deſcẽdit ipſe
eſt et qui aſcendit ſuꝑ oĩa celos.et ſic aſ-
cẽſio ſaluatoꝛis oſtẽditur fuiſſe magne po-
tentie ⁊ virtutis ex velociſſimo tranſitu.
Secũdo hoc idem apparet magis euidenꝰ
ex ꝑſonis quas ſecũ traxit. quia oẽs ani-
me que aſcenderũt in celũ vel que vſque
ad finem mũdi aſcendent in virtute huiꝰ
aſcenſionis aſcẽdunt. qꝛ ſicut dicit Apl'us
j. Coꝝ.xv. Si chꝛiſtus reſurrexit ⁊ nos re
ſurgemꝰ.ita ſi chꝛiſtꝰ aſcẽdit ⁊ nos aſcen-
demus et multomagis.qꝛ difficilius eſt re-
ſurgere ꝙ̃ aſcẽdere.qꝛ reſurgere ẽ ſuꝑ to-
tam naturã Joh.xij. Si ego exaltatꝰ fue
ro a terra omnia trahã adme ipſum. Exem
plũ.cuſpis ferrea ponitur in cauda ſagit-
te ꝓpter magnã potentiã arcus.et quanto
maioꝛ eſt virtus arcus.tanto maioꝛ ponitꝰ
cuſpis. Sic chꝛiſtꝰ ponẽs multas aĩas in
aſcenſu ſuo magnam virtutẽ oſtẽdit ꝓptẽ
quod petebat ſponſa. Cant.i. Trahe me
poſt te cur.in od.vn.tu. Tercio idẽ ptꝫ
ſi ꝯſideremꝰ impediẽtia tractũ ſcꝫ peccata
totius mũdi.nam quodlibet peccatũ moꝛ-

tale grauius eſt tota terra. qꝛ ſi tota terra
eſſet vbi erat lucifer in magno tꝑe non deſ
cẽderet.quo deſcẽdit lucifer in momento ꝓ
pter vnũ peccatũ.et quare.certe ꝓpter gra-
uitatem peccati. Sed oĩa peccã nõ potue-
rũt impedire iſtũ aſcẽſum quin hũana na-
tura ad celũ aſcenderet nõ ꝙ peccata aſcẽ
derent.ſed peccata remouit. vt hoĩes aſcẽ
dere poſſent Si ergo voluimꝰ virtute iſti-
us aſcenſionis aſcendere ꝑmittamꝰ ꝙ chꝛi
ſtus peccatũ a nobis amoueat ac etiã nos
deponamꝰ Heb.xij. Propter quod depo-
nentes omne põdus et circũſtans nos pec-
catũ ꝑ pacientiã curramꝰ ad ꝓpoſitum no
bis certamẽ. Quarto idem ptꝫ ſi cõſide-
remus vñ chꝛiſtus extraxit aĩas ad ſecum
aſcendendũ.qꝛ de manu demonũ pꝛincipũ
potentiſſimoꝝ.quoꝝ potẽtia omnẽ ptãteꝫ
ſuꝑerat vt dicitur Job xlj. Oſee xiij. Ero
moꝛs tua o moꝛs moꝛſus tuus ⁊c̃. Quĩ-
to idem ptꝫ ex cõtinuitate.qꝛ quãto maioꝛ
eſt virtus tãto magis durat aſcẽſus ⁊ mo
tus vtꝫ in ſagitta. Sed virtꝰ iſtiꝰ aſcẽſus
durabit vſqꝫ ad finem mũdi donec nõ ſo-
lum aĩas ſed etiã coꝛpoꝛa ſanctoꝝ omniuꝫ
aſcendere faciat.et in infinitum duraret ſi
mũdus nunꝙ̃ deficeret. Cariſſimi ſi nõ-
dũ trahimur oꝛemꝰ vt trahamur. vt dicit
Augꝰ. Et ſic ptꝫ ꝙ aſcẽſio chꝛiſti fuit ma
gne potentie ⁊ virtutis et ideo admirabiꝉ.
Admiramur eñ hoĩes magne potẽtie ⁊ vir
tutis vt ſampſonẽ ſalo.et ſic de ceteris Et
ideo cantat eccleſia Stant ſuſpẽſi vultibꝰ
De aſcẽſione etiaꝫ angeli admirati ſunt di
cẽtes Eſa.lxiij. Quis eſt ille qui venit de
ed.gra.in mul.vir.ſu.et ſic ptꝫ pmũ. Se
cũdo aſcẽſio chꝛiſti deſcribiꝛ fructuoſa.qꝛ
cap.du.cap. Vbi nota quinqꝫ fructus aſ-
cenſionis chꝛiſti. Primus ẽ reductio ca
ptiuoꝝ in ciuitatẽ ſuam. Deu.iij. Reducet
te dñs de.t.de cap.t. Zach.ix. Tu autem in
ſanguine teſtamẽti tui emi.vin.t.de lacu ĩ
quo non eſt aqua. Hic cadit exemplũ pau
lini epiſcopi nolani qui tradidit ſeipſum
ſeruũ ꝓ filio vidue vadẽs in africã et in-
de reduxit oĩs captiuos ciuitatis ⁊ terre
ſue.ſic fecit chꝛiſtus Joh.xiiij. Si ego ab

iero iterꝝ venio ⁊ aſſumã vos ad meipſum
vt ibi ego ſum ⁊ vos ſitis. Secũdus eſt
oſtẽſio vie ⁊ apertio celi Mich.ij. Aſcendit
pãdẽs iter ante eos Hebꝛe.iiij. Hñtes põ
ti.mag.qui penetrauit celos ieſuꝫ filiũ dei
Siquidẽ añ ianuã ꝑadiſi fuerat ꝓhibitiua
romphea collocata ꝙ̃ nullꝰ vnꝙ̃ potuit a
mouere niſi qui hꝫ clauẽ dauid qui aꝑit et
nemo claudit.claudit ⁊ nemo aꝑit. Apoc.
iij. Tertiꝰ ẽ reſtauratõ ruine angeloꝛuꝫ
Naꝫ draco ille magnus et ſꝑens antiquus
tertiã ptẽ ſtellaꝝ traxit ſecũ ad terrã cau-
da ſua.vtꝫ Apo.xij.et ſic fuit magna ruĩa
in quolibꝫ oꝛdĩe angeloꝝ.qꝛ de quolibꝫ ce
ciderũt Aĩe autẽ nõ faciũt oꝛdinẽ de ſe in
vita eterna quẽ feciſſent ſi angeli non ceci-
diſſent.ſed ad ſedes angꝉoꝝ qui ceciderunt
aſſumẽtur.quibꝰ ꝯpletis finieꝛ mũdꝰ vt a
liqui dicũt Quãuis Gre.aliter dicat Di-
cit eñ ꝙ illa ciuitas ſuꝑna ex hoĩbꝰ et an-
gelis ꝯſtat.ad quã credimꝰ tantũ genꝰ hu-
manũ aſcẽdere quot angelos illic contigit
remãſiſſe. Sed hoc a modernis nõ tenetur
ſed magis ꝙ tot aſcẽdunt quot angeli deſ-
cẽderunt.quoꝝ mãſiones reſeruãtur homi-
nibꝰ vt ab eis repleãtur.qꝛ nõ patitur va-
cuũ vt dicit Phꝰ. Jo.xiiij. In domo pa
tris mei mãſiones multe ſunt. Pſal. Judi
cabit in natõibus.⁊c̃. Quartꝰ ẽ miſſio ſpi
rituſſancti qui nos inflamaret ⁊ faceret ſpi
ritualiꝛ viuere. Jo.vj. Expedit vobis vt
ego vadã.ſi eñ nõ abiero paclitꝰ nõ veni-
et ad vos.ſi aũt abiero mittã eũ ad vos.
Quintꝰ ẽ meritũ fidei.qꝛ magis meremur
nõ vidẽdo ipſuꝫ ſi in ipſum credimꝰ ꝙ̃ ſi ip
ſum videremꝰ Gre. Fides nõ hꝫ merituꝫ
vbi hũana rõ pꝛebꝫ expimẽtũ ⁊ mĩrominus
cui ſenſus atteſtatur Jo.xx. Beati qui vi
derũt et cre. Et ſic ptꝫ quõ aſcenſio chꝛiſti
mĩtipliciter fuit fructuoſa ⁊ ſõ imitabilis.
Dẽmus eñ chꝛiſtũ aſcẽdentẽ mutari ĩ qui
qꝫ ſupꝛadictis. Primo ut captiuã aĩaꝫ no
ſtram que ſub pctõ venũdata fuit dyabolo
in primis ꝑentibꝰ ⁊ de ꝑadiſo expulſa per
gratiã chꝛiſti ad patriã reducamꝰ.et ideo
qui illã fecit reddamꝰ. Math.xxij. Reddi
ergo que ſunt dei deo.quidã nec reducunt

ipſi aĩam ſuã ⁊ alios reducere volẽtes ĩpe
diunt. Et iſti faciũt ſicut atalia que vidẽs
filiũ ſuũ moꝛtuũ omne ſemẽ regũ interfe.
iiij. Regũ xj. Item faciũt ſicut mallarius
malus qui nõ ſolũ nõ ſoluit debitũ. ſed oĩ
menſe addit vſuras ſupꝛa capitale. Eſa.j.
Suꝑ quo ꝑcutiã vos vltra addẽtes pꝛeua
ricatõem. Secũdo vt ꝑ verã pñiaꝫ celũ
nobis aperiamꝰ Math.xj. Regnũ celoꝝ
vim patitur ⁊ violẽti rapiũt illud.i.peni-
tentes qui in faciẽdo pñiaꝫ violẽtiaꝫ infe-
rũt ſibi.et ad hoc ſignificãduꝫ aꝑtũ ẽ celuꝫ
Johãni euãgeliſte in pathmos pñiaꝫ agẽ-
ti. Tercio vt ꝑ bonã doctrinã ⁊ bona exẽ-
pla aĩas ꝓximoꝝ cadẽtes a cetu iuſtoꝛuꝫ.
ad locũ gratie reducamus.j. Thi.iiij. Eſto
exemplũ fideliũ in verbo.in ꝯuerſatõe.ĩ fi
de.in caritate.in caſtitate. qꝛ vt dicit Au
gꝰ. Nullũ ſacrificiuꝫ eſt deo ita acceptum
ſicut zelus aĩaꝝ ij. Coꝝ.xij. Ego autem li
benter ĩpendã ⁊ ſuꝑimpẽdar ip.ꝓ ai.vr̃is.
Quarto vt ſancte ⁊ ſpũalit viuamꝰ ⁊ nõ
carnaliter.ſic eñ intelligitur. Si nõ abie-
ro paclitus nõ veniet ad vos.i.ſi pñtiã me
am coꝛꝑalem ab oculis veſtris nõ abſtra-
xero vos ad cõgnitõeꝫ inuiſibilis nõ ꝑdu-
co.⁊ per ꝯſeqñs ſpiritualiter nõ viuetis ſꝫ
carnaliter.qđ facere nõ debemꝰ. Ro.viij.
Debitoꝛes ſumꝰ nõ carni vt ſcđm carneꝫ
viuamꝰ. Si eñ ſm carnẽ vixeritis moꝛi.ſi
autẽ ſpũ facta carnis moꝛtificaueritis vi-
uetis. Gal.v. Qui autẽ ſunt criſti car.ſu.
cru.cuꝫ vicijs ⁊ ꝯcu. Math.xvj. Qui vult
venire.i. vitã carnalẽ. Quĩto vt per fidẽ
vite eterne merituꝫ acquiramꝰ.qꝛ ſine fide
impoſſibile eſt placere deo. Et per fidem
omnia poſſibilia ſunt Hebꝛe.xj. Sancti ꝑ
fidẽ vice.regna op.ſunt in.aded. ſunt re.
Quia ⁊ regnuꝫ carnis ⁊ regnuꝫ mundi et
regnuꝫ celoꝛuꝫ per fidẽ vinciꝛ Imitemur
ergo cariſſimi criſtuꝫ aſcendẽtẽ in oĩbꝰ ſu
pꝛadictis ⁊ caueamꝰ ſtultiſare vt mr̃ filio
ruꝫ zebedei que pecijt filios criſto ꝯſedere
anteꝙ̃ aſcenderet Math.xx. Dic vt ſe.hi.
d.fi.⁊c. Et ſic patꝫ ſecunduꝫ Tercõ deſcri
biꝛ aſcẽſio criſti gracioſa.qꝛ dedit dona ho
minibꝰ Ephe.iiij. Vnicuiqꝫ nr̃m data eſt

gracia ſm mēſurā donatōis chriſti. Et ipſe
dedit quoſdā qdē apl'os. quoſdā aūt ꝓphe.
alios aūt euan. ali. re. pa. ⁊ do. in op⁹ euā.
ad ↄſumatōem ſanctoꝝ vt ſcꝫ eſſent i gra
cijs ↄſumati. i. pfecti Et iō catpt eccia. al-
ta xpūs dū aſcēdit ſuis ſuis mnas grarū
appēdit omniū. Et hec fuit grarū ximia
gracia qua in die aſcēſionis recelſurus ab
eis ſic gl'oſus ⁊ immortal' cui oīs ptās i ce
lo ⁊ in terra fuit elargita poſuit ſe ad mē-
ſam ⁊ māducauit cū eis vt dicit Marcus
nec ab eis recipe obſeqa recuſauit ſicut vi
uens ↄmedit in domo zachei ⁊ hoſpitatus
eſt cū Maria et Martha ps. Aſcēdiſti in
altū cepiſ. cap. acce. do. in hoib⁹. Ingtuꝫ
hō accepit ingtū deus dedit. Ubi no. ꝙ p⁹
q̄ꝫ xpūs in ſua aſcēſione regnū ſuū poſſedit
quinqꝫ maxima dona ſuis apl'is ⁊ coꝝ ſe-
quacib⁹ ē largit⁹. ſ. donū lingue. donū ſcie
donū cōſtātie. donū abdicātie. ⁊ donū potē
tie. Primū fuit donū lingue ꝙ in die pen.
in ſpe lingue dedit vt in ore coꝝ oīa gene-
ra linguaꝝ naſcerētur Act. ij. Repleti ſūt
oēs ſpūſan. ⁊c̄. vt ſicut i linguis hoim mū
dus fuit diuiſus vtꝫ in turri Babel ita p
linguas vniretur i fide. Joh. x. Alias o-
ues hēo que nō ſunt ex hoc ouil'. ⁊ vo. in
cu. et fiet vnū ouile ⁊ vn⁹ paſtor Itē ha-
buerūt donuꝫ lingue vt verba cor tangen-
tia ꝓferrēt. pſal. Ecce dabit voci ſue vocē
virtutis. et iō ad coꝝ verba hoies ↄpūge-
bant ⁊ cōuertebātur Act. ij. Factū ē autē
vt dū petruſ hoc diceret ↄpūcti ſunt corde
et dixerūt ad Petrū ⁊ ad reliquos apl'os.
Quid faciem⁹ viri frēs. in eod. x. Factū ē
aūt loqn̄te Petro cecidit ſpuſſanct⁹ ſup
oēs q audierūt verbū. Uerba nr̄a nō tan-
gūt cor. ⁊ iō pauci ↄuertūtur ad verba no
ſtra Itē hūerūt donū lingue vt nūq̄ꝫ i lin
gua offendorēt j. Coꝝ. iiij. Nihil mihi con
ſcius ſum Jac. iij. Si qs in verbo nō offē
dit h p. eſt vir. Itē hūerūt donū lingue vt
p doctrinā altiſſimā ꝓferrent vtꝫ in epl'is
pauli. Itē ha. do. lingue vt null⁹ coꝝ ver
bis reſiſtere poſſꝫ Math. Ego dabo vobiſ
os et ſapiētiaꝫ cui n̄ potuerūt reſiſtere oēs
aduerſarij vr̄i Scdꝫ fuit donū ſcie. q2 ſine

doctore oīa ſciuerūt Jo. iiij. Spūſſanctuſ
quē mittet pater i noīe meo iſte vos doce-
bit oīa. Oīa ergo moralia et naturalia et
ſupnaturalia ⁊ diuina ⁊ breuiter oīa expē
diētia ad ſalutē ſciuerūt. ac etiā dono pro-
phetie claruerunt p qd̄ futura ſciuerūt. vt
ptꝫ in Apo. ⁊ epl'is coꝝ. et quare oīa ſciue
runt. certe q2 illū ſciuerunt i quo ſunt oēs
theſauri ⁊ ſapie et ſcie dei abſcōditi Col'.
ij. j. Coꝝ. ij. Nō em̄ iudicaui me aliqd ſci-
re inter vos niſi xpm̄ ieſum ⁊ hūc crucifi-
xum. et q2 ſcia inflat ſine caritate j. Coꝝ.
viij. iō cū dono ſcie habuerunt feruētiſſi-
ſimā caritatē Ro. v. Caritas dei diffuſa eſt.
in cordib⁹ nr̄is p ſpm̄ſan. q da. ē no. Eph.
iij. in caritate radicati ⁊ fundati. et q2 ipſi
habuerunt pfectā ſciaꝫ ↄgnouerunt quam
grāde maluꝫ eſt pctm̄ et q̄ꝫ grāde bonum ē
virt⁹. et iō poti⁹ voluerunt mori q̄ꝫ pctm̄
cōmittere ⁊ virtutē pdere Nos autē ꝓ ni-
hilo hēmus pctm̄ ↄmittere ⁊ virtutes pde
re. et quare certe q2 nō hēm⁹ pfecte ↄgni-
tionē coꝝ que faciunt hoies duꝫ peccat. vt
ſcp a Hebre. x. j. Coꝝ. ij. Si em̄ ↄgnouiſ
ſent nunq̄ꝫ dn̄m gl'e crucifixiſſent Terciūꝫ
fuit donuꝫ ↄſtātie ⁊ fortitudinis. q2 firmiſ
ſime ſteterunt in prelio. nec minis nec blā-
ditijs ceſſerunt. nec a diuerſis ſunt fracti.
nec ꝓſperis elati Phil'. iiij. Scio abunda
re ſcio et penuria pati. oīa. poſſuꝫ in eo q
me cōfortat. Un̄ nec demōes cum tēptam̄
tis. nec principes cuꝫ tormētis. nec mund⁹
et caro cum oblectamentis poterunt eoſ a
chriſti caritate euellere Ro. viij. quis nos
ſepabit a caritate chriſti tribu. an. angu. ⁊c̄
Certus ſuꝫ em̄ q2 neqꝫ mors neqꝫ vita ne
qꝫ alti. neqꝫ ꝓfun. neqꝫ inſtantia. neqꝫ fu-
tura. neqꝫ cre. a. po. n. ſ. a cari. dei. Sed ve
vobis. q2 nihil eſt quaſi qd̄ noſ ſepet a deo
et modica tribulatō et modica temptatio
et modica delectatō nos deijciunt ⁊ ꝓſter-
nunt ij. Regū. xiiij. Oēs morimur ſcꝫ in
peccatis ⁊ quaſi aqua dilabimur ſup terrā
Quartū fuit donū abdicātie ⁊ ↄtempt⁹ oi
um bonoꝝ mūdi. q2 oīa ↄtēpſerūt ⁊ hōres
et diuitias ⁊ delitias Phil'. iij. Oīa arbi.
ſ. vt ſter. vt xpm̄ lu. Act. iij. Argētū ⁊ auꝝ

nōn eſt mihi. Cariſſimi illud fuit maximū
donū. ⁊ quis ē iſte taꝫ pfect⁹ vt oīa reſpu
at tanq̄ꝫ nihil. imo beatū dixerūt ppl'm cui
hec ſunt Pſal. Nōne iſta queſiuit abraam
yſaac. ſalomō. dauid. ⁊ multi alij ſancti ve-
teris teſta. ſed hoc donū fuit reſeruatum a
pl'is tanq̄ꝫ pfectiſſima reſ Math. xix. Ecce
nos relin. om. ⁊c̄. Quintū fuit donū pfec-
te potētie. nā ſup oīa plenā et pfectā potē
tiam hūerunt. ſ. ſup cū et terrā ⁊ infernuꝫ
ſup aīaꝫ ⁊ corp⁹. ſup hoies et demones ſu
per totā naturā ⁊ ſup omnem creaturam.
Math. xvj. Tibi dabo cla. re. ce. et poꝛ. in
feri. ⁊c̄. Et iſti maiori copia acceperūt apl'i
graciā faciēdi miracula q̄ꝫ xpūs Jo. xvj.
Qui credit in me opa que ego facio ⁊ ip-
ſe fac. et ⁊ maiora hoꝝ faciet Nō em̄ legi
tiir ꝙ xpūs ad vmbrā ſanauerit ifirmos ſi
cut ⁊ Petr⁹ vtꝫ Act. v. neqꝫ ad tactū ve-
ſtimēti ſuſcitauerit mortuos vt Jo. euā.
vt in eccīaſtica narratur hiſtoria Hoc fu
it figuratū in helia et heliſeo Quādo em̄
helias raptus eſt in celū. heliſe⁹ petijt vt
ſpūs helie fieret duplex in ſe ⁊ ſic factū eſt
vtꝫ iiij. Regū ij. Helias xpūs. heliſeus q
erat cū filijs ꝓphetaꝝ chor⁹ apl'oꝝ Et ſic
apparet quō chriſti aſcēſio gratioſa fuit ⁊
ideo venerabilis. veneremur ergo cariſſimi
donū ſcie in ꝓphetis. q2 ſpūſancto inſpira
ti locuti ſunt ſancti dei hoies ij. Pe. j. do-
nū lingue i doctorib⁹. q2 voſ nō eſtis loqn̄
tes. ſed ſpūſſanct⁹ Mar. xiij. donū ↄſtātie
et fortitudinis i martiribus. q2 in xpō oīa
vicerūt. donū abdicātie ⁊ cōtemptus in cō
feſſoribus. q2 ꝓpter xpm̄ oīa abdicauerūt.
et ſeipſos i dei obſequio mactauerūt. donū
potētie in virginib⁹. q2 in ſexu fragili vic-
toriā de mūdo de carne ⁊ de hoſte hūerūt.
Eſa. xl. Qui ſpabūt in dn̄o mutabūt forti-
tudinē. et hec oīa in apl'is ampliori deuoti
one veneremur. q2 qd̄ ſparſim eſt in alijs p
ptes in eis fuit gratioſius cōgregatū Lu.
xxij. Uos eſtis q pmanſiſtis mecū in tēpta-
tōibus meis ⁊ ego diſpono vobis ſicut diſ
poſuit mihi pa. me. reg. i. ſicut pr̄ mihi re-
gnū. i. eccleſiā militantē tradidit in abūdan
tia graꝝ ⁊ donoꝝ. ita et ego trado vobis.

Joh. j. De plenitudīe ei⁹ nos omnes accē
pimus et ſic patet totum.

In feſto aſcenſionis dn̄i de euā. ſer. LIX

C
L dn̄s quidē ieſuſ poſtq̄ꝫ locu
tus eſt eis aſſumpt⁹ eſt in ce
lum ⁊ ſedet ad dextris dei.
Mar. vl. Sicut dicit beatus
Lu. in actib⁹ vtꝫ in epl'a hodierna ⁊ etiaꝫ
hic tangitur. dn̄s nr̄ ieſus xpūs poſtq̄ꝫ p di
es xl. ꝓbauerat ſuā reſurrectiōem apl'is p
multa argumēta. imo p omnē modū quo ꝓ
bari potuit et debuit hodie. ſ. xl. die a reſur
rectōe diſcipulis recūbentib⁹ ⁊ ↄmedētib⁹
in cenaculo in iherl'm apparuit ⁊ ↄmedit cū
eis Et tūc in mēſa quattuor dixit eiſ. Pri
mo exꝓbrauit incredulitatē ⁊ duritiā cor-
dis eoꝝ. q2 his q viderāt euꝫ reſurrexiſſe a
mortuis nō crediderūt. nec adhuc credide-
rūt. cū p tot argumēta ſe ꝓbauerit reſurre
xiſſe Secūdo dixit ꝙ irent in mūdum vni
uerſum et predicarēt euāgeliū omni crea-
ture Hec duo patēt in hoc euāgelio Ter-
cio dixit ꝙ poſt ſuā aſcenſionē a hieroſoli-
mis ne diſcederēt donec induerētur virtu-
te ex alto. i. reciperēt ſpm̄ſanctū vt dicit lu
cas Quartō duxit eoſ extra. i. iuſſit eos ire
extra citatē i bethaniā i mōtē oliueti: ⁊ tūc
diſparuit. Et cū eſſent cōgregati in monte
oliueti iteꝝ apparuit eis ⁊ eleuātis mani-
bus bn̄dixit eis Et ſic hodierna die bis ap
paruit eiſ Et apl'i queſierūt ſi in tpe hoc. i.
poſt reſurrectōem ſtatiꝫ deberet reſtitui re
gnū iſrahel tpale vel ſpūale vt dicit gloſa.
Erant enim diſperſi filij ⁊ nōn hēbuut re-
gnū nec regē ꝓpriū Unde queſierunt ſi de
beant reuniri in vno regno ⁊ regere. ſicut
tpe ſalomonis Lu. xiiij. Nos autē ſperaba
mus ꝙ ipſe eſſet redēpturus iſrael. vel que
runt de ſpūali qd̄ fiet in fine mūdi. qn̄ iu-
dei ↄuertētur ad chriſtū et regnū iſrael re-
ſtituetur eis. i. vera ↄgnitō dei in pn̄ti ⁊ in
futuro Nam iſrael interpretatur videns
deum Hie. xxiij. In diebus iſtis ſaluabi-
tur iuda ⁊ iſrael hitabit ↄfidenter. Et ad
hoc xpūs rn̄det ꝙ nō erat illoꝝ illud tpus
noſſe qd̄ ſolus pater ſciebat Mar. xiij. De
die autem illo ⁊ hora nemo ſcit neqꝫ āgeli

in celo neqꝫ filiuſ niſi pater Et cū ſic rñdiſ
ſet eis ait. Accipietis virtutē ſpūſſancti ⁊
ibitis ꝑ totū mūdū pdicādo et teſtifican-
do mihi et mee nature. mee perſone. et mee
doctrine mee morti mee reſurrectōi ⁊ mee
aſcenſioni Et cū hec dixiſſet eleuatis ma-
bus aſcēdit in celū ⁊ diſcipuli ſtabāt aſpi-
cientes in celū ⁊ duo angeli apparuerūt di
cētes ꝙ ieſus nō deberet amplius redire in
terrā niſi iudicaturꝰ mūdū et his dictiſ diſ
paruerūt tūc diſcipuli cū magno gaudio re
greſſi ſunt in hierlm expectātes virtutem
ſpūſſancti ſicut mādatū fuerat eis. Circa
chriſti aſcenſionē ad nrām inſtructōēꝫ et e-
dificatōēm ſeptē ſunt querēda Primo qua
xpūs nō ſtatim poſt reſurrectōēꝫ aſcendit.
Secūdo vbi ſtetit Tercio quare. xl. diebꝰ
ante aſcenſiōēꝫ ſtetit ⁊ nō plus nec minus
Quarto quare de monte oliueti aſcendit.
Quinto quō aſcēdit. Sexto quare aſcēdit
et quare nō ſemꝑ hic nobiſcū ſtetit. Septi
mo quo aſcēdit. Primo ergo queriſ qua-
re nō ſtatim poſt reſurrectiōe aſcendit. cū
ſtatim poſt mortē aīe que bene vixit dēat
celū. ad hoc dicendū ꝙ ꝓpter duo chriſtus
nō ſtatim ſurgēs aſcēdit. Primo vt ꝑ mul-
tos dies ⁊ ꝑ multa argumēta ſe glorioſum
reſurrexiſſe apꝓbaret. Erat em̄ hoc valdē
difficile credere. cū nullꝰ vnq̄ ſurrexit glo
ſus Unde hoc mortaliū pectora nullo mō
ſubito cape potuiſſent cū etiā ꝑ interualla
tpm vix cape potuerūt Itē apſi viderunt
ligari linteaminibꝰ corpꝰ eius ⁊ claudi in
ſepulchro Uñ ſi ſtatim ſurgēs aſcendiſſet
crediſſꝫ ipſum furatū fuiſſe a iudeis ne
ab hōibuſ coleretur ſicut ecōuerſo credide
runt iudei diſcipulos ipſum furatū fuiſſe.
vt ꝓ deo coleretur. Math. xxviij. Iube er
go cuſtodire ſepul. ⁊c. Et ſic tota fides pe
ſet. fuit ergo neceſſariū oīno xpm̄ reſurre-
ctōem ſuā ꝑ multa argumēta ꝓbare ne po
ſteri dubitarēt Uñ Leo pa. dicit ꝙ dubitā
tū eſt ab ipſis ne nos dubitaremꝰ ꝓbatū ē
illis vt nos firmiter teneremꝰ Secūdo vt
diſcipulos ⁊ mat ē ſuam de triſtitia mortis
ſue ꝯſolaretur ⁊ in diſcipulis verā fidem
ſpem firmā ⁊ amorē generaret que oīa iā

ꝑdiderāt Lu. xxiiij. Nos autē ſperabamꝰ
⁊c. quaſi diceret. ſed ampliꝰ nō ſperamus.
q̄ tūc aperuit illis ſenſum vt intelligerent
ſcripturas et q̄m ſic oportebat xpm̄ pati et
reſurgere a mor. Lu. xxiiij. Fecit ergo chri
ſtus vt verus amicꝰ. q̄ recordatus fuit ai
coꝝ tpe exaltatōis ſue Multi autē aīcoꝝ
preteritoꝝ ſuccedētibꝰ ꝓſperis obliuiſcun
tur vt pincerna pharaōnis ioſeph. Gen.
xlj. ſed nō xpūs Pſal. Adhereat ligua ⁊c.
Secūdo queritur vbi ſtetit xpūs xl. diebꝰ
Ad hoc dicendū ꝙ xpūs reſurgens a mor
tuis ſecū duxit oēs aīas que ab origie mū
di erant in limbo ſanctoꝝ patꝝ. ita ꝙ ille
locus oīno vacuus ꝑmāſit et ſtetit cū eis
in hoc mūdo. ſed vbi ſteterit in tota ſcrip-
tura nō reperitur. nec aliq̄s ꝓphetaꝝ. q oīa
facti chriſti predixerūt ꝺ hoc aliqd inſinu
at Nec Augꝰ. nec aliq̄s doctor de hoc ali-
quid determiat. et valō rōnabl'r ꝓpt quat
tuor. Primo ad oñdendū ꝙ aīa ⁊ corpus
glosum nō determiantur ad aliquē locum
ſpecialiter. nec a loco aliqd accipiūt. ſꝫ ha-
bent ptātem ſuꝑ oīa loca ⁊ locata Et q̄ñ
volūt oſtendūt ſe. ⁊ q̄ñ volūt nō oſtendūt
ſe. et ſimiliter quō volūt oñdunt ſe ſcꝫ glo-
rioſe. vel non. Unde xpūs apparens apſis
non oñdebat corpus ſuū gloſum. q̄ oculi
mortales non potuiſſent illud ferre vel vi
dere vt dicit Augꝰ. vnde corpꝰ gloſum et
anima exiſtens in igne nihil pateretur ab
igne. ꝙ autē aīa patitur ab igne iferni hoc
non eſt niſi inquātū ignis ille agit vt iſtru
mentū diuine iuſtitie. ſicut vnus ribaldus
ſuſpendit vnū comitem vt miniſter regis.
Secūdo ad oſtendendū ꝙ beatitudo nō cō
ſiſtit in aliquo loco. ſed ſolū in viſione. vñ
aīa beata exiſtens in inferno et vbiqꝫ ſem
per eſt in gloria eterna Luc. xxiij. Hodie
mecū eris in ꝑadiſo. et tñ iſta die aīa latro
nis ad infernū deſcēdit. vnde ſancti dicunt
ꝙ angeli qui nobiſcū morātur ſemꝑ ſunt
in gloria dei Math. xviij. Angeli coꝝ i ce
lis ſemꝑ vidēt faciem patris mei qui in ce
lis eſt Exemplū ſicut ſol lucens in mundo
omnes tenebras fugat. et oēe aliud lumē
obfuſcat. ſic deꝰ exiſtēs in aīa gloſa in qua

cōiunctōe ꝯſiſtit gaudiū glorie omnē penā
a corpe excludit ex redūdantia glorie aīe i
corpus. et omnē aliā delectatōem inſipere
facit Augꝰ Guſtato ſpū deſipit omnis ca
ro Et ꝙ celū empireū dicatur et locꝰ bea-
toꝝ hoc nō eſt de eſſe gle. ſed de bene eſſe.
et q̄ deus in eo oñdit gloriā ſuā. Terco
ad oſtendendū ꝙ nullus locus nec aliqua
res de iſtis inferioribus eſt digna anima ⁊
corpe gloſō imo ipſa excedit oīa inferiora
Hic cadit exemplū de ſarracenis q vadūt
metha ad videndū oſſa machameti. ⁊ eru-
unt ſibi oculū qui vidit oſſa eius dicentes
ꝙ non eſt dignū ꝙ ille oculus aliqd aliud
videat. Unde de quodaꝫ legitur ꝙ videns
beata virginē eruit ſibi oculū cū quo eā vi
dit et dicebat ꝙ libēter erueret ſibi aliuꝫ ſi
eam iterū videret. tantā delectatōēꝫ ipſe ſen
ſit. Quarto ad oſtēdendū ꝙ ipſe erat ve
rus deus q eſt vbiqꝫ ⁊ non magis in vno
loco q̄ꝫ in alio. Tercio queritur quare
quadraginta diebus ſtetit ⁊ nō plꝰ nec mi
nus Ad hoc dicendū ꝙ fecit ꝓpter quat-
tuor. Primo ad oſtēdendū ꝙ poſtq̄ hō
reſurrexit a morte peccati. que vocatur re
ſurrectiō pīa. Apo. xx. beatꝰ q hꝫ ptem i
reſurrectōe pīa qō fit ꝑ verā cōfeſſionem
et cōtritōem. nō ſtatim aſcendit in celū niſi
poſt quadragita dies. i. pꝰ plenā ſatiſfactō
nē et pꝰ cōpletā pīaꝫ que ꝑ quadragenari
um numeꝝ deſignatur. Satiſfactio em̄ ē eſ
ſentialis ps pīe. Hoc fuit figuratū i He
lia qui pꝰ q̄ dormierat ſub iunipo ⁊ come
derat panē ſubcinericiū ab angelo ſibi ap-
portatū. ambulauit. xl. diebꝰ et. xl. noctibꝰ.
anteq̄ perueniret ad montē dei oreb. iij. re-
gū. ix. Helias dormiēs ſub iunipero hō mo
riēs ſub pīa que per iuniperū deſignatur
que eſt exteriꝰ valde aſpera. ſed ex ea ſit o-
leum ſicut ex iunipero. omnē aīe tumorem
ſanās. qui recipit panē ſubcinericiū ab an
gelo. i. corpꝰ chriſti. et oīa ſacramēta a ſa-
cerdote Mal. ij. Angelus em̄ dñi exercitu
um ē Nec ꝓpter hoc ſtatim vadit in celū
niſi pus pīam cōpleat j. Cor. iij. Ipſe au
tem ſaluꝰ erit ſic tñ quaſi per ignē. Itē fu
it hoc figuratū inq̄tū filij iſrael ſteterunt

xl. annis in deſerto anteq̄ intraret terrā ꝓ
miſſionis Uñ a ſanctis purgatorium poni
tur vt ſi hic pīa nō cōpletur ibi ꝯpleatur
Secūdo oñdendū ꝙ cōſolatōes quas de
us dat ſeruis ſuis ꝯperātur ad tribulatōes
quas deus permittit eis euenire. ſicut anꝰ
ad diem. et dies ad horā. etiā in vita iſta.
Eſa. lxj Predicare annū placabilē. dñio
et diē vltōis deo noſtro. Illud autem tem
pus vt dictū eſt fuit tēpus cōſolatōis. quo
apſos fuit cōſolatus Quia ergo. xl. horis
fuerunt deſolati in morte chriſti tm̄ em̄ ia-
cuit in ſepulcro mortuus. voluit eos xl. die
bus cōſolari ſuā pñtia et locutōe. Math.
xix. Centupplū acci. ⁊ vitā eter. poſ. Ter
cio ad deſignandū ꝙ ſicut deꝰ xl. diebꝰ plu
it aquā tribulatōis ⁊ vindicte i diluuio q̄ñ
totum mundū ſubuertit. ita chriſtus. xl. die
bus pluit aquam gratiaꝝ ⁊ miſericordie
omnibꝰ volētibus recipere i maiori copia
q̄ꝫ tunc effuderit aquas. Io. iij. Nō dat de
us ſpm̄ ad meſurā Pſal. Miſericordia
dñi plena eſt terra. et fuerūt tot ille gracie
quot redūdauerūt ad nos et ad omnes po-
ſteros redūdabūt. quia oēs gras quas fe
cit apſis qui tūc aderāt in eis fecit nobis.
Io. xvij. Non rogo ꝓ eis tm̄. ſed ꝓ eis q
credituri ſunt per verbū eoꝝ. in eodem pri
mo. De plenitudine eiꝰ nos omnes accepi
mus. vnuſquiſqꝫ em̄ ꝓpriam mercedē acci
piet ſcdm̄ laborē ſuum. vt dicit Apſus. j.
Cor. iij. Quarto ad oñdendū ꝙ multa
plura requirūtur ad ꝓbandū reſurrectōēꝫ
q̄ mortē et corporalit ⁊ ſpūaliter. Et ideo
triduū ſepulture ſuffecit ad ꝓbandū mor-
tem et quadragenariū ad ꝓbandū reſurre-
ctōem Ad vitā em̄ multa requiruntur Ad
mortē autē ſolū ſufficit vnū Similiter ad
vitā ſpūalē multa valde requirūtur ſcilicꝫ
omnes virtutes. ſeptem dona ſpūſſancti. ſa
cramenta eccleſie. ad mortē autē ſolū vnū
ſufficit. Iaco. j. Si quis autē totā legē ſer-
uauerit offendat autē in vno factus ē om
nium reus. Quarto queritur quare de
monte oliueti aſcendit. M Ubi nota
ꝙ xpūs aſcenſurus celū quattuor fecit ad
noſtram inſtructōem. q̄ ꝯmedit. egreſſus ⁊

ciuitate. aſcendit monte. et benedixit apoſtolꝭ
Hec quattuoꝛ aſcenſuri in celū ſcꝫ ſ. moꝛ
te nos facere debemus. Primo enī debemus ꝓ
medere. i. coꝛpus chꝛiſti digne ſumere. Iob.
vj. Ego ſum panis viuus qui de celo deſ-
cendi. ſi quis man. ex hoc pa. vi. inet. ⁊ nō
moꝛiet. ſꝫ tranſibit de moꝛte ad vitā. Aug.
Cibus ſum grandiū creſce et manducabis
me. nec tu me mutabis in te. ſꝫ tu mutabe-
ris in me. Hebꝛe. v. perfectoꝝ autē eſt ſoli
dus cibus. qui autē indigne mā. et bi. iu
ſi man. et bi. j. Coꝛ. xj. Iſte cibus viaticū
appellatur. qꝛ nos ducit ad vitā eternā. fi
gura. qn̄ Helias debuit ire ad monte oꝛeb
cōmedit panem ſubcinericiū iij. Reg. xix.
qui coꝛpꝰ chꝛiſti deſignat. Secūdo debemꝰ
exire ciuitatē. i. oīa carnalia ⁊ mūdana fū
ditus deſerere ⁊ deſideriū noſtrū ab eis to
taliter eleuare. et ſolū ſpūalibus inhiare.
Geñ. xij. Egredere de terra tua ⁊ de ꝯgna
tōe tua ⁊ de domo patris tui. Figura. man
datū eſt in lege ꝙ oīe ſacrificiū cuiꝰ ſan-
guis inferebatur in ſancta ꝓ peccato cre-
maretur extra caſtra Hebꝛe. xiij. Quoꝝ
animaliū infertur ſanguis ꝑ pontifices ꝓ
peccato in ſancta hoꝝ coꝛpa cremātur ex
tra caſtra. propter ꝙ ieſus vt ſanctificarꝫ
per ſuū ſanguinē populū extra poꝛtas paſ-
ſus eſt. Exeamus ergo ad eū extra caſtra
omīa terrena ꝑ deſideriū relinquēdo. Hic
cadit exemplū illius diuitis qui ita amare
fleuit in moꝛte ꝙ tot bona relinquere debe
bat: qui poſtea apparuit dicēs ꝙ damnatꝰ
eſſet. Tercio dēmus aſcendere montē fi-
dei ⁊ ſpei ꝑ cōtemplatōem. quia dēmꝰ cre-
dere et ſperare illā beatā vitam. Tho. ij.
Filij ſanctoꝝ ſumꝰ ⁊ illā beatā vitam ex-
pectamꝰ. debemꝰ ergo verſus celū dirigere
oculos mentis noſtre ſicut ad locū noſtre
euictis. Figura mādatū eſt moyſi qn̄ debe-
bat moꝛi ꝙ aſcenderet mōtem ⁊ cōtēplare
tur terram ꝓmiſſionis. qui aſcendēs ⁊ cō
templans terrā moꝛtuꝰ eſt in monte vt pꝫ
Deu. xxxiiij. Vñ beatꝰ Martinꝰ ꝓpe moꝛ
tem ait. Sinite me celū videre vt ſpūs diri
gatur ad dñm. Et beatꝰ Augꝰ. ante ſeptē
dies obitus ſui ſeptē pſalmos pñales ſcri-

ptos fecit figi in pariete ante oculos ⁊ mā
dauit ꝙ nullꝰ ingrederet ad eū vt totꝰ eēt
intentus ad celeſtia. Quarto dēmus omni
bus benedicere. i. omnibus ꝑcere ⁊ bonam
voluntatē habere. ſicut fecit xp̄us dicēs. pa
ter dimitte illis qꝛ neſciūt quid faciūt Lu.
xxiij. Sed quare de mōte oliueti magis ꝙ̄
de alio mōte aſcendit. Ad hoc dicendū ꝙ
hoc fecit ꝓpter ſignificatōem. Nam mons
oliueti duo ſignificat ſine quibꝰ homo non
pōt aſcēdere celū ⁊ ꝓpter que homo celū
aſcendit. Nam qꝛ mons ſignificat altitudi
nem fidei. ſed quia mons oliueti ſignificat
opa miſericoꝛdie que ꝑ oleū ſignificantur.
ſine illis autē nō poſſumꝰ celū aſcendere.
Nam de fide dicit Apl̄us ad Hebꝛe xj. ſi-
ne fide impoſſibile eſt placere deo. De opi
bus mīe dr̄ Math. v. Beati mi. qm̄ ip. mi
ſeri. cōſe. vñ in iudicio fit ſolū diſceptatio
de opibus mīe ⁊ ꝑ ipſis ſaluabūtur ⁊ dam
nabūtur hoīes. j. Thi. iiij. pietas ad omnia
vtilis eſt. ꝓmiſſionē habēs vite que nunc
eſt et future. propter defectū illiꝰ olei fue-
rūt ille quinqꝫ virgines fatue excluſe a re
gno vtꝫ Math. xxv. Hoc fuit figuratum.
Geñ. xxviij. qn̄ Iacob ibat in meſopota-
miā ſirie ⁊ ꝑuenit ad pedē mōtis oliueti ad
locū vnde xp̄us aſcendit. qui accipiens la
pidem ſuppoſuit capiti ſuo quē poſtea vn
xerat fundens oleū deſupꝫ doꝛmiēs vidit
celū apertum ⁊ quedā ſcala erigebat ſup la
pidem vſqꝫ ad celū. Lapis chꝛiſtus eſt. idē
fides ī xp̄o. oleum opera miſericoꝛdie que
debent fundi ſuper xp̄m id eſt debent fieri
in fide chꝛiſti et ex amoꝛe chꝛiſti alias per
deretur. Et opa ſic facta faciūt nos aſcen
dere et aperiūt nobis celū. Quīnto que
ritur quō aſcēdit. ad hoc dicēdum ꝙ qua-
drupliciter aſcendit. ſcꝫ ꝓpꝛiis viribꝰ. cum
magna victoꝛia cū magno triūpho ⁊ patē-
ter. Primo aſcēdit ꝓpꝛijs viribꝰ. i. meri-
to ſue actōis Phi. ij. Humiliauit ſemetipm̄
ꝓpter qd̄ et deus exal. il. Sic et nos dēmꝰ
aſcendere merito opeꝝ noſtroꝝ infoꝛmato
rum gracia dei. Quidam volūt aſcēdere ce
lum ſolū in virtute alioꝝ. quia in vita ni-
hil faciūt. ſed ſolū in moꝛte dimittunt ele-

moſinas dandas paupibus ⁊ rogant cōme-
dari miſſis et oꝛōibus. ſed nota illō Mat.
xxv. Ne foꝛte nō ſufficiat nobiſ et vobis. ꝓ
uerbiū eſt. Tarde ſaturatur qui alienis ma
nibus oꝛe balatur. Quidā vero qd̄ peiuſ ē
aſcendere volunt ſine merito vt lucifer.
Secūdo aſcendit cū magna victoꝛia. Naꝫ
ipſe vicit mundū. religauit dyabolū. expo-
liauit infernū. eneruauit peccatū. deſtruxit
moꝛtem. cōtēpſit honoꝛes. diſpſit diuitias.
ſuffocauit delicias. calcauit mare. aſcendit
ꝑ aerem. repauit naturā. reddidit vitā. apa
ruit padiſum. recupauit celū. et bꝛeuit om
nia foꝛtia vicit Apo. v. Vicit leō de tribu
iuda. Vnde cantamus Redit cū victoꝛia
capta ducens ſpolia. ſic et nos dēbēmꝰ vin
cere ſi volumus cū ipſo aſcendere Apō. ij.
Vincenti dabo edere de ligno vite qd̄ ē in
padiſo dei mei. ij. Thi. ij. Nemo coꝛonabi
tur niſi qui le. cer. Sꝫ heu hodie cariſſimi
omnia nos vincunt diuitie et delicie ⁊ ho-
noꝛes et dyabolus ⁊ vita ⁊ moꝛs ⁊ pecca-
ta et naturā elemēta et creatura ⁊ bꝛeuiter
omnia nos vincūt ac etiā vna bꝛeuiſ tēpta
tiō. Et quid ꝓdeſt ſi gentibus dñamur et
nobiſipſis dñari nō poſſumus vt ait Cōſtā
tinꝰ. et ideō nō poſſumus in celū aſcēde-
re nec padiſum obtinere Mat. xj. Regnū
celoꝝ vim patitur ⁊ violenti rapiūt illud.
Tercio aſcendit xp̄us cū magno triū-
pho et gaudio Pſal. Aſcendit deus in iu-
bilatōe et dñs in voce tube. Et quare volu
it tantum iubilū et honoꝛē in ſua aſcenſiōe
certe vt nos animaret ad foꝛtiter dimican
dum et vincendū. quia eōdem mō honoꝛa-
bimur aſcendendo Lu. xxij. Ego diſ. vo. ſi.
diſp. in pa. meus. reg. Heſter. vj. ſic honoꝛa
bitur quēcunqꝫ rex honoꝛare voluerit. vñ
in hyſtoꝛijs romanis legitur ꝙ qūcunqꝫ a
liquis romanus redibat cū plena victoꝛia
Impatoꝛ et ſenatoꝛes ibant ei obuiam cū
magnō triumpho et ponebant eum in cur
ru aureo. et faciebant ei arcū triumphalē
ad recoꝛdatōem vt alij animarētur ad vi-
ctoꝛiam. Sic et deus pater fecit chꝛiſto cui
cum oībus angelis obuiauit. et poſuit eū
in candida nube tanqꝫ in curru aureo ⁊ cū

magno triumpho deduxit in celum. et ad
ſuam dextram collocauit. Et quare. certe
vt nos ad victoꝛiam animaret. Quarto
aſcendit patenter. quia videntibꝰ illis om-
nibus eleuatꝰ eſt in celum. Sic ⁊ nos pa-
tenter debemꝰ ire verſus celū et clare diſ-
ponere nos et noſtra. vt oīs in moꝛte no-
ſtra gloꝛificent deum ⁊ vere credant nos
ituros ad celū. Lu. xij. Sint lumbi veſtri
pꝛecincti. et lucerne ardentes in manibus
veſtris. Quidam in moꝛte ita intricant ſe
et ſua et ita ſe inuoluunt qd̄ neſcit aliquis
quo debeant ꝑuenire ad vitam vel ad moꝛ
tem et plus cōſtant cauſe ⁊ iudices ꝙ̄ ſit e-
molumētum heredum. Et quia ipſi omnia
abbaruffant. ideo dyabolus abbaruffat eoſ
Grego. Hac animaduerſiōe ꝑcutit pecca
toꝛ vt qui in vita oblitus eſt dei. i fine ob-
liuiſcatur ſui Roma. j. Qui cum iuſtitiā
dei cognouiſſent non intellexerūt. quoniā
qui talia agunt digni ſunt moꝛte.
Sexto queritur quare aſcendit et quare nō
ſemꝑ hic nobiſcum ſtetit. Ad qd̄ dicendū
ꝙ hoc fecit ꝓpter ſeptem. Primo vt vl
terius ſpūaliter vincerēt homines ⁊ non
carnaliter. quia vita ſpiritualis incipiebat
Act. j. Vos autem baptiſabimini ſpiritu
ſancto. non poſt mul. hō. di. Et meritū vl-
terius debebāt eſſe ſpūale quod vſqꝫ tunc
fuerat tempāle. Eſa. j. Si volueri et au.
m. bō. terre cō. Sed ſi xp̄us hic remanſiſſet
nobiſcum carnaliter cum diligeremuſ ſicut
apl̄i in pñtia eum diligebant. Et hoc ē qd̄
dicitur Iō. xvj. Expedit vobis vt ego va
dam. ſi ego non abierō paclitus non veni-
et ad vos. i. ſi pꝛēſentiā humanitatis non
ſubtraxerō ſpūaliter non viuetis. nec ad cō
gnitōem ſpūalem ꝑtingetis qd̄ eſt neceſſa-
rium ad ſalutem Gre. ſup hoc Si ego nō
abierō. i. ſi pñtiam coꝛꝑalem ab oculis ve-
ſtris non ſubtraho ad notitiam dei ꝑ inui-
ſibilem ſpiritū vos non ꝑduco. ij. Coꝛ. v.
Et ſi nouimꝰ chꝛiſtū ſm̄ carnē. ſed nūc iaꝫ
nō nouimꝰ. ꝓuerbiū eſt. Puer ꝙ̄ diu ſtat
cum matre nihil ꝓficit in virtute. Secū-
do vt magis hoīes firmarētur in fide ꝓpt
maioꝛem cōgnitōꝫ quā ſpūſanctus attulit

et ꝑ ɔ̃ſeqnẽs virtuoſius agerent. Certior em̃ eſt cognitio intellectus ꝙ̃ ſpūſanctus attulit. ꝙ̃ ſenſus quã chriſtus in pñtia dabat. et ideo ex tunc homines veram fidem habuerũt de trinitate et vnitate diuina et humanitate ⁊ diuinitate chriſti et de omnibus de quibus eſt fides. quod vſqȝ ad illō tempus homines non habuerunt de trinitate et vnitate diuina et humanitate ⁊ diuinitate chriſti. et de omnibus de quibus eſt fides. quod vſqȝ ad aliud tẽpus homines non habuerant niſi aliqui maiores in populo dei vt prophete. et quia fides facit nos operari omnia bona que facimus. naȝ ideo operamur quia ſic credimꝰ. iuxta illud pſ. Credidi propter quod locu. ſum ego autem hu. ſum ni. ij. Cor. iij. et nos credimꝰ propter qđ hec loquimur. iō neceſſarium fuit chriſtum abire vt opera virtutū faceremꝰ Jo. xiiij. Qui credit in me opera que ego facio et ipſe faciet et maiora horum faciet qꝛ ego ad patrẽ vado. i. quia me ſpūaliter et non corporaliter cognoſcit. in quo fides conſiſtit. omnia autem magna opera et miracula fidei attribuūtur. Mat. ix. Omnia poſſibilia ſunt credẽti Tercio vt ſubleuaremur in ſpe ⁊ tota mentis intentione tẽderemus in celum. quia ex quo frater noſter et caro. qui eſt totum bonum noſtruȝ et in quem totum deſiderium noſtrum tẽdere debet ad celum iuit debemus ãhelare ire ad videndum ipſum. et debemus firmiter ſperare ꝙ mittet pro nobis. Joh. xiiij. Et ſi abiero et preparauero vobis locum iterum ve. et. aſſ. vō. ad meipſum vt vbi ego ſuȝ ibi et vos ſitis. Exemplum de ioſeh qui ſtatim ſublimatus miſit pro fratribus ⁊ omnia pepercit eis et dedit eis terram ieſſen optimã terram egipti. gen. xlvij. multo autem magis hoc fecit chriſtus. Quarto vt naturaȝ humanam per peccatum depreſſaȝ ſuꝑ omnia exaltaret. Pſal. Exaltare ſuꝑ celos de. et ſuper om. tem. glo. te. Hanc exaltatiōem congnouit angelꝰ qñ a beato iohãne euã. recuſauit adorari. quod vſqȝ tũc ab hominibus. ſuſtinuerat. vt patet in multis locis ve. te. Apo. xix. Et ɔuerſus ſum vt adorarẽ ante pedes angeli qui mihi hoc oſtẽdebat Et dixit mihi Vide ne feceris. conſeruus em̃ tuus ſum et fratrꝫ tuorꝫ Hanc dignitatem non cõgnoſcit peccator. quia ꝓ vno obulo ſubmittit ſe dyabolo. ſicut Eſau pro vno lenticulo vendidit honorẽ primogeniture Jacob vt dicitur ad Hebre. xij. Viliſſimus leccator eſt peccator qui non ſeqt̃ patrem ſuum xpm̃. qui dyabolo omnia bona mūdi ſibi ꝓmittẽti in nullo voluit ɔſentire Mat. iiij. Hec omnia dabo tibi ſi ca. ado. me. Sed ſequitur patrẽ ſuum Adam antiquū qui ꝓ vno bolo vendidit ꝑadiſuȝ Quito vt ĩ curia celi vbi omnia facta noſtra examinant̃ aduocatum haberemꝰ chriſtum. valde em̃ poſſumus eſſe ſecuri ꝙ nulla iniuſtitia fiet nobis ibi. ſȝ omnis gracia cum talem aduocatum ibi habeamus. ſic purum et iuſtum ⁊ fratrem noſtꝝ. j. Joh. ij. Aduocatum habemus apud p̃rem ieſuȝ chriſtum iuſtum. Vñ Bern. Securꝝ acceſſum habes ad deū o homo vbi habes matrem ante filium. et filium ante patrẽ. mater oñdit ſibi vbera ⁊ pectora. filius oñdit pa. latus ⁊ vulnera. nulla ergo po. ibi eſſe repel. vbi tot cari. ɔcur. inſig. Ad Hebre. iiij. Adeamꝰ ergo cū fiducia thronuȝ gl'ie eius vt miſericordiaȝ cõſequamur ⁊ grãm inueniamus in tempore oportuno Nota h̃ de aduocatis ꝙ̃tam reuerentiam homo habens arduam cauſaȝ vbi timetur res ⁊ perſona. facit aduocato ſuo et quot ibi expendit ⁊ quomō ei obedit. et quomodo ſperat liberari ſi aduocatus eſt gratioſus ⁊ potẽs in curia Sic ꝑ omnia debemꝰ facere chriſto Sexto vt donis et gratijs nos maxime ditaret Eph. iiij. Aſcendens in altū capti. Exemplū ſicut rex vincens omnes hoſtes. cū intrat poſſeſſionẽ regni. magna donaria dat militibus Sic et xp̄us intrans regnūȝ celi fecit Nam ſtatim miſit ſpm̃ſanctum in quo omnia dona donãtur Ro. viij. Quōmodo nō etiã cum illo oĩa no. do. Bern. De plenitudīe eius accipiūt vniuerſi Eger curatiōnẽ captiuꝰ redempcōȝ. peccator veniam. iuſtus gratiã. Septimo vt maieſtate ſua angelos in celo beatificaret qui pñtia



ſua homines in mūdo letificauerat. j. Pe. j. In quẽ deſiderãt angeli ꝓſpicere Joh. xvij. Hec eſt vita eterna vt cõg. te. ſo. de. ve. ⁊ quẽ miſiſti ieſum xpm̃ Septimo queritur quo aſcendit Et dicenduȝ ꝙ ſuꝑ omnes celos Eph. iiij. Qui deſcendit ipſe eſt et qui aſcendit ſuꝑ omnes celos. vt ex immẽſitate ⁊ altitudine loci oſtenderet immenſitatem honorꝝ que ſunt in loco. vt ſupra in precedenti ſermo. dictum eſt Baruch. iij. O iſrael ꝙ̃ magna eſt domus dei. et ingẽs locus poſſeſſionis eiꝰ magnus ⁊ non hñs finem. excelſus ⁊ immenſus. j. Cor. ij. Qđ oculos non vidit nec auris audiuit nec in cor hoīs aſcendit que preꝑauit deus his q̃ diligūnt illum Aſcendit em̃ ſuꝑ omnes celos materiales et ſpūales qui ſunt angeli ⁊ ſancti. iuxta illud Pſal. Celi enarrant gloriam dei ⁊c̃. Et ꝑuenit ad celum ſuperſubſtantiale ſcȝ ſancte trinitatis. vbi ſedet in equalitate patris dei inꝙ̃tum deꝰ. et ad dextram inꝙ̃tum homo. i. in potioribus bōis patris. vt patet in p̃ncipio primi ſermonis huius feſtiuitatis de epiſtola.

Dominica infra octa. aſcenſiōis de Euangelio ſermo LX

uerſo eſſet Nam ipi ꝓpter ſupbiam ⁊ im
pietatem peccatores erāt effecti et pecca-
tores ex cōuictu et predicatōne xp̄i erant
iuſtificati Subito em̄ fit homo peccator.



vt patet in lucifero. qui ꝑ vnū motū ſup-
bie cecidit et ſimiliter ſubito peccātor fit iu
ſtus. vtꝫ in Paulo qui ſubito ac etiaꝫ dū
iret ad malefaciendum cecidit in terraꝫ et
factus eſt iuſtus Sic ergo illi erant falſi
iuſti quia apparebant iuſti et non erant qꝛ
ob ſupbiam facti fuerunt peccatores ⁊ iō
non compaſſionem ſed indignatōem oſten
debat Gre. Vera iuſticia cōpaſſioneꝫ ha
bet falſa autem dedignatōem q̃uiſ iuſti re
cte ſoleant peccatoribus indignari. ſed ali
ud eſt quod agitur typo ſupbie. aliud zelo
iuſticie vel diſcipline. quia iuſti et ſi foris
ꝑ diſciplinam increpatōes exaggerāt int⁹
tn̄ dulcedinem ꝑ caritatem ſeruant. prepo
nunt em̄ ſibi in animo ipos plerumqꝫ quoſ
corrigūt ꝙ agentes ꝑ diſciplinam ſubditoſ
et ꝑ humilitatem cuſtodiūt ſemetipos. At
contrahi qui de falſa iuſticia ſupbire ſo-
lent ceteroſqꝫ deſpiciūt nulla infirmātib⁹
miſericordia cōdeſcendūt De quoꝝ nume
ro phariſei erant Math. xxiij. Ve vobis
ſcribe et pha. qui ſimul eſ. ſe. deāl. Quarto
quia talem reprehenſionem ad iactantiaꝫ
potius q̃ ad emendatōem faciebāt. Pre-
latus em̄ non debet repbendi coram popu
lo nec etiam alij ſed ſeorſum Math. xviij
Si pec. in t. fra. t. cor. e. inter. t. et ipm ſo-
lum. ſententiari poteſt bene in publico. vt
ceteri timorem habeant ſi crimen eſt mani
feſtum j. Thi. v. Peccātes coram omni-
bus argue vt ceteri timorem habeant Si
enim quis corrigitur in publico negat fre
quenter et cōtendit cum correctore. quod
in ſecreto non faceret. Iſti ergo murmu-
rantes et detrahentes chriſto ad laudē hu
manam hoc faciebāt vt zelum legis vide-
rentur habere Mat. xxiij. Omnia opera
ſua faciūt vt videātur ab oībus. ¶
Tercio apparet hec murmuratō iniuſta ex
pte publicanoꝝ et peccatoꝝ de quib⁹ mur
murabant et hoc q̃tū ad quattuor Prio
quia ipſi appropinquabāt ad ieſum vt au
dirent illum ſcꝫ ꝑdicanteꝫ et docentē Pre
dicatio autem ē quedam elemoſina ſpūaliſ
Sicut ergo conſtitutus in neceſſitate cor-
porali pōt a quocunqꝫ elemoſinam recipe
re. et omnis homo cuilibet q̃tum ad ſuſtē
tatōem nature teneatur dare ſi pōt ac etiā
iudeo vel ſarraceno ita verbū predicatōis
bone a quocūqꝫ poſſumus audire et ꝑdi-
cans euangelium xp̄i nullum debet exclu-
dere nec patarenum nec ſarracenū nec ex
cōmunicatum Mar. xvj. Predicate euan
geliū omni creature. igitur nec iſti accedē
tes nec xpūs recipiens erāt repbendendi ⁊
ꝑ cōſequens iniuſta erat murmuratō pha
riſeoꝝ Secūdo quia in peccatore duo con
ſiderare debem⁹ ſcꝫ naturam que bona eſt
et vicium quo peccator malus eſt In pec
catore autem debem⁹ naturam diligere ꝑ
quam eſt ad imaginem et ſimilitudineꝫ dei
factus Gen. j. Faciamus hominē ad ima
ginem et ſimilitu. no. Vicio autēꝫ vt dicit
Gre. diſtrictum iudicium debemus ſꝫ non
nature Aug⁹. Sic diligendi ſunt homies
vt eoꝝ non diligātur errores Aliud enim
eſt diligere qḋ ſunt. et aliud odiſſe que fa-
ciunt Ergo peccatores cōſiderata natura
eoꝝ debebāt diligi et recipi a xp̄o ſicut dili
gere tenemur etiam ſarracenos. q̃tum aūt
ad vicia debebant a chriſto corrigi et icre
pari. ergo poterant ipſi ad xp̄m accedere ⁊
xpūs eos recipere ⁊ ꝑ ꝯſequēs iniuſta erat
talis murmuratō quia habita hac ꝯſidera
tōne nullus debꝫ aliquē excludere a ſe Ec
cleſiaſtici. xxvij. Vnicuiqꝫ deus mandauit
de ꝓximo ſuo Tercio quia in hoc pecca-
tor differt a dyabolo. quia dyabolus ē ob-
ſtinatus in malo nec vnq̃ emēdatur Pec
cator autem nō eſt obſtinatus dū viuit qn
poſſit corrigi et bon⁹ fieri. et frequēter ſic
fit Nam peccatores frequēter a malis ſu
is cōuertūtur et fiunt iuſti. Hoc autē ma
xime habet ꝑdicatō facere. quia multi au-
dientes verbum dei cōuertuntur Actuum
x. Loquēto petro cecidit ſpūſſan. ſup omſ
qui audierunt verbum Vn̄ Aug⁹. dicit ꝙ
verbum dei eſt ſicut hamus qui dum rapi
tur capit A ſalute autem anime null⁹ po
teſt nec debet ꝓhiberi. imo cū omni feſti-
nantia et importunitate debet queri. Vn̄
iſti qui inuitat⁹ a xp̄o vt ſe ſequeret dixit
dimitte me ꝑ. ir. et ſepe. patrem meū. rn̄dit

chriſtus Sequere me et dimitte mor.ſepe.
mor.ſuos vt dicit mater Ergo et ipſi pote
rant ire ad xp̄m et xp̄us poterat eos reci
pere et p̄ conſequens iniuſta erat murmu
ratō eoꝝ ſcꝫ phariſeoꝝ.et maxime cū p̄e
dicatō xp̄i ſiue chriſtus haberet tria q̄ pec
catores cōuertunt ſcꝫ verbum inflamatū
qđ tangebat cor.exemplum ſanctuꝫ quod
edificabat vitam et doctrinam veraꝫ que
illuminabat animam. Quarto quia pecca
tor eſt infirmus in anima ſicut febricitās
in corp̄e Febricitans autem ſanitateꝫ cor
poris pōt a quocūqꝫ petere et recipere et
quilibet pōt quēlibet ſanare quia vt dictū
eſt naturam cuiuſcunqꝫ debemus iuuare ꝛ
fouere Vnde et Heliſe⁹ mūdauit a lepra
Naamā ſyꝝ principē milicie regis ſirie vt
iiij.Regū.v.patet.Sic ergo poſſum ſani
tatem corpis recipere a quocūqꝫ ita ꝛ mlt
to magis ſanitatem anime igitur peccato
res poterāt ad chriſtum accedere ꝓ aie ſa
nitati.et xp̄us poterat eos recipere et ſa
nare ſic in aīa ſicut et in corp̄e Lu.vj.oīs
turba querebat eum tāgere q.ver . de il.
et ſa.om.Et ſic patet ſecūdum. Tercio
ponitur chriſti reſponſio p̄ quoddam ſimi
le ad murmur phariſeoꝝ ſedandum Vnđ
ait Quis ex vobis homo qui habet centū
oues ꝛc.Et pōt hec ſimilitudo exponi du
pliciter ſcꝫ de natura angelica ꝛ humana
et tunc p̄ omnia currit ſimilitudo.et de iu
ſtis et de peccatoribus penitentiā agētib⁹
et tunc non p̄ omnia currit ſimilitudo. ſed
cum diſtinctōe. Primo poteſt exponi đ
natura angelica et humana et tūc per om
nia currit ſimilitudo. Quia vt dicit Gre.
Centenarius eſt numerus p̄fectus . Tunc
ergo deus centum oues habuit quādo na
turam humanā ꝛ angelicam multa perfe
ctōne creauit Ambroſi⁹.Diues paſtor cu
ius omnes nos centena portio ſumus No
nagintanouem angeli dicūtur quia in ma
ximo numero ſunt creati. Vn̄ Dyo. dicit
q꞉ excedunt omnem multitudinem nume
rabilem Iob.xxv.Nunquid eſt numerus
militum eius Vna ouis hūana natura dr
quia in ſingularitate vnius hominis cōdi

ta eſt a quo vno omnes alij deſcederunt.
Vtraqꝫ autem natura dicit ouis rōne in
nocentie.quia in magna et p̄fecta innocen
tia vtraqꝫ creata fuit . vel reſpectu na
ture diuine vtraqꝫ natura ouis eſt.q꞉ vtra
qꝫ natura reſpectu diuine beſtialis et qua
ſi nihil eſt Gre. Vna ouis tūc periit quā
do peccando homo paſcua vite eterne re
liquit Tūc filius dei relinques nonagita
nouem in deſerto id eſt dimittens nouē or
dines angeloꝝ in celo quod dicitur deſer
tum id eſt derelictum a multitudine ange
loꝝ que cecidit ab humana natura que ad
reſtauratōem cadentium angeloꝝ vt celū
repleret et in deo habitaret creata fuit.
venit in mundū p̄ carnis aſſumptōem ad
predictam ouem querendam et inueniēs eā
errantem in mundo impoſuit ſup̄ hūeros
ſuos.et hoc fuit in paſſione quādo in cru
ce ei⁹ peccata.id ē.penā peccatoꝝ ſup̄ hu
meros ſuſtinuit Vnde Ambro.dicit q꞉ iſti
humeri ſunt brachia crucis j.Pe.ij. Qui
peccata noſtra p̄tulit in corp̄e ſuo ſuper li
gnum.Gre.Cum autem paſtor inueniſſꝫ
ouem non puniuit.non verberauit..nō vr
gendo duxit ad gregem ſed ſupponens hu
militer humeris et portans clementer an
numerauit gregi ꝛ ſic impoſitam ſup̄ hu
meros cum ipſa in aſcenſione ad celum re
meauit.cui virtute paſſionis chriſti celuꝫ
etiam eſt apertum et humana natura in vir
tute meriti paſſionis chriſti cuꝫ xp̄o ad ce
lum aſcendit Et ideo dicitur ipſam ſuper
humeros ad celum portaſſe Gre.Ouem
humeris ſuis impoſuit quando humanaꝫ
naturaꝫ ſuſcipiens peccata noſtra ip̄e por
tauit inuenta autem oue ad domuꝫ rediit.
quia paſtor noſter rep̄ato homine ad re
gnuꝫ celeſte remeauit Et poſtq̄ ad celum
domum ꝓpriam quia ibi gloriam dei mai
feſtatur cum oue p̄dita rediit ſcꝫ in aſcen
ſione tūc vocauit amicos et vicinos id eſt
angelus qui amici dicūtur eo q꞉ ſemp̄ ideꝫ
cum deo volūt.amicoꝝ enim idem ē velle
et nolle vt dicit Phus.vicini quoqꝫ dicū
tur quia ſemp̄ vident faciem dei et ei⁹ glo
riam vicinius cōtemplant. vt dicit Gre.



Et ait illis Congratulamini mihi ꝛc.An
geli em̄ multum gaudent de rep̄atōne ſua.
quia etiam ipſi ad hoc ſuis miniſterijs cō
tulerūt et quia eoꝝ ruina ob hoc eſt rep̄a
ta Principaliter autem gaudiuꝫ eſt i xp̄o
ſicut in actore ſalutis et p̄ xp̄m ad omnes
alios deriuatur Et iđ dicit. Cōgratulam
ini mihi et non oui p̄dite et tunc ſimplr eſt
verum quod ſequitur q꞉ maius gaudium
erit in celo ſup̄ humana natura p̄dita. ſed
virtuoſe ꝛ triumphaliter recup̄ata q̄ ſup̄
angelos qui non peccauerūt nec perierūt.
P Quod gaudium maius eſſe p̄pē
ditur ex tribus ſcꝫ intenſiue.et extenſiue.ꝛ
completiue. Primo intenſiue ſcꝫ ex operi
bus maiora em̄ opera facta ſunt in natu
ra humana q̄ in angelica.qualia fuerunt
op̄a chriſti et beate Marie et ſanctorum
Aploꝝ ꝛ Martiꝝ.Maius autem gaudiū
eſt habere gloriam ex magnis meritis . q̄
ex gratia ſolum Angelus autem habꝫ glo
riam ex gratia ꝛ ex vnico actu.et ideo nul
lus angelus equip̄abitur Chriſto et beate
Marie in gaudio Phil.ij . Propter qđ
et deus exaltauit illū.Scđo extenſiōe gau
dij.nam humana natura habet gaudium
magis extenſum. nam gaudet in anima et
corp̄e.ſed gaudiū angel eſt ſolū de vno .ſ.
de ſp̄u beato Vnde ſolum ſp̄ūale gaudiuꝫ
habet Io.x. Ego veni ut vitam habeant
et abundantius habeāt ſcꝫ q̄ angeli Yſa.
lx. In terra ſua duplicia poſſidebūt Ter
cio ex complemento gaudij. nam cmople
mentum gaudij eterni in natura huma
na inuenitur ſcꝫ in chriſto homine Ioh.
xvij. Hec eſt vita eterna vt cognoſcam te
ſolum verum deum et quē mi.ieſum chri
ſtum.Et iđo vt dicunt doct .etiā ſi homo
non peccaſſet filius dei incarnatus fuiſſꝫ
ad cōplementū glorie hominis In chriſto
ergo homine gaudiuꝫ angeloꝝ completur
et hominum quia in ipſum ut dicit.j.pe.j.
deſiderant angeli ꝓſpicere Secūdo mo
do hec ſimilitudo poteſt exponi de iuſtis ꝛ
peccatore penitentiam agente ſicut lr̄a ſo
nat.ꝛ tunc diſtinguendum eſt.quia ſi iuſt⁹
ſemper ſtat fortiter in via dei ꝛ ſemper de

uote et feruentes agit virtutum op̄a ſicut
et peccator poſtq̄ cōuerſus eſt tūc non eſt
verum qđ hic dicitur ſcꝫ q꞉ maius ſit gau
dium i celo ſuper vno peccatore q̄ ſuper
no.iuſ.ꝛc.imo n̄ equip̄at gaudio ſolū vni
us iuſti nedum nonagintanouem Nūquid
gaudium de ꝯuerſione Pauli fuit mai⁹ q̄
gaudium de ſtatu beate Marie vel Ioh.
bap.certe non.imo nec equale Gre.Sed
inter hec ſciendum eſt q꞉ ſunt pleriqꝫ iuſti
in quoꝝ vita tantum eſt gaudium vt ei q̄
libet peccatoꝝ penitentia preponi nullate
nus poſſit Hinc ergo colligendum ē q̄tū
deo gaudium faciat quādo humiliter plā
git iuſtus ſi facit in celo gaudium qn̄ hoc
quod male geſſit p̄ penitentiam damnat i
iuſtus Si vero iuſtus remiſſe agit pccōr
cōuerſus intenſe et fortiter op̄atur tūc ve
rum eſt quod hic dicitur Maius em̄ gau
dium eſt in celo de cōuerſione beati Pau
li et marie Magdalene et multoꝝ alioruꝫ
q̄ de centum iuſtis imo q̄ de mille. q꞉ iſti
poſtq̄ ꝯuerſi ſunt mirabilia opera fecerūt
et intenſiue recup̄auerunt quod extenſiue
p̄diderūt Gre. Plus autem de conuerſis
peccatoribus q̄ de iuſtis ſtantibus in celo
gaudium eſſe fatetur dominus.quia pleri
qꝫ hi qui ſe nūquā oppreſſos molib⁹ pec
catoꝝ ſciunt.ſtant quidem in via iuſticie.
nulla illicita ꝑpetrant ſed tamē ad celeſtē
patriam anxie non anhelant et plerumqꝫ
pigri remaneāt.ad exercenda bona p̄cipua
quia valde ſibi ſecuri ſunt q꞉ nulla commi
ſerūt mala grauiora At contra nonnunq̄
hi qui ſe aliqua illicita egiſſe meminerūt
ex ipſo dolore ſuo cōpuncti ad amorē dei
inardeſcunt.ſeſeqꝫ in magnis virtutibus
exercent.et damna p̄cedētia lucris ſequēti
bus recompenſant Maius ergo de pecca
tore cōuerſo q̄ de ſtante iuſto gaudiuꝫ fit
in celo.quia dux in p̄elio plus eū militeꝫ
diligit qui poſt fugam reuerſus hoſtē for
titer p̄emit q̄ illum qui nunq̄ terga p̄e
buit et nūq̄ aliquid fortiter fecit. Deinde
cum dicitur.aut que mulier. ponitur alia
ſimilitudo penitus ad idem tendens.et idē
cōtinens Naꝫ mulier habens dragmas de

cem eſt dei ſapientia que dicitur mulier ꝓ
pter pietatis affectum quam ad homines
habet Tali affectu tenebatur Paulꝰ qui
dicit. Gal.iiij. Filioli mei quos iterꝫ ptu-
rio Decem dragme ſunt nouem ſchori āge
lorum et humana natura qui creati ſunt
ad imaginē dei Nam ſcd̄m Bedam Dra
gma enim eſt munus certum pondꝰ tenēs
et imaginem regis habens impreſſam et ei
us nominis ſupſcriptōem. Dragma vero
dragmatis eſt certum pondus Didragma
cōtinet duas dragmas Homo et angelus
habent imaginem dei in ſe ſꝫ hō hꝫ ſup-
ſcriptōeꝫ dei quia dicitur chriſtianꝰ a xp̄o
vel dicitur homo dei vt patet in facie ho
minis Hec ergo mulier id eſt dei ſapiētia
pdita vna dragma ſcꝫ homine. accendit lu
cernam. id eſt. carnem aſſumpſit. Nam lu-
cerna eſt lux in teſta. id eſt verbum in car
ne. et euertit domam. id eſt cōſcientiam ho
minis illuminauit. et fecit hominē cogno-
ſcere peccata et defectus ſuos. et p veram
cōtritōeꝫ ꝓiecit homo dicta peccata de do
mo dei. id eſt. de anima ⁊ ſic apparuit ima
go regis et dragma qui in luto pcc̄i erat
abſcondita. quia poſtq̄ꝫ deus euertit ⁊ pur
gat cōſcientiaꝫ hominis. tūc apparet ꝙ ſit
dragma regis quia imago eius lucet ibi.
Hanc euerſionem cōtinue facit deus in a
nima peccatoris. Et ſi tm̄ poteſt euertere
ꝙ reinueniat dragmam que in luto pecca
ti erat cōculcata mirabiliter gaudet. quia
gaudium eſt in celo ſuper vno peccatore
penitentiam agente. Exemplum ſi hō ha-
beret decem filios et vnus infirmaret ad
mortem tota ſollicitudo eſſet circa illum.
et ſi liberaretur a morte maius gaudiuꝫ eſ
ſet de eius liberatōne quā de ſanitate alio
rum nouem. Similiter ſi vnus decem fili-
orum duceretur ad ſuſpendium et eripere
tur de manibus ducentiū. tūc maius gaudi
um eſſet de tali ereptione q̄ꝫ de pmanētia
alioꝝ nouem. Rogemus ergo deum vt ani
mam noſtram euertat et accendat in ea lu
men gratie ſue. ꝙ dragma pdita ſiue abſcō
ſa reinueniatur quia niſi deꝰ euertat et tā
gat cor peccatoris nūq̄ꝫ dragma pdita inue

nitur. Ego inquit dn̄s indura. cor. phara.
Exo.iiij. Et ecce egoipſe requiram oues
meas Ezech.xxxiiij. Et ſic ptꝫ terciū. et p
cōſequens totum de euangelio.

## De Epiſtola ſermo. XXXI

Humiliamini ſub po. ma. dei
vt vos exal. in temp. vi. j. pe
tri. v. Sicut dicit Apl̄us. ij.
Cor. x. Arma milicie noſtre
non ſunt carnalia quia bellū
nō ē carnale ſed ſpūale ideo
beatus Petrus iſtius belli a deo capita-
neus cōſtitutus in ep̄la hodierna docet et
et inducit nos ad arma ſpūalia poſſidēda
vt legittime certare poſſumus et p conſe-
quens in die viſitatōis et iudicij cum dn̄o
coronari. ij. Thi. ij. Nemo corona. niſi qui
le. certa. Dyabolus em̄ aduerſarius noſter
ſemp circuit vt nos deuorare poſſit. In
hac ergo epiſtola beatus Petrus quattu
or facit. Primo inducit nos ad humilita
tis veſtigium ibi. Humiliamini. Secundo
amouet a nobis terrene ſollicitudinis diſ-
pendium ibi. Omneꝫ ſollicitudinē. ve. ꝓi.
in eum. Tercio hortatur ad vigilantie et
ſobrietatis amplexum ibi. Sobrij eſtote ⁊
vigilate. Quarto oſtendit ꝙ hec tria ſi ha
buerimus deus pducet ad pfectōnis fru-
ctum ibi. Deus autē omniſ gratie qui vo.
nos ⁊c̄. Ipſe pficiet confir. ſolidabitq;.
Perficiet humilitatem. confirmabit ter-
rene ſollicitudinis amotōem et ſobrietatē
et vigilantiam ſolidabit. Primo ergo
ad humilitatis veſtigium noſ inducit. quā
nos in prelio ſpūali ꝓpter duo habere de-
bemus ſcꝫ ꝓpter neceſſitatem afflictus et
ꝓpter vtilitatem fructus Primo debe-
mus habere humilitatem ꝓpter neceſſita
tem cōflictus. Eſt em̄ ſpūale ꝑlium forte.
ita ꝙ niſi ſub potenti manu dei hūiliemur
omnino ſuccūbemꝰ Tunc auteꝫ ſub potē
ti manu dei humiliamur. quādo in virtu-
te manus dei credimus in hoc prelio obti
nere. et totam victoriaꝫ manu dei. i. gratie
eius attribuimus et nō nobis. j. Cor. xv.



Gratia dei ſum id quod ſum et gratia eꝰ
in me va. nō fuit. ſed abundantius iſtis oī
bus la. nō autem ego ſed gratia dei mecū.
Unde beatus Petrus qn̄ predictū eſt ſi-
bi a chriſto de ꝑlio huius manus auxiliuꝫ
nō queſiuit ſed ſtatim dixit patus ſum te ī
car. et in mor. ire. ideo viliſſime ſuccubuit
et ad vocem vnius ancille chriſtū negauit
Dauid autem adoleſcens quia huius ma-
nus auxilium queſiuit et ſub ea ſe humili
auit dicens ad Goliaꝫ j. Regū. xvij. Ego
venio ad te in nomine dominiet nō ī for-
titudine mea. tu autem venis ad me in ro-
bore corpis tui cōfiſus. Goliam gigantē
maximum ꝓſtrauit et occidit In quibus
duobus noſtrum prelium eſt figuratum. ¶
Secundo debemus habere humi-
litatem ꝓpter vtilitatem fructus. habet
enim humilitas quinq; magnos fructus
facere in nobis. Primus eſt depreſſoꝝ ex-
altatio. homo em̄ eſt valde depreſſus. ſed
humilitas exaltat eum. Luc. xiiij. Qui ſe
humiliat exaltabitur Job. v. Qui ponit
humiles in ſublimi. Imo humilitas ē re-
gula et menſura exaltatōnis. vt q̄ꝫtum qs
ſe humiliat hic tātum in futuro exaltetur
Et hoc eſt quod dicit. vt voſ exal. in tem.
viſi. i. iudicij in quo nos deus viſitabit Et
ꝙ humilitas ſit menſura exaltatōnis appa
ret in xp̄o. beata Maria Johan. bapti. et
Paulo Nam quia xp̄us ſe ſup omneſ hu
miliauit ideo ſup omneſ ē exaltatꝰ Phil.
ij. Exinaniuit ſemetipſum for. ſed ac. ꝓpt
quod deꝰ exal. il. Beata Maria poſt chri
ſtum ſe ſumme humiliauit vocans ſe an-
cillam cū eſſet mater dei ⁊ p ꝯſequēs regi
na celi et terre et ideo ſup omnes eſt exal-
tata Lu. j. Quia reſpexit humilitatem an
cille ſue Et ideo ſumme eſt exaltata in ce
lo et in terra Quia vero Johannes bap.
ſe valde humiliauit dicens ſe non eſſe di-
gnum ſoluere corrigiam calciamenti chri
ſti cum tamen magnus eſſet apud deum et
homines. ideo chriſtus eum pre omnibus
cōmendauit dicens. Inter natus mulierū
non ſurrexit maior Johāne bap. Math.
xj. Paulus etiam valde ſe humiliauit di-

cens ſe minimū apl̄oꝝ ⁊ non eſſe dignū vo
cari apl̄m deo eccleſia exaltauit eum valō
p excellentiam eum apl̄m vocans. Secun
dus fructus eſt orationū exauditio. Nam
oratio hūilis intrat in conſpectu dei et et
placet et ipſam recipit et audit Ecc̄s. xxx-
v. Oratio humiliantis ſe nu. pe. Judith
ix. Humilium et manſuetoꝝ ſemp tibi pla
cuit deprecatō Huiuſ exemplum pꝫ ī pha
riſeo ⁊ publicano quia iuſtificatōem pub-
licanus humiliter impetrauit Luce. xviij
Deſcendit hic iuſtificatus in domū ſuam.
Tercius eſt pculoꝝ euaſiō humiles em̄ de
us liberat ab omni pculo Pſal. Humi-
lia. ſ. et li. me. Augꝰ. Humilitas cuſtodit ſ
omni temptatōe et non crepet mens ī for-
nace que non timet vento ſupbie iij. Reg.
xij. Nonne vidiſti Achab humi. co. me ꝓ-
pter quod non inducam malū in diebꝰ ſu-
iſ vbi dicit Gre. Si tm̄ placuit humilitaſ
deo in reꝓbo vt ꝓpter eam ſententiā mu-
tauerit quid faciet in electo Exemplū hu
ius habemus in Dauid qui dum in angu-
ſtia eſſet cōſtitutus vocauit ſe canem mor
tuum. j. Regum. xxiiij. Rex iſrahel caneꝫ
mortuum pſequeris et pulicem vnū Et iō
eruit eum de omni anguſtia. Quartus eſt
gratiaꝝ ſuſceptō ſiue ſuſceptōnis gratiaꝝ
aptitudo Humilitas em̄ facit hominē ſu
ſceptibilem gratia dei Ja. iiij. Deus ſup-
bis reſiſtit humilibus autem dat gratiam.
Cuius ratio eſt. quia ſupbus eſt plenꝰ vē
to inanis glorie et ideo nihil poteſt recipe
humilis autem totuſ eſt vacuꝰ ſui reputa
tōne et ideo pōt multa recipe Eſt aūt hu
militas aqueductus p quem venit gr̄a dei
ad homines vt dicit Bern. Origenes Et
humilis non fueris et quietus non poteſt
in te gratia ſpūſſancti habitare. Quintus
eſt bonorū repatō vel conſeruatō. Nam ſi
bona pdūtur p peccatum humilitas recu-
pat nam facit hominē ſe ꝓſternere ad ter-
ram ad pedes ſacerdotis et humiliter con
fiteri in quo peccata dimittūtur ⁊ bona p
dita repantur Gre. Sola virtus humili-
tatis eſt repato leſe. Et poſtq̄ꝫ recupauerit
cōſeruat. Gre. Perit omne quod agitur

ſi non ſollicite in humilitate cuſtoditur. Idem. Qui ſine humilitate virtutes congregat. quaſi qui pul. in ven. portat Humiliemur ergo cariſſimi vt in die iudicij exaltemur qꝛ et cauſa et materia magna ſubē. Nam ſi conſiderem⁹ vnde nati ſumus ⁊ ī quo loco poſiti qꝛ in valle miſerie. et quot ꝑiculis ſubiacemus et quot indigemus. et quo tendimus et quis eſt finis noſter. magnaꝫ humilitatiſ materiā habem⁹ Bern. Memento vnde veneris et erubeſce. vbi ſis et ingemiſce. quo vadis et cōtremiſce. Et ſic patet primum. Secundo amouet a nobis terrene ſollicitudinis diſpendium quia omnem ſollicitudinem veſtram ꝓijciem in eum. R. Vbi nota ꝙ triplex eſt ſollicitudo Prima eſt ꝓuidentie ſpūalis. quo ad animam. j. Cor. vij. Qui ſine vxore eſt ſolli. erit. que dñi ſunt quō pla. domino. Secunda eſt ꝓuidentie tꝑalis quo ad corpus. j. Cor. vij. Volo vos ſine ſollicitudine eſſe. non quia ſit mala ſed quia impedit a maiori bono ſcꝫ a contemplatōe eternoꝝ Tercia eſt curioſitatis ⁊ ſuꝑfluitatis terrene Math. vj. Nolite ſolli. eſſe di. qd manduca. aut quid bi. aut quo opic. Prima precipitur Math. xx. Quid hic ſtatis tota die ocioſi ite et vos in vineam meam Prouer. vj. Vade ad formicaꝫ o piger et conſi. vi. eius et diſce ſapientiam Hie. Ceteꝝ de ſpūali cibo ſemꝑ ſolliciti eſſe dēmuſ Secunda premittitur Geñ. iij. In ſudore vultuſ tui veſc. pa. tu. Tercia ꝓhibetur vt dictū eſt. de duabus primis hic loqꝛ. vnde dicit gloſa Omnem ſollicitudinem anime et corꝑis Debemus ergo ſollicitudinem anime et corꝑis in deū ꝓijcere quoniam ipſe curam habet de anima et corꝑe S. Vbi notandum eſt ꝙ in ſollicitudine duo poſſunt conſiderari ſcꝫ ipſum exercitium oꝑis ſollicite factuꝫ et finis ⁊ cōplementum ſolliciti operis. Primuꝫ. ſ. exercitium ſolliciti oꝑis non debemus ꝓijcere in deum ita ſcꝫ vt nihil oꝑemur quia iſte ſeruus piger qui abſcondit pecuniam domini ſui et nihil lucratus eſt in ea condemnatus eſt Lu. xix. Ex ore tuo te iudico ſerue nequā. quare de. pecu. me. ad mē. ij. Theſ. iij. Si quis non vult oꝑari non manducet. ſed debemus tale exercitiū ī deum ꝓijcere ſicut principale oꝑans vt ſcilicet credamus in ipſo ⁊ ꝑ ipſum omnia bona nos facere et credamus ꝙ ipſe ſit principale agens in omni oꝑe noſtro Yſa. xxvj. Omnia oꝑa noſtra oꝑatus es in nobiſ domine. Secundū autem ſcꝫ finem ⁊ cōplementum ſollicite oꝑatōnis totaliter debemus in deum ꝓijcere Ro. vij. Naꝫ velle adiacet mihi ꝑficere autem bonū inuenio. j. Cor. iij. Ego plan. appol. riga. deus autem in cre. de. Debemus ergo valde ſolliciti eſſe adimplere et obſeruare mandata dei ⁊ ſerere et metere tempe ſuo et omnem aliam ſollicitudinem in deum ꝓijcere. ſcꝫ vt non ſimus ſolliciti an deus acceptet penitentiam noſtraꝫ et an ei placeat nos ſaluare et an ſim⁹ ꝑdeſtinati vel preſciti. Nec etiam debemus eſſe ſolliciti an deus ꝑducat bona exteriora ad fructum et finē bonum. ſed debemus firmiter credere ꝙ ſi fecerimus mādata dei ꝙ ſaluabit noſ et tꝑalia miniſtrabit. Yſa. j. Si volue. ⁊ au. me bona terre come. Math. vij. Querite primum regnum dei et iuſticiam eius et hec omnia adij. vo. Et ꝙ nos debeam⁹ omnē ſollicitudinem ꝓijcere et ſperare ꝙ in ſpiritualibus et tꝑalib⁹ nobis ꝓuidebit ꝗtū ad preſens vna ratio ſufficiat que taliſ eſt Qui dat maius et principale credenduꝫ ē ꝙ det minus et acceſſorium. vt qui donat equū donet et ſellam. et qui dat caſtrū det etiam poteſtatem dominandi in caſtro. principalia autem opera et maxima circa humanam naturam ſunt quattuor que ſoluſ deus facit et ꝑfecte largitur. ſcꝫ creatō. redemptō. corporum reſurrectō et aīe ⁊ corporis glorificatō. ad que quattuor omnia alia vel ſequūtur vel tanꝗ ad finem ordinantur. Si ergo nos deus creauit in tāta ꝑfectōne. redemit cū tanto labore. ſuſcitabit in tanta completōne. et glorificabit in tanto ſplendore. quō non credenduꝫ eſt ꝙ nos non regat et gubernet in magna ſollicitudine ⁊ amore. certe nō eſt poſſibile Et



ideo ꝓijciamus nos in brachia dei que tenet aperta et manet capite īclinato vt noſ oſculetur Math. xj. Venite ad me omnes qui laboratis et onerati eſtis et ego reficiam vos Et ſic patꝫ ſecundū. Tercio exhortatur ad ſobrietatis et vigilantie amplexum quia ſo. eſ. ⁊ vi. Circa quod quattuor facit. Primo nos hortatur ad ſobrietatem et vigilantiam quia ſobrij eſtis et vi. Secundo oſtendit cauſam. quia aduerſarius veſter dyaboluſ Tercio oſtendit rē in qua aduerſario poſſum⁹ reſiſtere. quia in fide. Quarto ne credatur ꝙ hoc preliū ſit tantum in vno pplo vl in vna ꝓuintia dicit ꝙ illud preliū et eadem paſſio et concertatō ineſt toti fraternitati et omni populo qui eſt in toto mundo ibi Scientes eādem paſſionē ei que in mūdo eſt veſ. fraternitati fieri Circa hanc ꝑtē ſciendū ꝙ tres ſunt hoſtes noſtri cum quibuſ pugnare debemus. ſcꝫ caro que eſt hoſtis intrane⁹. et ideo multum periculoſus Mundus. id eſt delectabilia mundi que materialiter et occaſionaliter nos incitant ad peccandū. vel mūdus. id eſt. mali homines mūdi qui bonos ꝑſequūtur et incitant ad peccandum. Et dyabolus qui inuiſibiliter pugnat ꝯtra nos et īt(r)a et extra Indigem⁹ ergo ſobrietate cibi et potus contra carnis deſideria Non eñ poſſumus cōtra hūc hoſtem pūgnare interficiendo ipſum aut fugiēdo ab eo ſed ſolū ſubtrahēdo ei cibū et potum ⁊ fercula diſcipline. j. Co. ix. Caſtigo cor meum et in ſer. red. Ecci. xxxiij. Seruo maliuolo tortura et pedes mitte eū in oꝑatōeꝫ ne vacet Seruus maliuolus eſt caro quia quāto melius fit ei et delicatius nutritur. tanto magis ſuꝑabit et ꝓteruit in animaꝫ dñam ſuaꝫ Prouer. xxix. Qui a pueritia delicate nutrit ſeruum ſuuꝫ poſtea ſentiet eum ſibi cōtumacem Hoc figuratū fuit ī ſara et agar que ſtatim poſtꝗ ꝯcepit rebellauit dñe ſue ſare vtꝫ Geñ. xvj. Sara domina anima agar ancilla caro neqꝫ Indigemus etiam ſobrietate reꝝ mundi cōtra mūdi delectabilia que ſobrietaſ attenditur magis in voluntate ꝗ̄ in habitu vel actu vanitatem vel ad ſuperfluitateꝫ. j. Thi. vj Habentes ali. qui. te his contē. ſimus Vñ Hre. hebens res multas ſobrius erat Et multi nihil habentes non ſunt ſobrij. quia multa deſiderant Sic ergo contra mūduꝫ pugnamus ſobrietate rerum Hoc eſt ergo quod dicit Sobrij eſtote et vi. ſcꝫ contra carnem et mundum. Theſ. v. Qui ebrij ſunt nocte ebrij ebrij ſunt. nos qui diei ſumus ſobrij ſumus. Contra dyaboluꝫ vero indigemus magna vigilantia. quia ipſe nō dormit. ſed tanꝗ leo rugiens cir. vt nos deuo. Job. j. Vnde venis ſathan. Circuiui terram et ꝑambulaui caꝫ Hier. Sexto. Crudelis eſt et non miſeretur Et ꝓpterea chriſtuſ dicit. Luce. xviij. Oportet ſemper orare et nunꝗ deficere Abacuc. ij. Super cuſtodiam meaꝫ ſtabo. Eph. v. Videte fratres quomodo ca. am. Quia inimicus noſter omnem cautelam et aſtutiam habet. ⁊ ex naturali ingenio et exꝑigentia longi tēporis. et ideo homo difficulter poteſt ei reſiſtere Job. Quadrageſimoprimo. Nō eſt poteſtas ſuper terram que valeat ei cōparari qui factus eſt vt nullum timeret. vna vero res eſt quam ſi perfecte habuerimus perfecte ei reſiſtemus ſcilicet fides vera et viua. Epheſeoꝝ. Sexto. In omnibus ſu. ſcu. fidei in quo poſ. omnia te. nequiſ. ignē extin. Dupliciter enim temptat dyabol⁹ fideles ſcilicet per proſpera diſſoluendo ⁊ ꝑ aduerſa frangendo Omnia ergo tela que contra nos emittit per proſpera extinguimus in fide inferni dum credimus ſi proſperis mundi heſerimus demergi ad infernum Eccleſiaſtici xj. Scitote quia pro hiſ omnibus adducet te deus in iudiciū. Hic cadit exemplum de heremita qui omneſ digitos ſuos combuſſit antequam vellet cuꝫ vna agere volens prius experiri ſi poſſet pati penas inferni. Omnia vero tela que proijcit per aduerſa extinguimus in fide paradiſi dum credimus ꝙ ex pacientia aduerſorum peruenimus ad gloriam eternorum et ideo ipſa libēter toleram⁹. Ro. v.

Sed et glorlamur in tribulatõibus Act.
v. Ibãt apli gau.a con.conſi.qm.dig. ha.
ſunt ꝓ no.ieſu cõtu.pati. Sic ergo pugnã
dum eſt cõtra dyabolũ qui quottidie nos i
feſtat et eodem modo omnes fideles inſe
ſtat et fratres noſtroſ qui ſunt in toto mũ
do.ij. Thi.iij. Omnes qui pie, voluñt viue
re in chriſto ieſu pſe.pa. Act.xiiij. p mul
tas tribulatões oportet nos intrare in re
gnũ dei. Et ſic patet tercium. Quarto
oſtendit ꝙ ſupdicta tria deus pducit ad p
fectõnis fructum dicens. Deus autẽ om
niſ gratie qui vo.n.⁊c̃. Multe ſunt gratie
dei quas deus cõfert nobis et in generali
et in ſpeciali. Et in generali ſunt decẽ ma
rime gtie.quas deus fidelibus facit.q qui
bus ſi vis predicare quare eas do.xviij.p⁹
trinitatis in ſer.de euan. Ibi etiã ponunt
decem bñficia que nobis deus cõfert. In
ſpeciali autẽ cuilibet fideli gtias multas
largitur Alicui enim dat intelligentiã veri
tatis.alicui eloquẽtia ſermonis.alicui ſen
ſum diſcrecionis.alicui grauitatẽ moꝝ.ali
cui abſtinentiã ciboꝝ.et ſic de alijs que lõ
gum eſſet enarrare que vnuſquiſqȝ fideliſ
in ſeipſo experitur.j.Coꝛ.xij. Et alij qdeȝ
datur p ſp.ſer.ſci.alij ſer.ſa.alij gra.ſa. in
vno ſpiritu.⁊c̃. Hec autem omnia opatur
vnus atqȝ idem ſpũs diuidẽs ſin.,put vult
Unde ergo dicit deus autez omnis gratie
qui vo.n.in et ſer.ſuã glo.in xp̃o ieſu mo.
paſ.i.p modicas ⁊ puas paſſiões quas ſu
ſtinemus p nomine ieſu in preſenti. voca
uit nos ad eternam gloriam. Ro.viij. Nõ
ſunt condigne paſſi.huius tem.ad futurã
gloriam que reuelabitur in nobis Et nota
ꝙ ad hanc gloriam deus vocat tripliciter.
Primo p deſtinatõem Rom.viij. Quos
autem predeſtina.hos ⁊ vo. Secundo per
predicatõem Prouer.ix. Miſit ancil. ſue
vt vo.ad arcem. Tercio p inſpiratõȝ. ro.
iiij. Vocat ea que nõ ſunt tanq̃ ea q̃ ſunt
Quarto p beneficioꝝ largitõem Luce.x
iiij. Homo quidam fecit cenam magnaȝ ⁊
voca.mul. Quinto p flagelloꝝ correctõeȝ
ſic vocauit paulum Hebre.xij. Flagellat
autem omnem filiũ quem recipit. Sexto
per pene eterne et cõminatõem Luce.xiij.
Niſi penitentiam egeritis omnes ſimul pi
bitis Septimo p glorie eterne re.miſſio
nem Apoc.ij. Vincenti dabo edere de lin
gno vite quod eſt in padiſo dei mei Deus
ergo qui tot gratias nobis largitur et qui
tot modis nos vocat pficiet ſcȝ p veram
humilitatem in nobis confirmabit. ſciliꝫ
remotõem ſollicitudinis tempalis et ſoli
dabit ſcȝ ſobrietatem vt vigilare poſſum⁹
aduerſus dyabolum et ipſum in fide vince
re.et ideo ipſi gloria in ſecula ⁊c̃.

## ¶ Dominica quarta de euangelio ſermo. XXXII

Estote miſericordes ſicut ⁊ pa
ter veſter miſericors eſt. Lu.
vj. Sicut dicit Dauid. Tem
pus miſerendi deuſ Totũ tem
pus ante aduentum chriſti fu
it tempuſ iuſticie. Nam in eo deus magnã
iuſticiam exercuit. vt patet in lucifero et
eius angelis quos ,ppter vnum motuȝ ſu
perbie de celo ,piecit. Idem patet in pri
mis parentibus quos ,ppter vnum pomũ
vetituȝ quod comederent de padiſo eiecit
Idem patet in diluuio in quo ,ppter pec
catum carnis totum genus humanuȝ ſub
merſit et deleuit exceptis. viij. Idem etiaȝ
apparet in multis locis ve.teſta. vbi oſten
ditur quomodo deus iuſticias magnas ex
ercuit in homines. Et hoc fuit ſumma et
admiranda iuſticia.quia omnem hominez
quantũcunqȝ ſancte viueret mittebat ad
carcerem inferni.ac etiam Iohannez ba
ptiſtam ita ſanctum et perfectum Et pro
pterea dicebat Pſal. Dñe in celo miſeri
cordia tua Quia ſoluȝ in celo videbatur
eſſe At vbi venit plenitudo tempis ſciliꝫ
tempus gratie et miſericordie quod fuit
ab aduentu chriſti circũquaqȝ regnet et p
ualet miſericordia iuſticie. Pſal. Miſeri
cordia domini plena eſt terra Et quia eſt
eſt tempus miſerendi.ideo chriſtus fõs.et
pater miſericordie qui vt in homini miſe
ret̃ fact⁹ eſt homo ad miaȝ nos iuitat ibi.



Eſtote miſeri.⁊c̃. In quibus verbis quin
qȝ cõtinent Primo em̃ ad miſericordiam
nos inuitat in principio euãgelij. Secũdo
,phibitiua miẽ nobis vetat ibi. Nolite iu
dicare et nõ iudicabimi.nolite ɔdẽ.⁊ ñ cõ.
Qui em̃ iudicat ⁊ ɔdemnat ,primũ nequa
q̃ꝫ eius miſeretur Tercio quoſdã effectus
miſericordie principales nobis impat ibi.
Dimittite et dimit.vo.date et dabi. vobis
Quarto premiũ ,p mĩa et eius operibus
nobis reddendũ inſinuat ibi Menſurã bo.
et confer.coagi.et ſupef.da.i ſi.ve. Quin
to ſub quadã ſilitudine quedam documen
ta corrigere volentibus et docere valde ne
ceſſaria enarrat ibi. Nũquid põt cec⁹ ce
cum ducere ⁊c̃.vſqȝ in finẽ. Primo er
go ad miam nos inuitat exẽplo patris nr̃i
dicens Eſtote mi.ſicut et pater veſter mi.
eſt. Boni filij bonũ patrem imitant̃. Io.
viij. Si filij abrae eſtis opa abrae facite.
Duo ergo dicit Primo impat miaȝ quia
eſto mi. Secũdo oſtẽdit modũ miſerendi.
qꝛ ſicut et pater veſter mi.eſt. Sed cuȝ pat̃
noſter ſit etiã iuſtus.iuxta illud Pſal. iu
ſtus dñs et iuſticias dilexit quare nõ inui
tat nos ad iuſticiã dicẽs. Eſtote iuſti ſicut
et pr̃ vr̃ iuſtus eſt. Et ſiliter ad ſapiẽtiaȝ ⁊
potentiam. ¶ Ad hoc dicẽduȝ ꝙ hoc
fit ,ppter ſeptem. Primo quia mĩa ma
gis tempi ɔuenit noui te.quia vt dictũ eſt
iuſticia et mĩa cõdiuiſerũt ſibi tempa vt iu
ſticia an̄ chriſto aduẽtũ regnaret.et miſe
ricordia p⁹ ipſius aduentũ Eccs̃.iij. Omia
tempus habẽt. Secũdo qꝛ mĩa magis ɔue
nit loco in quo ſum⁹.nã mũdus eſt plenuſ
culpe et malis miſerijs et p maximis indi
gentijs et penis hoies inuoluũtur Eccs̃.
iiij. Vidi calũnias q̃ ſub ſole gerũtur ⁊ la
crimas innocentũ et ɔſolatorẽ neminẽ et
laudaui magis mortuos q̃ꝫ viuẽtes Aug⁹
In valle miſerie ſumus in qua eo magis
eſt flendũ quo min⁹ flemus. Tercio quia
miſericordia inter omnes virtutes excellit
Unde p oleũ ſignificatur qꝺ oibus liquo
ribus ſupnatat iuxta illud Eccs̃.ix. Oleũ
de capite tuo ñ deficiat.i.miſericordia tua
animo tuo nõ deſit vt miſeris cõpatiaris.
miſericordia em̃ dicitur quaſi miſeris cor
dans Excellit etiã mĩa inter omnia opera
dei Pſal. Miſeratões ei⁹ ſup omnia opa
eius Quarto qꝛ magis vtilis eſt et neceſ
ſaria.j. Thi.iiij. Pietas ad omnia vtil' eſt
promiſſionẽ habens vite que nũc eſt et fu
ture.quia p miaȝ homo meretur hic vitã
gratie.et in futuro vitam glorie. Math.
v. Beati mi.quoniã ipſi mi.conſe. Bern.
Sola miſericordia non audiet auditũ ma
lum Unde in iudicio fiet examinatio ſoluȝ
de opibus miſe.vt patet math.xxv.quaſi ,p
pter ipſam ſint ſaluati ⁊ per omiſſionẽ ſint
damnati Iacobi.ij. Iudicium ſine miſeri
cordia fiet ei qui non facit miam. Ad qꝺ
deſignandũ chriſtus de monte oliueti per
quem mons miẽ deſignatur in celũ aſcẽdit
Hoc etiam figuratur vel ſignificatur i eo
ꝙ ſcriptura refert ꝙ Salomõ duo hoſtia
de lingnis oliuaꝝ fecit in egreſſu oraculi.
iij. Regũ.vj.que ſignificant duas ptes mi
ſericordie vna eſt ſpũalis.et altera corpa
lis p quas homo in templum ingreditur.
Quinto quia magis cõuenit patri noſtro
deo Gre. Deuſ cui ,pprium eſt miſereri ſem
per et pcere ⁊c. Vñ ſicut ſoli ,pprium ẽ il
luminare et igni calefacere ſic deo miſere
ri Et ideo ſi volumus deum veraciter imi
tari ſim⁹ miſericordes quia miſereri ẽ eiuſ
,ppria operatõ Yſa.xlix. Nunquid poteſt
mulier obliuiſci infantem ſuum vt nõ mi
ſe.fi.vte.ſui ⁊ ſi illa oblita fuerit.ego tam̃
non obli.tui In hoc ergo ɔgnoſcitur ma
xime filius ſi naturalem operatõem habet
patris. ¶ Ubi nota ꝙ deus habuit
tres pueros et maximos filios. Primus
fuit lucifer qui noluit imitari deum in mi
ſericordia ſed in potentia.et ideo tanq̃ꝫ de
gener filius ,piectus eſt. Secundus fuit a
dam q noluit imitari deũ in mĩa ſed i ſciã
et iõ tanq̃ꝫ nõ legittim⁹ ẽ re,pbat⁹. Terci⁹
fuit xp̃s q voluit deũ imitari in mĩa ⁊ in
oibus.math.xij. Euntes diſcite quid ẽ mia
volo et nõ.ſ.ac.et iõ tanq̃ꝫ naturalis filiuſ
eſt elecũs.math.iij. Sexto qꝛ mĩa ẽ nob̃
magis natalis. Iob.xxxj.ab infã.mea cre
uit mecũ mi.⁊ ad id qꝺ natale ẽ faci.icli.

Videmus aũt ꝙ ſi gd patitur vnũ mẽbrũ
compatiũtur omnia membra.ut dicit apts
j.Coꝛ.xij.Omnes autem chꝛiſtiani vnuꝫ
coꝛpus ſumꝰ in chꝛiſto.et ſumꝰ mẽbra ad
inuicẽ.caput aũt nřm xpũs eſt.vt di.aplS.
Ad eph.iiij.et iõ vnus fidelis naturaliter
debet compati alteri ſicut frater fratri.ij.
Coꝛ.xj.Quis infirmatur et ego nõ infir.
quis ſcanda.ꝛ ego nõ vroꝛ. Septimo qꝛ
ad miam faciendã pſa motiua hẽmꝰ. X
Nam oĩs creatura incitat nos ad miaꝫ
faciendã Sol em̃ et luna ꝛ oĩa coꝛpa cele
ſtia tanq̃ꝫ nobis cõpatiẽtia vtpote in mag
penuria cõſtitutis.omnia bona ſua cõicãt
nobiſ ſiliter quattuoꝛ elemẽta ꝛ oẽs arbo
res ſiliter multa aĩalia incitãt noſ ad miſe
ricoꝛdiã eo ꝙ inter ſeĩnuicẽ miſerent. Di
citur em̃ de cyconia ꝙ poſtq̃ꝫ ſenuerit filij
eiꝰ ponũt eã in nidũ et nutriũt eam Dicit
etiam de aquila ꝙ qñ generat tres pullos
ꝓijcit vnũ quia nõ põt oĩs nutrire ꝛ tũc
quedã auis que appellat cobar aſpoꝛtat
et nutrit.De leone etiã dicit ꝙ pcit ꝓſtra
tis et hoĩem errantẽ reducit ad viã et in
firmioꝛa aĩalia nõ comedit niſi neceſſitate
famis cõpulſus.ſemp etiã qñ ꝯmedit reli
quit aliqd de pda.ꝛ ideo vulpes ſeqtur eũ.
Pullũ etiã vniꝰ eque ſi moriat equa alie
eque ſuſcipiũt nutriẽdũ.et ſi vnus elephaſ
cadit omnes alij currũt ad eũ releuãdũ.qꝛ
p ſe non põt reſurgere Dicit etiaꝫ delphi
no moꝛtuo alij cõueniunt et ſepeliunt euꝫ
in ꝓfundo maris De cõchis etiã marinis
dicitur ꝙ ſemp ſtant clauſe et quidaꝫ aliꝰ
piſcis venit cum cibo et apit eam et imit
tit cibũ Et breuit tota natura ꝛ tota crea
tura incitat nos ad miſericoꝛdiam. Et ſic
patet ꝙ ꝓpter ſeptem deus nobis mandat
miſericoꝛdes eſſe magis q̃ꝫ iuſtos vel ſapi
entes.et hoc eſt quod dicitur Eſto miſeri.
ꝛc. Deinde oſtendit modũ miſerendi di
cens.ſicut et pater veſter miſericoꝛs ẽ.vbi
nota ꝙ debemus eſſe miſericoꝛdes ap inui
cem ſicut deus pater noſter miſericoꝛs eſt
circa nos Eſt aũt miſericoꝛs pater noſter
circa nos quantum ad decẽ. Y Pri
mo indignum omni bono et a ſe aduerſuꝫ

ad viam veritatis reducendo ꝛ reuocãdo
ij.Regum.xiiij.Vade reuoca puerũ ab
ſolon.Abſolon interfecerat filium regis
ſic peccatoꝛ quantum in ſe eſt interficit fi
lium dei et tamen deus reuocat eum :Sic
et nos non ſolum amicoꝝ ſed etiam inimi
coꝝ miſereri debemus Math.v.Diligite
inuicem ve.benefa.his qui oderunt vos.
Secũdo redire nolentem paciẽter expe
ctando Rom̃.ij.Ignoꝛas qm̃ benignitas
dei te ſup.expectando ad penitenciã addu
cit Et nota quomodo expectat multoſ.ſic
et nos ꝓximum non valentem nobis red
dere noſtrum debitum debemus patienter
expectare donec poſſit reddere Mat.xviij
Patientiam habe in me et omnia reddaꝫ
tibi.Sed multi crudeles capiũt et in incar
cerant debitoꝛes ſuos.Mat.xviij. Tenãs
ſuffocabat eum dicens redde quod debes.
Tercio peccatoꝛem ne a dyabolo ſuffo
cetur et demergatur in infernum defendẽ
do Tren̄.iiij.Miſericoꝛdie domini.quia ñ
ſumus conſumpti Gen̄.iiij.Quicunqꝫ in
uenerit me occidet me.et ait dominus ne
quaq̃ꝫ ſed quicunqꝫ occiderit chayn ſeptu
plum punietur Et poſuit dominꝰ ſignuꝫ in
chayn ne occideret Sic et nos debemꝰ iu
uare ꝓximum quantum poſſumꝰ ne a dya
bolo rapiatur.vel ne ab alio ꝓximo rapia
tur et deuoꝛetur.ij.Coꝝ.xij. Ego autem
libentiſſime impendam et ſupimpendar ip
ſe ꝓ animabus veſtris Sed valde deteſta
bile eſt.vt dicit Augꝰ.ꝙ videtur lupus aſ
poꝛtare pecudem alicuius et omnes cla
mant videtur dyabolus aſpoꝛtare animaꝫ
ꝓximi et nullus reclamat. Quarto pec
catoꝛem ne deficiat paſcendo Pſalmiſta.
Qui dat iumentis eſcam ipſoꝝ.id eſt.pec
catoꝛibus qui iumentis cõparantur Sic
et nos etiam peccatoꝛes ſuſtentare dẽmuſ
ne fame deficiant quia in eis natura bo
na eſt et poterunt adhuc effici boni. Ma
thei.Viceſimoſecundo .Bonos et malos
introduc huc ſcilicet ad nuptiaſ.Debemꝰ
etiam peccatoꝛes ſuſtentare pane verbi dĩ
Petri.Quinto.Paſcite qui in vobis eſt
gregem domini.



Quinto peccatoꝛibꝰ opoꝛtunitatẽ pec
candi ſubtrahẽdo Oſee.ij.Sepiam viam
tuam ſpinis et ſepiam eã maceria Multo
ciens deus dat aduerſa peccatoꝛibus.ne i
peccatis delectẽtur .ꝛ ne peccata pficiant
que facere diſponũt qđ eſt viam peccatoꝝ
ſpinis ſepire Gen̄.xij.Flagellauit aũt de
us plagis maximis pharaonẽ ac domũ eiꝰ
ne ſcꝫ abuterẽtur vxoꝛe abꝛae Sic ꝛ nos
omnem materiã peccãdi dẽmꝰ auferre ꝓxi
mo et non eſſe ei ad ruinã ſed ſalutẽ Titũ
ij.Temetipm̃ pbe exemplũ bonoꝝ operum
Sexto pꝰ multiplicẽ repulſaꝫ ad vocã
dũ peccatoꝛẽ nõ deſiſtẽdo Gre.Debemus
dei miſericoꝛdiam erubeſcere.ſet ſi iuſticiaꝫ
eius nolumꝰ foꝛmidare qui tãto ampliori
ſpbitate cõtemnit q̃to ꝯtemptus vocare
non dedignatur Apo.iij.Ego ſto ad oſtiũ
et pul.ita et nos a beniuolẽtia ꝓximi deſi
ſtere nõ debemus q̃uis cõtinue ab eo ãga
rias patiamur.Ro.xij. Nulli malũ ꝓ ma
lo red.ſed ecõtrario bñdicentes Ibidem.
Benedicite pſeq̃ntibꝰ. Septimo ad cõ
uerſiõem noſtrã multipliciter et mirabili
ter operando.modo dando ꝓſpera.mõ ad
uerſa Exemplũ de fabꝛo q inclauat equũ
vt ſibi remaneat.ſic facit deus Pſal.Con
uerſus ſum in erumna mea dũ cõfigit ſpi
na.Per omnem modũ deus opat vt pec
catoꝛ ſibi remaneat Sic et nos omni mo
do debemus ſatagare vt peccatoꝛes boni
fiant ij.Coꝝ.vj.In omnibus exhibeamꝰ
noſmet.ſicut dei mini.in mul.pa.a dex. et
a ſini.quia vt dicit Augꝰ.Nihil ẽ deo ita
acceptum ſicut zelus aĩaꝝ. Octauo pe
nitentẽ et ad ſe reuertentẽ benigne ſuſcipi
endo ſicut ipe poſuit exemplũ in filio ꝓdi
go Lu.xv.Miſericoꝛdia motꝰ ceci.ſuper
col.eius Sic et nos petentibꝰ a nobis ve
am de iniurijs illatis benigne dẽmꝰ occur
rere ꝛ recipe ad oſculũ paciſ.multi feroció
res canibꝰ nuq̃ꝫ volũt pcere q̃tũcũqꝫ hũi
litatis niſi vulnerẽt eos vel occidãt Dicit
de cane ꝙ ſi hõ ꝓſterneret ſe in terrã nuq̃ꝫ
tãgeret eũ Hic cadit exẽplũ de quodã ipa
toꝛe romano.q cũ cepiſſet regem armenie
et ille depoſito dyademate genuflexiſſꝫ co

ram eo ſtatim reſtituit ei coꝛonã et regnũ.
Nono penitẽtẽ d ſtatu viliſſimo ad ſta
tũ regiũ ꝓmouẽdo Pſal.De ſtercoꝛe eri
pau.vt col.cũ eũ prin.Vñ ille filiꝰ ꝓdigꝰ
qui paſcebat poꝛcos honoꝛifice ad mẽſaꝫ
patris ſedebat Sic et noſ dẽmꝰ ꝓximũ ad
bonũ ſtatũ aĩe et coꝛpis reducere ꝛ nõ te
nere eũ extra domũ ſuã vel in aliquo pec
cato Decimo peccatoꝛi cõuerſo virtu
teꝫ pſeuerãdi dãdo.Yſa.xl.Qui dat laſſo
xtutẽ Sic et nos debemꝰ ꝓximũ in bono
ꝓpoſito cõſeruare et in bono ſtatu manu
tenere p noſtrã oꝛõem.Eph.iij.Huiꝰ rei
gratia flecto genua mea ad pa.do.no. ie.
xpi vt det vo.ſe.di.gl.ſ.ha.xp̃m p fidẽ in
coꝛdibꝰ vr̃is Et ſic patꝫ primũ. Secun
do ꝓhibitiua miſericoꝛdie nobis vetat di.
Nolite iudicare ſcꝫ ꝓximum p malas ſuſ
pitões ſed ſupple.miſeremini eiꝰ et nõ iu
dicabimi ſcꝫ a deo Nolite cõdemnare ſcꝫ
ſententiam diffinitiuam de aliquo ferendo
et non cõdemnabimini ſcꝫ a deo Auguſti.
Et ſi ſuſpitõnes vitare non poſſumus .qꝛ
homines ſumus tamen diffinitiuas ſentẽ
tias continere debemus Vbi nota ſm au
guſtinum ꝙ quedam ſunt facta hominum
manifeſta q̃ nullo modo tergiuerſari poſ
ſunt qn mala ſint vt furta homicidia blaſ
phemie adulteria et hmõi de quibus lici
tum eſt nos iudicare et cõdemnare ꝙ ma
la ſunt Quedam ſunt media que pñt bo
no et malo animo fieri.et iſta cum exteriꝰ
non pretendũt aliquã ſpeciem mali debe
mus ea ſemper ad bonam ptem interpre
tari.etiam ſi malo animo fiant quia homi
nes vident que foꝛis parent deus autem i
tuetur.coꝛ.j.Regũ.xvj.Quedam ſunt oc
culta de quibus iudicare temerarium eſt.
Augꝰ De occultis alieni coꝛdis temere
iudicare peccatũ eſt.j.Coꝝ.iiij.Nolite añ
tpus iudicare quoaduſqꝫ ve.do.qui et il.
abſcon.te.et manifeſtabit ꝯſi.coꝛ.Ve ergo
illis qui maifeſta bona iudicant mala. vel
coꝛrupta intẽtõe fcã.vt pharifei q dũ xp̃s
eieciſſꝫ demoniũ dix.in beel.priu.de.ei. de.
Lu.xj.Valde ergo debemꝰ eſſe tpati i iu
dicando.quia talem iudicamꝰ aliqñ qui ẽ

optimus vel erit optim⁹ vt patʒ in Dan
lo Ro.xiiij. Tu quis es qui iudicas alie-
num ſeruū Nota hic ꝙ triplex eſt iudiciū
3 Primū eſt iudiciū prudētie qḋ ꝓce
dit ex ſagacitate iudicis ꝑ vera ſigna vt fu
it iudiciū Salomonis inter duas meretri-
ces iij. Regū.iij. Nā omnis mater natura
liter diligit filiū.et nollet eū mori.qḋ vna
illaꝝ oſtendit que vera mater fuit Sic iu
dicauit Daniel illos duos falſos teſtes . q
cōdemnauerūt ſuſannā. Daniel.xiij. Hac
prudēcia ꝓpter maliciam hominū. multū
deberēt iudices abūdare Exemplū de illo
iudice q liberauit paupem in cui⁹ domo q
dam poſuerat xij. vrceos olei.ſex erāt ple-
ni et ſex ſemipleni.et inferius erat aqua. ⁊
accuſauit paupem illū ꝙ fuerat ſibi fura-
tus oleū et iudex cognouit ꝑ amurgā que
nō erat tanta et equaliter in omnibus vr-
ceis qḋ nō erat verum.tale iudiciū ē iuſtū
et licitū Secundū eſt iudiciū iuſticie ſiue
iuris qḋ ꝓcedit ſm allegata et ſcḋm cōfeſ
ſa.et ſic debēt iudicare oēs iudices ſub le-
ge cōſtituti vt dicit Aug⁹.etiā ſi ſit falſuꝫ
qḋ ꝓbatur et confiteť reus . Hui⁹ exēplū
habem⁹ in Dauid q mādauit interfici il-
lum q dicebat ſe interfeciſſe Saulē et tamē
nō erat verꝫ Sed ait Dauid Os tuū con
tra teipſum locutū eſt.ij. Re.j.tale iudiciū
eſt iuſtū ex pte iudicis eo ꝙ ꝓcedit ſm iuſ
Terciū eſt iudiciū punitōis et formidinis
qḋ ꝓcedit et.infertur ꝓpter peccata pater
na Hoc fuit factū tpe Dauid quādo fcā
eſt fames trib⁹ annis et cōſuluit Da. dn̄m
qui rn̄dit dicēs.ꝙ hoc erat ꝓpter peccatū
Saul.quia ꝯtra iuramētū ꝑdeceſſoꝝ ſuo-
rū interfecit multos gabaonitaꝝ. Et dati
ſūt duo filij Saul ⁊ qnqꝫ nepotes gabaoi
tis q ſuſpēderūt eos i ligno et ceſſauit plaga
de pplo ij. Re.xxj. Quartū eſt iudiciū te-
meritatiſ ⁊ ſuſpitōis qḋ ꝓcedit ſm imagia
ta qn̄ quis ex leuib⁹ ſignis iudicat et cre-
dit aliquē malū.qḋ cōtingit.vel q₂ ipſe eſt
male diſpoſit⁹ ⁊ iō ſic iudicat alios.vel q₂
odit illū.vel q₂ vidit et audiuit et iō defa-
cili iudicat vnde ſenes ſunt valde ſuſpitio
ſi.et iſtud eſt minus peccatū.q₂ ſenes mul-

ta viderunt ex qbus mouētur et tale iudi-
ciū eſt ſecūdū faciē quod ꝓbetur Joh.vij
Nolite ſm faciē iudicare.ſic iudicauit tor-
la beatū Caſſiū epm marinenſem eſſe ebri
um.qui erat naturaliter rube⁹ vt di. Gre
go.in dya. Hic cadit exemplū de gallo et
gatta ⁊ muribus qn̄ mures credebāt cattū
vnū ſanctū patrē .q₂ erat inuolut⁹ cinere
et gallū eſtimabāt terribilem hominē ꝓpt
criſtam rubeam Et ſic patet ſecundum
Tercio duos effectus miſericordie nobis
impat dicens Dimittite iniurias et offēſaſ
et dimittetur vobis ſcꝫ a deo peccatū ve-
ſtrum Date ſcꝫ tempalia bona paupibus
et datur vobis ſcꝫ a deo vitam eternam .
4 Ubi nota ꝙ duo ſunt genera opeꝝ
miſericordie Quedam enim ſunt opa mie
ſpūalia ad animam ptinentia.et ſunt ſex q̄
in hoc verſu continētur . Conſule caſtiga
ſolare remittere fer ora. Remittere ergo
vel dimittere iniurias primo eſt.vnū op⁹
miſericordie ſpūale et ideo tangēdo ipſum
omnia ſpūalia opa dat intelligi Et nota h
ꝙ retinere iniurias et non parcere eſt ma-
num periculum.quia odium in corde eſt
ſicut ignis in pecto .qui comburit pect⁹
tenentis Sic odium ſolum obeſt odienti.
Item eſt ſicut tinea in panno que cor
rodit pannum in quo eſt. Item eſt ſicut a
pis aculeum infigens que dum aculeum i
figit perdit ipſum et ꝑ conſequens moriť
nec de cetero mellificare poteſt Sic et in-
gens aculeos odij moritur ſpūaliter nec d
cetero opera vite poteſt exercere niſi odiū
deponat Quedam vero ſunt opera miſe-
ricordie corporalia ad corpus pertinentia
et ſunt ſex que in hoc verſu continentur .
Uiſito poto cibo tego redimo colligo con
do Et iſta ſunt minus perfecta opera q̄
ſpiritualia Dare ergo bona temporalia .ſi
ue panem ſiue vinum ſiue indumentum ſi-
ue hoſpitium ſiue pecuniam ſiue in redem
ptionem captiuoꝝ ſe exponere. vel dare ꝑ-
ſonam ſuam ad viſitandum viduas vel af
flictas perſonas et ad condendum:id eſt ſe
peliendum mortuos. Hec omnia ſunt mi-
ſericordie opera corporalia.

ꝓ quibus deus dat nobis vitam eternam.
Et nota hic ꝙ inter omnia opa miſericor
die tam ſpūalia q̄ꝫ corpalia vnū eſt qḋ ma
gis placꝫ deo ſcꝫ ꝙ homo miſereať anime
ſue Eccl.xxx. Miſerere aie tue placēſ deo
Prouer.xj. Benefacit aie ſue vir micorſ
Quidam ſunt ſicut chayn q male diuidūt
⁊ recte offerūt Gen.iiij. Si male diuidaſ
et recte offeraſ peccaſti.qḋ tunc eſt quādo
homo res tpales dat paupibus . ⁊ corpuſ
etiam exponit in ſeruitiū paupm aiam ve
ro dat dyabolo qḋ tūc ſit qn̄ homo in pec
cato mortali exn̄s facit opa miſericordie .
nec exire ſatagit de ptāte dya. Cōtra quos
ait Apls.j. Cor.xiij. Si diſtri.in ci . pau.
omnē fa.me.et tra.cor.me.ita vt ar. cari.
aūt nō ha.nihil mihi ꝓdeſt Math.vij.do
mine nōne in noīe tuo ꝓphetauim⁹ ⁊ ꝟtu
tes multas fecim⁹ ⁊ dicet illis Amen dico
vobis ne.vo. Faciamus ergo ſicut Abel q
obtulit optima et iō bene diuiſit dās meli
ora deo Dem⁹ ergo deo optīa nr̄a ſcilicet
aiam cor et volūtatē. Prouer.xxiij . Fili
prebe mihi cor tuū Item nō ꝙ alia litte-
ra dicit dimittite et dimittemi.q₂ ille q te-
net odiū in corde fortiſſime teneť ab odio
q₂ q̄ꝫuis peccatū omne teneat hoīem ſicut
ſeruū iuxta illḋ. Qui facit peccatū ſu⁹ ē
peccati. Jo.viij. Odiū tn̄ tenaciſſime te-
net hoiem ita ꝙ hō oēe ſcelus ꝑpetret cō
tra illum quem odit.et ideo recte dicit di-
mittite ſcꝫ iniurias et dimittemini ſcilicet
ab odio quod vos quaſi cathenatos tenet
Prouer.v. Funib⁹ peccatoꝝ ſuoꝝ qſqꝫ ꝯ
ſtringiť. Ad opa ꝟo mie faciēda ſeptem
bona nos inducunt que hn̄t efficere. Pri
mū eſt q₂ deū placant Gen.xxxij. Placa-
bo eū munerib⁹. Prouer.xxj. Mun⁹ ab-
ſcōditū extinguit iras ⁊ domū in ſinu indi-
gnatōem maximā . Fugiāt etiā tēbras ab
aia Yſa.lviij. Si effuderis eſurienti aiam
tuā et aiam afflictā repleueris orieť.in te
nebris lux tua.et tenebre tue erūt ſicut me
ridies Secūduꝫ eſt quia faciunt obtinere
petita. Yſa.lviij. Frange eſurienti panē tu
um et egenos vagoſqꝫ induc in domū tuā
cum videris nudum opi eum et carnē tu-

am ne deſpexeris Et ſubditur. Tunc inuo
cabis et dn̄s exaudiet clamabis et dicet.
ecce aſſum.quia miſericors dominus deus
tuus Prouer.xxj. Qui obturat aurē ſuā
ad clamorem paupeꝝ clamabit ipſe et nō
exaudietur Tercium eſt quia faciunt ho-
minem filium dei quia vt dictum eſt in mi
ſericordia maxime ſimilatur deo.quia pro
prium et naturale opuſ dei eſt miſereri.ec
cleſiaſtici.iiij Eſto pupillis miſericors vt
pater.et pro viro matri illoꝝ. ⁊ eris tu ve
lut filius altiſſimi Quartuꝫ eſt quia fa
ciunt nos amicos nam pauperes et religi
oſos faciunt ſtipendarios ſuos qui quoti
die interpellunt apud deum. Gre. paupes
non ſunt colendi vt egeni ſed exorandi ut
patroni Hic cadit exemplū lodouici regiſ
francie quod dictū fuit ſupra. Quītuꝫ
eſt quia ſociant hominem tempe maxime
neceſſitatis omnibus alijs recedētib⁹ a no
bis Ambro. Non ſunt bona hominis que
ſecum ferre non pōt ſola miſericordia co-
mes eſt defunctoꝝ. Apoc.xiiij. Opera em̄
illorum ſequūtur illos. Sextum eſt q₂
homines ſpūaliter ditāt Miſericordia em̄
eſt prudentiſſima negociatrix que ꝓ pitu-
ris eterna recipit ꝓ tempalibus celeſtia.
Aug⁹. Prebe tectum et accipe celū. Ip-
ſa calicem aque frigide ꝓ deo tribuiſt et ac
cipit torrentem voluptatis eterne Un̄ ille
ſeruus qui abſcondit pecuniam domini q₂
non habuit miſericordiam nihil lucratus
eſt Si em̄ expendiſſet eam in paupes rece
piſſet centuplum Cuius ratio eſt quia tm̄
meretur homo.q̄ꝫtum habet de caritate.
Caritas enim ignis eſt que ardere nō po-
teſt niſi in oleo miſericordie. Et ideo tātū
ardet quantū eſt ibi de oleo.j. Jo.iij. Qui
habuerit ſubſtantiam hui⁹ mundi et vide
rit fratrem ſuum neceſſe habere et clauſe
rit viſcera ſua ab eo.quomodo caritas dei
manet in eo. Auguſtinus. Neſcit negocia-
ri qui non habet miſericordiam . potiuus
abſcondit bona domini ſui quā velit alte-
ri mutare ſimilis vulpi que potius voluit
caudam per terram trahere q̄ꝫ aliquantu-
lum ſimee dare .

Et ideo auferentur ab eo quia nec hic ciſ
ſatiatur et in morte omnia pdit Job.xvij.
berēt. Eſſent viua qꝛ caritas eſt vita opeꝝ
et ad vitā eternā pducerent. Similiter ca
ritas hoīes mortuos in peccatis quotidie
viuificat. Vn̄ de aug.legimus. Vulnerauē
rat caritaſ xpi cor eius ⁊ exēpla ſeruoꝝ dei
quos de mortuis viuos fecerat .ſ.caritas.
Tercio ex ſocietatis valentia qꝛ ſi omēs
virtutes eſſent in vno niſi caritas eis ſocia
retur ⁊ cū eis inhereret nō facerēt eū bo
num nec deo acceptū Caritaſ aūt ſine alijs
ſi poſſibile eſſet faceret hoīem bonuz ⁊ deo
acceptū. Aug⁹.vbi caritas eſt quid eſt qḋ
pōt obeſſe.et vbi caritas nō eſt quid eſt qḋ
pōt ꝓdeſſe. Idem Caritas eſt grā grārum
alie virtutes ſine ea gratie nō ſunt qꝛ gra
tis nō opantur. Et qꝛ nō ſufficiunt reddere
aīam gratam vel etiaz ſua opera abſqz ca
ritate deo grata facere. Et nota ꝙ in tem
plo dei omnia fuerūt deaurata.vt patz.iij.
Re.vj. Item in templo dei qḋ eſt anima
omnia debent fieri in caritate ⁊ ex caritate
Quarto ex bonoꝝ abūdantia. Nam qui
habet caritatez eſt diues in omnibus et ha
bundat.et qui nō habet eſt pauper penitus
nihil habens. Cuius rō triplex pōt aſſigna
ri. Prima quia caritas theſaurus eſt in a
gro cordis abſconditus. pro quo habendo
omnia debent vendi. Math.xiij. Simile ē
reg.ce.the.abſcō.in agro. Secūda eſt quia
qui habet caritatem habet deū in anima in
quo ſunt omnia bona. Aug⁹. Aurum ha
bens in arca diues eſt. deū habens in cōſci
entia ditior eſt. Tercia eſt quia caritas alie
na bona facit ſua. Aug⁹. Penſent inuidi
qnātum bonū eſt caritas que ſine noſtro la
bore aliena bona facit noſtra. Cuius ratio
eſt quia vt dꝛ Math.iij. Vita iuſtoꝝ que
dam negociatio eſt ⁊ ſocietas.qui autez eſt
ſocietate particeps eſt omniū bonoꝝ ſocie
tatis.per caritatem aūt homo intrat in ſo
cietatem ſanctoꝝ et ideo fit particeps om
niū bonoꝝ que in eccleſia iuſtorum fiunt.
Pſal. Particeps ſum ego omniū timētiū
te. Quinto ex penaꝝ irrogātia. que non
habenti caritatem infligūtur.quia excōmu
nicatur et ab omni bono ſepatur Nam pri
mo ſepatur a deo.j.Coꝝ.xvj. Si quis non
amat dn̄m ieſum ſit annathema.gloſa id eſt



ſepatus Scḋo ſepaꝛ ab angelis ⁊ a ſanctis
Tercio ſepaꝛ a merito paſſiōis xpi ⁊ oīm
ſcōꝝ. Quarto ſepaꝛ a pticipatōe ſacroꝝ ec
cleſie. Quinto ſepaꝛ ab oībus virtutib⁹ et
donis ⁊ grā dei. Sexto ſepaꝛ ab indulgen
tijs ⁊ miſſis ⁊ ab omni bono qḋ fit in ec
cleſia.cuius ꝑ caritatē particeps erat. Se
ptimo ſepaꝛ a bonis ꝓprijs q̄ vnquā fecit
et remanet nudus ſicͭ ribaldus qui oīa plu
ſit. Sexto ex pſonaꝝ inherētia.nam cetere
virtutes bonis ⁊ malis ineſſe pn̄t. caritas
aūt ſolū ſanctis ⁊ filijs dei ineſt. Aug. Ca
ritas dei ⁊ ꝓximi ꝓpria ⁊ ſpēalis virt⁹ ſcō
rū eſt atqz pioꝝ. cū cetere virtutes bonis
ac malis poſſint eſſe cōēs.hec em̄ ſola diui
dit ⁊ diſcernit inter filioſ re.⁊ ſe. Septio
ex ppetuitatis pmanētia.qꝛ cū cetere virtu
tes excidāt caritas nūquaz excidit.j.Coꝝ.
xiij. Nā poſt mortē aīa marie diligit deū ⁊
ſeipm ⁊ ꝓximū. Pocta. Omnia ptercūt p.
ama.deū.hō etiā hn̄s caritatē nūquaz pōt
excidere niſi prius caritatē amittat .vn̄ ſicͭ
anchora tenet firmā nauē ita caritas aīam
Octauo ex remuneratōe pmij. Nam ſm
caritatē pmiū glīe menſuraꝛ ⁊ nō ſm aliaz
virtutē neqz ſm opeꝝ multitudinē.qḋ dn̄s
oñdit cū dixit ꝙ illa vidua q̄ duo era mi
nuta miſit in gazophilaciū plus oībus mi
ſit.lu.xxj.et hoc ideo qꝛ cū maiori amore ⁊
deuotiōe miſit..⁊ ideo plus meruit .nec mi
rū qꝛ deus ſolā caritatē habet carā et ſola
caritas hꝫ deū carū. Cuius ſignū eſt qꝛ qui
caritatē nō hꝫ ꝓ nihilo dat deū. aliqn̄ pro
vno denario aliqn̄ ꝓ vno obulo. ſed qui ē
pfectus in caritate potius vult mori ⁊ oīa
perdere q̄ꝫ a dei caritate ſepari. Ro.viij.
Quis nos ſep.a ca.xpi.q.d.nihil. Nono
ex virtutū informatiōe.nā caritas oēs vir
tutes informat et qꝛ oīs actus ſeu opatio
eſt a formā.inde eſt ꝙ.caritas oēs virtutes
reducit in actū ⁊ facit opari.et actus om
niū virtutū attribuūtur caritati.j.coꝝ.xiij
Caritas pā.eſt ce.om.cre.om.ſpe.⁊c. Jn
de eſt etiaz ꝙ nullū opus alicuius virtutis
ſine caritate valet ad vitā.vel pōt vitā cō
ferre.j.Coꝝ.xiij. Si lin.ho.lo.⁊ an ca.aūt
nō ha.fac.ſum velud es ſo.⁊c. Decimo
ex fortis vinculi colligatione. nā caritas ē
vinculū fortiſſimū quo ſolus de⁹ ligari po
tuit. Hugo de ſcō victo. O caritas ꝙ̄ ma
gnū eſt vinculū tuū quo etiā de⁹ ligari po
tuit.⁊ ſi cōtra deū fortis fuiſti.multomagiſ
cōtra hoīes pualebis. Hoc vinculū traxit
deū ad terrā.i.recluſit eū in vtero virgina
li nullū vinculū potuiſſet eū ad columnam li
gare niſi hoc.nullū ferrū eū in cruce tenu
iſſet niſi caritas affuiſſet. Caritas etiā hoīs
tenet deū. Vn̄ angelus ex pte dei dixit loth
caritatē hn̄ti. Feſtina ⁊ ſaluare ibi qꝛ non
potero facere quicq̄ꝫ do.ingrē.illuc. Gen.
xix. Et moiſi dixit de⁹. Dimitte me vt ira
ſcatur furor meus contra eos.exo.xxxj.
Vndecimo ex hoīs trāſformatiōe. Naz
caritas trāſformat hoīem in deum. Pſal.
Ego dixi dij eſtis ⁊ fi.excel.oēs ſcꝫ ꝑ cari
tatē. Sūbleuat etiā homines a terrenis ⁊ ad
celū trāſfert. Eſt em̄ ignis ſubtiliās craſſa.
et omnē terreſtrictatē ꝯſumens. Ezech.viij
Eleuauit me ſpūs inter ce.⁊ ter. Spūs a
mor dei eſt. Qḋ figuratū eſt in helya quez
currus igneus ſubleuauit et in paradiſum
trāſuexit.iiij.Re.ij. Currus igne⁹ hn̄s du
as rotas.eſt.amor dei ⁊ ꝓximi Duodeci
mo ex nobili aīe veſtitione. Eſt em̄ caritas
veſtis nuptialis ⁊ regalis q̄ facit hoīem di
gnū nuptijs regis eterni. et quicūqz ea ca
ret repellit tanq̄ꝫ indign⁹. Mat.xxij. Ami.
quō h.intrā.nō ha.ve.nup. Hec veſtis eſt.
nobiliſſima qꝛ nō de pilis aīaliū eſt facta
nec de viſceribus vermiū ſed de viſceribus
ieſu xpi. Hec eſt tunica incōſutilis ꝓpter
quā xp̄s potius voluit ſcindi ⁊ pforari q̄ꝫ
ipſa ſcinderet. Hec ē tunica polimita quā
iacob fecit ioſeph filio ſuo.i.deus pater fi
lio ſuo quā frēs ſui tinxerunt in ſanguine.
qꝛ ꝓpter caritatē corp⁹ xpi ſanguine aſper
ſum fuit. Yſa.lxij. Quare rubrū eſt veſti
mētum tuū Hec eſt veſtis regalis quā xp̄s
oīm xpiano donat in baptiſmo quā ſolū fi.
regiſ eterni vtūtur.ſ.ſoli veri xpiani Tre
decimo ex ſuaui eius delinitiōe. Nam cari
tas grauia facit leuia ⁊ aſpa ſuauia. Aug.
Omnia ſeua ⁊ immunia ꝓrſus ſuauia et
ꝓpe nulla facit amor. Math.xj. Jugū em̄

meū ſuaue eſt ⁊ onus me.le.ſ.amanti.alijs
aūt ē ita graue ꝙ ipm neſciūt baiulare qḋ
bene norūt qui caritatē nō hn̄t.Exēplum
huiꝰ ꝑꝫ in iacob qui ſeruiuit ꝓ rachel.xiiij
ānis ⁊ videbātur ei pauci dies pꝛe amoꝛis
magnitudine.gen̄.xxix.Hoc etiā in amato
ribus mūdi apparet qui ꝓ amoꝛe carnali
mirabilia ſuſtinēt ⁊ oīa eis leuia videntur.
Vere ergo poſſumus dicere illud ſap.vij.
Venerūt mihi om.bo.pa.cū il. Et ſic parꝫ
ſcḋm. Tercio ponit.eiuſdē legiſpe.q̄dam
alia qḋ ex pꝛioꝛibꝰ exoꝛta ⁊ eiuſdeꝫ expla-
natio.Et hoc eſt.Ille aūt volens iuſtifica
re ſeipm.i.iuſtū oſ̄dere putās ſe an̄ hoīem
et nō an̄ deū ſtare dixit ad ieſum.Et quis ē
meꝰ ꝓximꝰ.Suſcipiens aūt ieſus ⁊c̄. Hic
ponit xp̄i rn̄ſio ⁊ ꝑ exēplū explanatio.Vbi
ꝑ quādam ſilitudinē oſ̄dit oēm hoīem eſſe
ꝓximū ac etiā inimicū. p̄ſumi em̄ p̄t ꝙ ille
qui deſcendebat ab hiru. in hierico fuerit
hierl'imita et ꝑ ꝯn̄s iudeꝰ.cuiꝰ ille ſamari-
tanꝰ qui erat inimicus gētis iudeoꝝ curaꝫ
egit.ptrāſeūtibꝰ leuita ⁊ ſacerdote gentis
ſue qui dictꝰ eſt fuiſſe ꝓximꝰ illi q incidit
in latrones.Suſpiciēs ergo ieſus in celum
vt alios attētos ad audiēdū redderet.et vt
oſ̄deret ꝙ oīs ſapia ⁊ doc.deſur.a deo ē ait
Hō q̄daꝫ deſcen.ab hie.in hie.⁊c̄. Littera
plana ē ⁊ hiſtoꝛia.Nā inter hieru.⁊ hieri-
co eſt q̄ddaꝫ deſertū olim a latronibus fre
quētatū.Hieru.aūt in mōte ſita eſt ⁊ hieri
co in cāpeſtribꝰ ita ꝙ vadens de hierl'm in
hierico deſcēdit. In hoc deſertū ductꝰ eſt
ieſus vt tem.a dia.Myſtice aūt in iſta ſimi
litudie tria deſcribūtur. Pꝛimo deſcribit
lapſus pꝛimi parētis ⁊ totiꝰ generis hūani
in illo.Et hoc ē.Hō q̄daꝫ. Scḋo oſ̄ditur
defectꝰ legis ⁊ ſacrificioꝝ ve.te. ad libera
tionē ipiꝰ ibi.Accidit aūt vt q̄daꝫ ſacerdos
Tercio reꝑatio ipiꝰ ꝑ filiū dei facta inſinu
atur ibi.Samaritanꝰ aūt ⁊c̄. Hō iſte adā
eſt ⁊ totū genꝰ hūanū in eo. qui peccando
deſcēdit ab hieruſalē.i.a ꝑadiſo terreſtri et
ſtatu pacis ⁊ viſiōis dei.qꝛ an̄q̄ peccatū fa
ceret oīa aderāt ei in pace et pace pectoꝛis
et tp̄is ⁊ oīm creaturaꝝ potiebat.Hierl'm
em̄ viſio pacis interp̄tat .Recedendo ergo

ab hierl'm deſcēdit in hierico.ſ.in defectus
multiplices ⁊ miſerias hūane nature ⁊ mū
di quos quotidie expimur. Et ideo d.deſcē
debat qḋ ē verbū p̄teriti impfec.tem.⁊ ſigt
cōtinuatōeꝫ p̄teriti ad p̄ns.Hierico aūt lu
na interp̄tat et ſignificat mutabilitatē hūa
ne nature ⁊ mūdi.Qui incidit in latrones
id ē in demonū ptātes qꝛ ab eis deuictꝰ eſt
ij.Pe.ij.A quo em̄ quis ſupatꝰ eſt huiꝰ ⁊
ſeruꝰ eſt.Qui etiā deſpoliauerūt eū.ſ. gra
tuitis donis.nā hō peccādo ꝑdidit grāꝫ dei
Vbi nota pꝛimū hoīem ⁊ nos in illo tripl'r
ſpoliatū ſm̄ triplex veſtimētū qḋ ꝑ pecca-
tū amiſit.ſ.innocētie immoꝛtalitatis ⁊ grē.
vel virtutis. Job.xix. Spoliauit me glīa
mea.quo ad pꝛimū abſtulit co. de ca.meo
quo ad ſcḋm deſtruxit me vndiqꝫ ⁊ pereo
quo ad terciū.Et plagis impoſitis qꝛ vulne
rauerūt eū in naturalibꝰ. Oīa em̄ natura-
lia ⁊ potētias aīe ⁊ mēbꝛa coꝛꝑis vulnera
ta hēmus et ad malū naturalr̄ inclinamur
gen̄.viij.Senſus em̄ ⁊ cogitatio hūani coꝛ
dis ꝓna ſunt in malū ab adoleſcentia ſua.
qḋ an̄ peccatū nō erat īmo naturalr̄ incli-
nabat ad bonū ſicmō ad malū et plꝰ.Vbi
nota ꝙ hō in naturalibꝰ eſt tripl'r vulnera
tus ſm̄ tres vires aīe naturales. Vis eniꝫ
rōnalis ē ꝑ veri ignoꝛātiaꝫ vulnerata.con
cupiſcibilis ꝑ maliciā ſiue ꝯcupiſam mali.
iraſcibilis ꝑ impotētiaꝫ boni. et ſic remāſit
ei noſſe obtenebꝛatū velle maculatū poſſe
debilitatū.He ſunt ille tres lancee quas in
coꝛde abſolon ioab.i.diabolꝰ infixit.Et ſic
abierūt ſemiuiuo relicto.i.vita nature tm̄
relicta ⁊ illa diminuta ⁊ penōſa Et ideo ta
lis vita eſt quaſi moꝛs. et taliter viuere eſt
quaſi moꝛi.Vn̄ cātamꝰ Media vi.in moꝛ.
ſumꝰ.Vitā aūt grē q̄ eſt vera vita abſtule-
rūt.Et attende ꝙ abire dicūtur nō ceſſan-
do a temptatōibꝰ ſed inſidias occultando.
Nā pꝛimū hoīem in foꝛma aſſumpta.ſ.ſer
pētis viſibiliter temptauerūt. nos aūt inui
ſibiliter temptant ⁊ inſidias inuiſibiles pa-
rant.Accidit aūt vt ſacerdos ⁊c̄.Hic nota
tur defectus ſacrificioꝝ in ſacerdote.et le-
gis in leuita ad curatiōneꝫ caſus hūani.qꝛ
neqꝫ aaron ſacerdos cū omibus ſacrificijs



neqꝫ moiſes leuita frater eiꝰ cū lege potu-
erūt hoīeꝫ curare ſꝫ ſolū oſ̄derāt vulnus.
Et hoc ē qḋ dicit.ꝙ viſo illo p̄terijt. imo
magis ꝑ trāſgreſſionē exuꝑauerūt. Ro.v.
Lex ſubintrauit vt abū.delic.Dicit aūt p̄-
terijt qꝛ lex venit ⁊ ſtetit vſqꝫ ad tp̄us p̄i-
xum.deinde nō valens curare abijt.ſ.in ad
uētu filij dei.Ro.viij. Nā qḋ impoſſibile
erat legi in quo infirmabat in carne deꝰ fi
liū ſuū mittēs in ſilitudinē carnis peccati.
et de peccato dānauit pctm̄ in carne.Vide
etiā ꝙ lex nō ad hoc data ē p̄cogitatiue vt
hoīeꝫ curaret.Et ideo d.accidit.qḋ ꝯſueui
mus dicere in his q̄ nō p̄meditatiue fiūt vt
d.theophi.Nec immerito ſacerdos ⁊ leui-
ta nō potuerīt ſauciatū ſanare cū ipi eſſent
eodē mō ⁊ eodē vulnere vulnerati.Et ideo
neceſſe hēbant ſic ꝓ pplo ita ⁊ ꝓ ſe hoſtias
offerꝛe.hebꝛe.ix.Et hoc ē qḋ h' dꝛ.deſcēdit
eadē via.oꝑtebat em̄ carere vulnere q poſ-
ſet hūanū genꝰ ſauciatū curare.et ideo ſe-
quit.Sama.aūt q̄dā ⁊c̄. Hic oſ̄dit hūana
reꝑatio facta ꝑ filiū dei.qꝛ ſama.q̄dam.i.
xp̄s q ſinglaris ⁊ ſolus inuētus ē ad genus
hūanū liberādū.Apoc.v.Et ego flebā mul
tū.qꝛ nō eſt inuētus neqꝫ in ce.neqꝫ in ter.
neqꝫ ſubtꝰ terrā qui apiret libꝝ ⁊ ſolueret
ſignacula eiꝰ.Et ideo d.q̄daꝫ ſama. Sama
ritanꝰ aūt cuſtos interp̄tat q xp̄s ē .de quo
ꝓpha.Niſi dn̄s cuſ.ci.Dicit aūt iter faciēs
quaſi ex ꝓpoſito veniens vt nos curaret .
Venit aūt in ſilitudine carnis peccati.et iō
ſecꝰ eū venit qꝛ in ſilitudine Veniēs aūt fa
ctus ē ꝯpaſſioni nr̄e ſuſceptōne finitimꝰ et
mīe collatōe vicinus.Vn̄ ſequit.Et vidēs
eū mia motꝰ eſt.Augꝰ. Vidēs quidē eū ia
centē nō volētem.nō currēteꝫ. et ideo mia
motꝰ eſt qꝛ in eo nullū meritū inuenit quo
curari dignꝰ eſſet.ſꝫ ipe de peccato dānauit
pcc̄m in carne. Vn̄ ſequit.appꝛopians alli
gauit vulnera eiꝰ infundēs oleū ⁊ vinum.
Augꝰ.Et quid eſt tā lōginquū quid eſt tā
remotū q̄ deꝰ ab hoībꝰ. īmoꝛtalis a moꝛ-
talibꝰ.iuſtus a peccatoꝛibꝰ.nō loco eſt lon
ge ſꝫ diſſilitudine ⁊ ideo appꝛopiauit.Cum
em̄ hrēt in ſe duo bona.ſ.iuſticiā et immoꝛ
talitatē.⁊ nos duo mala.ſ.iniq̄tatē ⁊ moꝛ
talitatē.ſi vtrūqꝫ malū nr̄m ſuſcepiſſet ꝑaꝝ

nobis ꝓfuiſſet ⁊ liberatoꝛe nobiſcū opus
hrēt.vt ergo hoc non eſſet qḋ nos ſed ꝓpe
nos.nō eſt factꝰ ille peccatoꝛ ſic nos ſed fa
ctus ē ille moꝛtalis ſic nos.ſuſcipiendo pe-
nā ⁊ nō culpā vt ⁊ culpā deleret ⁊ penam.
Alligatio aūt vulneꝝ ē cohibitio pccōꝝ q̄
ꝑ vinū ⁊ oleū cōpeſcuit.nā in vno moꝛdēte
vulnus auſteritas p̄ceptoꝝ ſignificat ſic in
oleo mia ⁊ remiſſio peccati.Gre.In vino
moꝛſū diſcretōis adhibet. in oleo mollicīē
pietatis. Per vinū mūdent putrida.ꝑ ole-
um ſanāda foueātur. Miſcēda ē ergo leni
tas cū ſeueritate et faciēduꝫ eſt q̄ddam ex
vtroqꝫ tꝑamētum vt neqꝫ multa auſteri-
tate exulcerent ſubditi.neqꝫ nimia benigni
tate ſoluātur.Hoc figuratum eſt in eo qḋ
dn̄s mādauit ſil' reponi in arca māna ⁊ vir
gaꝫ.In māna dulcedo.in virga auſteritas
deſignat.Chriſ.Vel vinū infundit.i.ſan-
guinē paſſiōis ⁊ oleū criſmatis vt indulgē
tia daret ꝑ ſanguinē.et ſcificatio ꝯferret ꝑ
criſmatis vnctionē. Infuſo itaqꝫ vino et
oleo impoſuit eū ſuꝑ iumētuꝫ.Augꝰ. Iu-
mētum eiꝰ ē caro in qua ad nos venire di-
gnatꝰ eſt.Imponi iumēto eſt in ipam in-
carnatōem xp̄i credere ꝑ cuiꝰ fidē ſanamur
Ambꝛo.Vel iumēto imponit dn̄ pccā nr̄a
poꝛtat ⁊ ꝓ nobis dolet.j.Pe.ij.Qui pccā
nr̄a ꝑtulit in coꝛ.ſuꝑ lig. Theophi.Vel im
poſuit in iumētuꝫ ſuū.i.in coꝛpꝰ ſuū.mem
bꝛa ſua nāqꝫ nos fecit ⁊ ꝑticipes coꝛꝑis e-
ius.Sequit Et duxit eū in ſtabulū.i.in ec-
cleſiā.Criſ.Eſt em̄ ſtabulū eccleſia q̄ in iti
nere huiꝰ mūdi laſſatos ⁊ ſarcinis delictoꝝ
depꝛeſſos ſuſcipit veniētes vbi depoſito one-
re pccōꝝ viatoꝛ laſſus reficit et refectꝰ ſa-
lubꝛi paſcua repat.Et hoc ē qḋ dꝛ.Et cu-
rā illiꝰ egit.Totū em̄ quicq̄d ꝯtrariū ⁊ no-
cens ⁊ malū ē foꝛis ē. qꝛ intra ſtabulū re-
quies oīs ⁊ ſalubꝛitas incluſa eſt.Ambꝛo.
Sed non vacabat huic ſamaritano diu in
terꝛis degere.redeundū em̄ erat vn̄ deſcēde
rat. Vn̄ ſequit Et altera die ꝓtulit duos
denarios ⁊ dedit ſtabulario ⁊ ait.Curā illi
us habe.Quis ē iſte alter dies niſi iſte dn̄i
ce reſurꝛectōis.de quo dictū eſt. Hec ē di.
q̄nā fe.dn̄s.Duo aūt denarij ſūt duo teſtā.
q̄ imagineꝫ in ſe hn̄t regis eterni exp̄ſſam .

quoꝝ ꝓcio vulnera nr̃a curãtur q̃ data ſũt
ſtabulario.i.ecc̃ie p̃la.ꝛ docto.vt ipis pplm
paſcãt.Aug.Vel duo denarij ſũt duo p̃cep
ta caritatis q̃ p.ſſ.accepert apl̃i ad euãge:
ceteris vel ꝓmiſſio vite p̃ñtis ꝛ fu. Sꝫ qꝛ
multi p̃lati obſeruãt nõ ſolũ p̃cepta ſꝫ etiã
cõſilia ad q̃ nõ tenẽtur.idͦ ſubdit Et qͦcũ
qꝫ ſuperogaueris ego cũ redi.red.tibi.i.cũ
retribuã ſinglͦꝝ mercedes.His ergo p̃miſ
ſis dñs legiſpe.interrogat ſubdẽs Quis ho
rũ videt̃ tibi ꝓxim⁹ eſſe illi q incidit in la
trões. At ille dixit. Qui fecit miam in illũ
Neqꝫ em̃ ſacerdos neqꝫ leuita factus fuit
ꝓxim⁹ patiẽtis ſꝫ ille q ei⁹ miſert⁹ eſt. In
utilis em̃ ẽ ſacerdocij dignitas ꝛ legis ſcia
niſi p bona opa ꝯfirmet̃.Et idͦ ſequit̃. Et
ait ihũs Vade ꝛ tu fac ſil̃r. Criſ.q.d. Si
quẽ vides oppſſũ nõ dicas vtiqꝫ neqͦ eſt.
ſꝫ ſiue ſit gẽtilis ſiue ſit iude⁹ et ope indige
at.nõ cauilleris.ius hꝫ auxilij quicũqꝫ ma
la fuerit paſſus.Aug. Ex hoc intelligim⁹
illũ eſſe ꝓximũ cui vel exhibẽdũ ẽ officiũ
mĩe vel exhibẽdũ eẽt ſi indigeret.Ex quo
iã ꝯñs eſt vt etiã ille a quo nobis viciſſim
hoc exhibẽdũ ẽ ꝓxim⁹ nr̃ eſt.ꝓximi enim
nomen ad aliqd aliud eſt.nec quiſq̃ dr̃ eſſe
ꝓxim⁹ niſi ꝓximo.pꝫ nullũ exceptũ eẽ cui
mĩe deneget̃ officiũ.Quis nõ videat dicẽte
dño.Bñfa.his q ode.vos.Ambro.Nõ co
gnatio facit ꝓximũ ſꝫ mĩa. Et ſic pꝫ miſti
X ca expõ. X Moral̃r aũt ad edificatõeꝫ
nr̃aꝫ exponit̃ de pc̃o͛re.Nã iſte ſauciat⁹ fi
gurã pc̃o͛ris tenet ꝓpter ſeptẽ mala q̃ ei p
pc̃m mortale eueniũt q̃ in hoc ſauciato de
ſignãtur. Primũ ẽ deſcẽſus vel poti⁹ de
ſecũt.ſ.nature.ꝯditõis.ꝛ loci. Hãc triplicẽ
deiectõeꝫ pc̃o͛r patit̃ ꝛ ꝓpter pc̃m. Nam
trãſfigurat̃ in beſtiã.vt d.boe.ij.de cõ.ꝓſa
v.ſic ingens. Huane quippe nature iſta cõ
ditio ẽ vt tãc tm̃ ceteris reb⁹ cũ ſe cogno
ſcit excellat.eadẽ tñ infra beſtias redigat̃ ſi
ſe noſſe deſierit.nã ceteris aĩtib⁹ ſeſe igno
rare natura ẽ hoĩb⁹ vicio venit. Cõditio
ei⁹ peſſima ẽ ꝛ regiõi vni.mor.deputatur.
Hec oĩa patẽt in p̃mis pentib⁹ qb⁹ peccã
tib⁹ natura eoꝝ bona facta ẽ mala ꝛ ſenſe
rũt ſe nudos.i.rebellionẽ in carne.Et cõdi
tio eoꝝ optia facta ẽ mala vt q̃ a nullo po

terant pati ab omnib⁹ paterẽtur. Et proiecti
ſunt de padiſo in hãc vallẽ miſerie. Hiere
ij.Vide q̃ malũ ꝛ amarũ eſt dereliquiſſe te
dñm deũ tuũ. Hoc denotat̃ ibi Deſcende
bat. Secũdum eſt amiſſio pacis pc̃o͛is
tp̃is et eternitatis. Peccator em̃ in ſeipſo
habꝫ bellũ qꝛ ꝯſcĩa remordet job.ix. Quis
reſtitit ei ꝛ pacẽ habuit.Cũ ꝓximo quẽ nõ
diligit pacẽ hr̃e nõ põt.ꝓuer.xiij.Inter ſu
pbos ſp iurgia ſunt. Pace eternitatis ſil̃r
priuat⁹ ẽ.Yſa.lvij.Nõ eſt pax impijs dicit
dñs.Hoc notat̃ ibi.ab hierl̃m q̃ interp̃tat̃
viſio pacis. Terciũ ẽ mutatio.ſ.liberta
tis dignitatis ꝛ pinguitatis.Nã qui erat li
ber fit ſeruus peccati.Jo.viij.Qui facit
pec.ſer.ẽ pec.Qui erat fili⁹ regiſ eterni fit
fi.dia.Jo.viij.Vos ex p̃re dia.eſtis. Qui
erat diues.i.pinguis vtpote particeps me
riti xp̃i ꝛ oĩm bonoꝝ q̃ fiũt in ecc̃ia fit om
nino paup penit⁹ nihil hñs.ꝓuer.xiij.Eſt
quaſi diues cũ nihil hẽat et ẽ quaſi pauper
cũ in multis diuicijs ſit. Hoc notat̃ ibi in
hierico qͦ interp̃tat̃ luna q̃ ſemp mutat̃.
Quartũ ẽ incurſio maloꝝ.ſ.culpe.pene.
et neqcie demonũ. Nã malũ culpe incurrit
cõtemnẽdo diuinã maieſtatẽ.malũ pene in.
cũ mortẽ aĩe ꝛ corpis q̃ eſt finis oĩm malo
rũ ſubeat ꝯdẽnat⁹.ſap.ij.Morte turpiſ.cõ
dẽ.eũ. Malũ nequicie demonũ incurrit.cũ
ab eis neqter tractat̃ ꝛ eoꝝ p̃ãti ſubditur.
Hoc notat̃ ibi Incidit in latro. Quin
tũ eſt expoliatõ innocẽtie gr̃e ꝛ virtutũ et
oĩm bonoꝝ ſuoꝝ. Nã hõ p pc̃m veſtẽ in
nocẽtie exuit̃ quã in baptiſmo induit gr̃a
dei ꝛ oĩb⁹ virtutibus p̃uat̃ ꝛ oĩa bona ſua
auferunt̃ ab eo math.xxv.Ei aũt q nõ ha.
et qͦ hꝫ au.ab eo Hoc notat̃ ibi. deſpolia
uerũt eũ Sextũ ẽ vulneratũ.ſ.intellect⁹
volũtatis ꝛ mẽorie ac oĩm potẽtiaꝝ aĩe.nã
in fallacijs occupat̃ trãſitoria bona diligit
et maloꝝ r̃ecordat̃. Hoc no.ibi. plagis im
poſitis Septimũ ẽ ꝓſtratõ qꝛ ſemiui:ia.
in ter.Jacet pc̃o͛r quaſi mor. in ter.qꝛ nõ
ſentit mala q̃ incur.ꝛ bõa q̃ p.nõ ſumit ali
mẽtũ aĩe ꝛ ñ recipit medicĩas ſacroꝝ ecc̃ie
Hec em̃ tria ſũt ſigna hoĩs.q.mortui.ſ.nõ
ſentire nõ ꝯfortari cibo ꝛ nõ recipe medici
nas.Et ſic pꝫ totũ de euangelio.



De Epiſtola ſermo XCI

Abrae dicte ſunt ꝓmiſſiones ꝛ
ſemini eius Gal.iij.Superi
us Apl̃us ꝓbauit p ſcripturaſ
q̃ hereditas eterna non datur
ex lege ſed ex libera ꝓmiſſione dei qui gra
tis eam repmiſit abrae fore dandam i ſe
mine ſuo Hoc idem ſup̃ i mediate ꝓbauit
per conſuetudinẽ humanam que in teſtam
tis ſeruatur que eſt Poſt teſtamentũ teſti
bus et inſtrumento et morte teſtatoris fir
matum nemo ſpernit aut aliter ordinat q̃
teſtator ordinauit .ſed ordinatio teſtatoris
habetur rata et firma Hanc ergo conſue
tudinem in epiſtola hodierna applicat ad
ꝓpoſitum et ſcd̃m eam diſputat et per eam
probat q̃ hereditas eterna datur ex libera
ꝓmiſſione dei et non ex lege In qua epl̃a
quattuor facit Primo ſupradictam cõſue
tudinem humanam ad ſuum ꝓpoſitum ap
tat ſcꝫ q̃ ex promiſſione dei quã deus gra
tis fecit abrae.et non ex lege moyſi datur e
terna hereditas In principio epiſtole. Se
cundo oſtendit talem promiſſionem eſſe cõ
firmatam a deo et ꝓbat q̃ lex nõ eſt aduer
ſus talem ꝓmiſſionem nec eaꝫ euacuat ibi
Hoc autem dico teſtamentũ confirmatuꝫ
a deo. Tercio monet quandam queſtioneꝫ
et ſoluendo ptractat ibi Quid ergo lex ꝓ
pter tranſgreſſioneꝫ poſita eſt Quarto mo
uet quandam aliam queſtionem et ſoluen
do errorem inde eliminat ibi.Lex ergo ad
uerſus ꝓmiſſa dei abſit. Primo ergo ad
aptat p̃dictam conſuetudinẽ humanam ad
ſuum ꝓpoſitum dicens. abrae dicte ſunt ꝓ
miſſiones.Quaſi diceret .Si humanum te
ſtamentum per teſtes roboratum manet et
eſt ſtabile multomagis promiſſio dei q mẽ
tiri non poteſt Sed abrae dicte ſunt ꝓmiſ
ſiones a deo et ſemini eius.id eſt. ꝓmiſſum
eſt abrae q̃ in illo et per illum qui de ſemi
ne eius naſciturus erat.omnes gentes debe
bant benedictõem gratie et glorie heredita
re.Et hoc eſt quod ſequitur.Non dicit in
ſeminibus quaſi i multis vt per multos de

beat eſſe talis benedictio ſed quaſi in vno.
id eſt per vnum qui eſt chriſtus talis bene
dictõ debet gentibus ꝓuenire Et fit hic re
latio ad rem ſuppoſitam in termino ſemis.
et non ad ſignificatum Et nota q̃ dicit pro
miſſiones quia hoc pluries ſibi deus repro
miſit vt patet Gen̄.Decimoſexto. Decio
ſeptimo.et Decimooctauo. Et ſic patꝫ pri
mum. Secundo oſtendit talem promiſſi
onem eſſe confirmatam a deo.et probat q̃
lex poſtea data Moyſi non eſt aduerſus ta
lem promiſſioneꝫ nec eaꝫ euacuat Dicit er
go. Hoc autem ſcilicet quod dictum eſt ſu
pra q̃ ſolum in vno ſemine Abrae. id eſt.
chriſto benedictio erat futura.dico. id eſt.
veraciter affirmo teſtamentum confirma
tum a deo eſſe eo modo quo deus potuit
confirmare quia iurando per ſeipſum cuꝫ
non haberet maiorem per quem iuraret.
Hebre.Sexto Abrae promittens deus qꝛ
neminem habuit maiorem per quem iura
ret.iurauit per ſemetipſum.Gen̄ . Viceſi
moſecundo.Per memetipſum iuraui dicit
dominus.quia feciſti rem hanc ꝛc.Bene
dicentur in ſemine tuo omnes terre . quia
obediſti voci mee Item cõfirmauit repli
cãdo promiſſionem Facta eſt enim abrae
repromiſſio in Yſaac iterata et in Jacob
repetita vt ſic poſſent eſſe teſtes promiſſio
nis diuine.quia in ore duorum vel triũ ſtat
omne verbum ꝛc. Poſtq̃ probauit talem
promiſſionem eſſe confirmatam a deo ſta
tim probat q̃ lex non eſt aduerſus talem ꝓ
miſſionem nec eam euacuat et ponit ad
hoc duas rationes quarum prima ſumitur
ex tempore dationis legis.ſecunda ex ratõ
ne et cauſa promiſſionis ibi . Nam et ſi ex
lege hereditas Dicit ergo.Si ſic cõfirma
tum eſt a deo et ob hoc non facit ip̃m irri
tum lex ad euacuandam promiſſionem . id
eſt.ita q̃ promiſſionem euacuet.que.id eſt.
quia illa facta eſt poſt quadringentos et
xxx.annos ſup.a ꝓmiſſione facta abrae . a
natiuitate enim yſaac fluxerũt quadrigẽti an
ni.et ẽ rõ talis.Abrae fcã eſt ꝓmiſſio quaꝫ
credẽſ iuſtificat⁹ ẽ vt dr̃ ro.iiij.ergo cũ lex
tot ãniſ fuerit p⁹ ꝓmiſ.ñ potuit iuſtificare

abꝛaaꝫ vt fieret ꝓmiſſio ꝓpter ipſaꝫ lex er
go poſtea data nō iuſtificauit abꝛaā nec in
ipſa nec ꝑ ipſam accepit et meruit reꝓmiſ
ſionem Secunda rō eſt talis ad idē ꝓbādū
Lex nō potuit irritare pꝛedictū teſtamen/
tum cū fuerit tanto tpe ſubſecuta qḋ ſi di/
catur imo ex lege eſt gratia i pn̄ti ⁊ eterna
hereditas in futuro. hoc non eſt verum.
Nam ſi ex legē heredita eterna ⁊ gracia in
pꝛeſenti habenda eſt. ergo non ex reꝓmiſſi
one. cum enim abꝛaam non fuerit ſub lege
ſed ante legeꝫ ſequit̄ ꝙ ſit fruſtratus ꝓmiſſ
one. quia ex pꝛomiſſione tantū habere de=
bebat. Et hoc eſt ꝙ ſubdit. Abꝛae autem/
per reꝓmiſſionem donauit deus. et non ꝑ le
gem. donauit in quam et gratiam in pꝛeſē/
ti. et eternam hereditatem in futuro. Ro.
iiij. Non enim ex lege pꝛomiſſio abꝛae ⁊ ſe
mini eius vt heres eſſet mundi. In quo o
ſtenditur ꝙ non datur eterna hereditas ex
ſuffitientia meritoꝛum ſed magis ex libera/
litate datoꝛis eam ꝓmittentis. Et ſic patet
ſecundum. Tercio mouet quandam que
ſtionem que talis eſt. Si lex non iuſtificat
non confert hereditatem eternam. quid er
go eſt lex. i. ad quid data eſt lex et que eſt e
ius vtilitas. Et reſpondet ſtatim dicēs ꝓp
ter tranſgreſſiones poſita eſt ſcꝫ repꝛimen/
das et coercendas. Lex enim dicitur a ligā
do. vt ligaret freneticam naturam que ad
omnia vicia pꝛona erat. Gen̄. viij. Pꝛoni
ſunt ſenſus hominis in malum ab adoleſcē
cia ſua. Vel ꝓpter tranſgreſſiones conuer
tendas vt homo qui de ſuis meritis ꝯfide/
bat acciperet pꝛecepta in quibus apte defi
ceret et ſic quereret ſaluatoꝛem. Et etiam
pꝛopter tranſgreſſiones multiplicādas oc/
caſionaliter vt ſic videntes manifeſte quod
multiplicarentur peccata clamarēt pꝛo ſal/
uatoꝛe habendo ꝓpter hoc enim data ē lex
duratura non ſemper ſed donec veniret id
eſt in carne appareret ſemen ſcilicꝫ abꝛae
cui repꝛomiſerat dominus. ꝙ per ipſū eſſet
benedictio. Dicitur autem chriſtus autem
ſemen. quia per ipſum eſt radix et oꝛigo ō/
nis boni. Yſa. vj. Semē ſanctum erit id qḋ
ſteterit in ea ſcꝫ in maria. Si ergo tantū

debebat durare lex que fuit per angelos oꝛ
dinata tanꝙ̄ per miniſtros et ſunt data eoꝝ
miniſterio patet ꝙ eſt tempoꝛalis. vel per
angelos vt dicit gloſa. i. per moyſen et a/
lios miniſtros dei qui angeli dicūtur. Ma
lach. ij. Labia ſacerdotis cuius ſciaꝫ ⁊ le.
re. qui. de oꝛe eiꝰ quia angelꝰ domini exer/
cituum eſt. Oꝛdinata dico in manu medi/
atoꝛis. id eſt in poteſtate chꝛiſti. vt quādiu
vellet ſtaret lex. vnde nō erat ſtabilita ſim
pliciter. Math. vj. Dominus eſt filius ho
minis etiam ſabbati. Deut. xxxiij. In dex/
tra eiꝰ ignea lex. Iſte ergo mediatoꝛ chꝛi/
ſtus eſt. qui eſt deus et homo ideo non eſt
vnius nature. ſed duas naturas habet i ſe
ſcꝫ diuinam et humanam et hoc valde cō/
uenienter quia ipſe debebat inter deum et
hominēꝫ mediare. ideo cum vtroqꝫ debuit
conuenientiam habere. Augꝰ. Mediatoꝛē
inter deum et hominem opoꝛtꝫ aliquid ha
bere ſſīe. deo et aliquid ſſīe hominibus ne i
vtroqꝫ ſſīe hominibus longe fieret a deo.
aut in vtroqꝫ ſſīe deo lōge fieret ab homi/
nibus. Deus autem vnus eſt. i. ꝗuis medi
atoꝛ iſte ſit deus et homo eſt tamē vnus d
us. et non ſunt plures dij. Iſte ergo media
toꝛ fecit pacem inter deum et hominem et
inter diuerſos populos ſimul. reducēs eos
ad vnam fidem et ad vnam eccleſiam et ad
vnam legem euangelij. qui ante diuerſas le
ges habebant. nam gentiles habebant legē
nature et iudei legem moyſi. Lex autem e/
uangelij continet decalogum moyſi et legē
nature. et vtriſqꝫ multa ſuꝑaddit et multa
reſecat nam a lege moyſi reſecat cerimoni/
alia. a lege autem gentilium ſuꝑſtitōes de
cultu et latria deoꝝ et veneratione creatu
rarum. Sic ergo mediatoꝛ iſte ōnia redux/
it ad cōcoꝛdiam. Eph. ij. Ipſe enim ē pax
noſtra qui fecit vtraqꝫ vnū. Et nota hic
quando debemus eum reuereri et honora/
re cum ipſe ſit rex noſter et legifer noſter.
et iudex noſter. omnibus his conſueuerūt
homines magnam reuerentiam exhibere
Nota etiam hic de ſarracenis quantaꝫ re
uerentiam faciunt machameto ꝗ dedit eis
legem et iudei moyſi et miſeri chꝛiſtiani nō



diligunt regem eorum. non honoꝛant legi/
ferum ſuum non timent iudicem ſuum: non
remunerant aduocatum ſuum ⁊ non recog
noſcunt beneficium mediatoꝛis ſui. Et ſic
patet tercium. Quarto mouet quandam
aliam queſtionē dicens. Lex ergo aduerſꝰ
pꝛomiſſa dei. Quaſi diceret. debebat dari be
nedictio et gratia que pꝛomiſſa erat in ſe/
mine abꝛae per quam iuſtificatio peccato
ris fieret et data eſt lex tranſgreſſionū mul
tiplicatiua ⁊ maledictionem et iram dei nō
obſeruantibus inducens cuius obſeruato/
res non inueniebātur ergo videt̄ ꝙ lex ſit
data cōtra id ꝙ deus ꝓmiſit abꝛae. Sed ip
ſe ſoluit dicens. Abſit ſcꝫ ꝙ hoc ſit verum i
mo lex eſt oꝛdinata in ꝑmiſſionem. quod ꝓ
bat. quia ſi lex data eſſꝫ que iuſtificaret vel
viuificaret. nunc lex eſſet contra pꝛomiſſio
nem. quia ipſam euacuaret cum ex lege na
ture eſſet iuſticia. ſic enim omnes querēt le
gem cum in ea iuſtificarentur. et ſic poſſꝫ ꝯ
tingere ꝙ nullus per ſemen abꝛae iuſtifica/
retur. vel ſaltē ꝙ multi non iuſtificarētur.
Et tunc lex directe eſſet contra pꝛomiſſio/
nē. qua dictum eſt ꝙ in ſemine abꝛae ōnes
debebant benedici. quia ergo lex non iuſti/
ficat ſed concluſit ſcꝛiptura. i. lex ſcripta ō
nia eſſe ſub peccato. oñdit omnia eſſe ſub
peccato et peccatoꝛē ex hoc lex oꝛdinat ad
pꝛomiſſionem vt pꝛomiſſo de iuſtificatōne
et hereditate habenda daretur credentibus
non ex operibus legis. ſed ex fide ieſu chꝛi
ſti: i. i ieſu chꝛiſto habita. ⁊ ſic nec ꝓmiſſio
legi. nec lex pꝛomiſſioni aduerſatur. Et ſic
patet quartum. Moꝛaliter autem ad e/
dificationem noſtram nota circa pꝛimam
partem epl̄e vt dicit ap̄lus ꝙ qui filij ſunt
abꝛae ſcꝫ per ſanctam imitacionem benedi
centur cum fideli abꝛaā. et ideo ſi volumꝰ
hanc benedictionem poſſidere. imitemur o
pera abꝛae. quia nō filij carnales abꝛae be/
nedicentur niſi fuerint eum in fide ⁊ oꝑibꝰ
imitati. Math. viij. Multi venient ab oꝛi
ente et occidente et recumbent cum abꝛaā
Yſaac et iacob in regno celoꝛum. Filij. aūt
regni eijcientur in tenebꝛas exterioꝛes Y
Imitemur ergo abꝛaam in octo maximis

virtutibus quas habuit. Pꝛimo imite
mur eum in perfecta fide quā de vnitate ⁊ — In fide
trinitate dei habuit. quia tres vidit ⁊ vnū
adoꝛauit. gen̄. xviij. Et quaꝫ habuit de in/
carnatione filij dei. Gen̄. xv. Credidit a/
bꝛaā deo et re. eſt et ei ad iuſ. Quam fidē
oſtendit dum fecit eleazar iurare ponendo
manum ſub femoꝛe ſuo. quod acciperet y/
ſaac vxoꝛem de cognatione abꝛae. In quo
oſtendit ꝙ de femoꝛe ſuo aliquis maioꝛ de/
bebat naſci qui deus erat cum per ipſum
ſicut per deum fecit eum iurare. et quia om
nes ſaluantur per fidem ieſu chꝛiſti que ꝓ
mo fuit in pectoꝛe abꝛae. ideo anime ſanc/
toꝛum dicuntur requieſcere in ſinu abꝛae. i.
in luce et requie viſionis quam abꝛaam cō
ſecutus eſt per fidem. quia viſio ſuccedit fi
dei. Lu. xvj. Factum eſt autem vt mo. mē.
et poꝛ. ab an. in ſi. ab. Habuit etiam fidem
viuam quia ipſam per opera oſtendit. No/
ſtra autem fides eſt valde imperfecta quia
ſi perfecte credēmꝰ non peccaremꝰ. j. Ioh
iij. Qui credit in illum non peccat. Pꝛop
terea ap̄li petebant dicentes. Domine adau
ge nobis fidem. lu. xvij. Vnde ſpiritꝰ dici/
tur mundum arguere de peccato. quia non
crediderunt in chꝛiſtū. vtꝫ. ioh. xvj. Eſt e/
ciam fides noſtra moꝛtua. quia ipſa ꝑ bo/
na opera non manifeſtamꝰ. Iaco. ij. Fides
ſine oꝑibus moꝛtua eſt. Et ſic per fidem ꝗꝫ
habemus nec a malis declinamus nec bo/
na oꝑamur. Hec enim duo facit fides per/
fecta ſcꝫ declinare a malo ⁊ facere bonum
Hanc fidem habuit abꝛaam. ⁊ ideo repu/
tatum eſt ei ad iuſticiam. Secundo imi/
temur eum in vera ſpe. Nam cum eſſet cen — In ſpe
tenarius et ſimiliter ſara. non eſt infirmatꝰ
in ſpe ſed veraciter ſperauit habere fili/
um quem deꝰ ei pꝛomiſerat. Ro. iiij. Qui
cōtra ſpē in ſpem credidit vt fierꝫ paẗ mlẗ
tarū gētiū Glo. Spes ꝑoꝛ ſm naturā fuit
dū ꝺ iuuēcula ſm naturā ſꝑauit ſobolē nec
tū habuit. modo ꝯtrariū iſti ſpei ſperauit. ſ.
vt vetulꝰ ꝺ vetula ⁊ ſterilꝰ ꝺ ſterili generarꝫ
iumentis eſcam ipſoꝛuꝫ ⁊ pul. coꝛ. inuo. eū.
Non enim confidit de dei pꝛouidētia q̄ dat
In vera aūt ſpe mirabiliter deficit mūdꝰ.

pſal. Et ideo non abſtinet ab iniuſtis lucris.
Item non confidit de dei miſericordia que
omnibus offert veniam. ꝛ ideo confiteri nō
curat. Mathei. xviij. Quociens peccabit
in me frater meus. ꝛ dimittam ei vſq; ad
ſepcies Dicit illi iheſus. Non dico tibi vſ-
q; ſepcies ſed vſq; ſeptuagies ſeptiec. Itē
in eodem vndecimo. Euntes diſcite quid ē
miſericordiam volo ꝛ non ſacri. Item non
confidit de dei potencia vt ſuſtentet homi-
nem in penitencia facienda ꝛ ideo penitētia
non curat facere. Contra quod Yſa. xl.
Qui ſperant in domino mutabunt fortitu-
dinem. Tercio imitemur eum in abundan-
ti caritate que apparet in eo ꝙ primus ce-
pit peregrinus hoſpitium exhibere. Item
in eo ꝙ valde obnixe pro ſodomitis orauit
ꝛ dicēs quomodo orauit incipiens a quin-
quaginta vſq; ad decem. geneſis. xviij. In
caritate mirabiliter defecit mundus. quia
oēs que ſua ſunt querunt. ꝛ non inuenitur
hodie dilectō in patre ad filium. Hodie re-
gnant in mundo duo amores. ſcilicet amor
inordiatus vſq; ad cōtemptum dei. ꝛ amor
proprius vſq; ad conſumationem chriſti.
Et racio huius eſt. quia quantum abunda-
uit iniquitas refriguit caritas Oſee. iiij
Maledictum ꝛ mendacium ꝛ homicidium
ꝛ furctuꝫ ꝛ adulterium inundauerunt ꝛ ſā-
guis ſanguinem tetigit. Quarto imite-
mur eum in perfecta obediencia. que patet
in eo ꝙ ad vnam vocem domini egreſſus ē
de terra ꝛ de cognatōne ſua ꝛ reliquit pa-
triam ꝛ parentes. Idem patet in eo ꝙ
ad mandatum domini voluit vnicum filiū
ymmolare. Cogitemus quanta obediencia
fuit iſta ꝛ apparebit imperfectō noſtre obe-
diencie ad deum qui tota die clamat vt mū-
danis renunciemus. ꝛ mundum fugiamus.
quia totus mundus in maligno poſitus eſt
ꝛ nihil prodeſt. Tota die clamat dominus.
Agite penitentiam Mathei tercio. Tota
die clamat vt vitemus conſanguineos ꝛ pa-
rentes. quia inimici hominis domeſtici ei⁹
Et ſi aliqui ſunt qui mundanis renūciēt
ꝛ relinquant patriam ꝛ parentes. faciunt
ſicut vxor loth que retroſpexit. Ita ꝙ

3° In caritate
4° In obedienciā

corde ſemper ſunt circa mundana ꝛ conſan-
guineos ꝛ notos. Contra quos dictum ē
abrae. Egredere de terra tua ꝛ de cognatio-
ne tua. Cum tamen iam eſſet egreſſus ꝛ ha-
bitaret in aram. In cuius figura manda-
tum eſt in lege ꝙ ab animali immolando
deberet amputari veſicula gutturis ꝛ proi-
ci. quia homo dedicans ſe deo debet proice-
re deſiderium mundanorum. Quinto y-
mitemur eum in pacifica conuerſatione.
Vnde ad loth ait. Ne queſo ſit iurgium in-
ter me ꝛ te. Ecce vniuerſa terra coram te
eſt. ſi tu ad ſiniſtram ieris ego dextram tene-
bo ꝛ cetera Geneſis. xiij. Hac pacifica cō-
uerſatōne omnino ꝛ totaliter caret mund⁹
ymo continuis guerris homines conſumū-
tur. ꝛ bona ipſorum deuaſtantur ꝛ anime p-
duntur. Cuius ratō eſt. quia perdita pace a-
nime. ad deum nulla pace potiſ hō Job. ix
Quis reſtitit ei ꝛ pacem habuit. Sed ſi ho-
mo haberet pacem cum deo ꝛ ambularet ī
via dei. deus daret ſibi omnem pacem Ba-
ruth. iij. Si in via dei ambulaſſes. habitaſ-
ſes vtiq; in pace ſuper terram. Sexto y-
mitemur eum in ſpūali circumciſione. que
per carnalem eius circumciſione figurata
eſt. vt ſcilicet actus vel opera noſtra circū-
damus Iere. iiij. Circumcidimini domio
viri iuda. Hac circumciſione mirabiliter ī-
diget mundus. quia totus eſt diſſolutus ꝛ ī
veſtibus ꝛ in domibus ꝛ in ludis ꝛ in om-
nibus operibus ſuis. Et ideo chriſtus volu-
it circumcidi vt in eo omnes chriſtiani ſpi-
ritualiter circūmcidantur. Septimo ymite-
mur eum in humilitate profunda. Quia
cum ita eſſet perfectus et ſingularis amic⁹
dei. ita vt de eius ſemine promitteret naſci-
turum filium ſuum. tamen in nullo ſuper-
biuit. Sed magis eſt coram deo humiliat⁹
dicens. loquar ad dominum meum cum ſim
puluis ꝛ cinis Geneſis. xviij. Peccator au-
tem nihil penitus habens ſuperbit. Qui e-
nim deum non habet qui eſt omnia omni-
no nihil habet Eccleſiaſticus decimo.
Quid ſuperbis ter. et ci. Octauo ymite-
mur eū in plena libertate. q; regi ſodomoꝝ
iniuſte expoliato ḡtis ſuccurrit cū vernacu-

5° In pace conuerſatione
6° In ſpūali circumciſione
7° In humilitate
8° In plena libertate



lis ſuis ꝛ recuperauit homines et predam
de omnibus nihil recipere voluit. vt patet
gen̄. xiiij. Sic ꝛ nos gratis liberare de⁹ vio-
lenter oppreſſos. ꝛ eripere eos de manu vio-
lentorum Job. xxix. Conteram molas ini-
qui et de dentibus illius auferebam predam
Sed heu hodie totus mundus venalis eſt.
nec inuenitur qui gratis vel amore dei velit
miſeris aſſiſtere. eciam ſacramenta eccleſie.
ꝛ patrimonium crucifixi venduntur pecuia
quod eſt maximum malum ꝛ perducens ad
detrimentum ꝛ perditionem. Actuum. viij.
Pecunia tua tecum ſit in perditōnem quo-
niam donum dei exiſtimaſti pecunia poſſide-
ri. Et ſic patet totum de epiſtola.

## Dominica. xiiij. de euāgelio ſermo. XCij.

D Vm iret iheſus in ieruſalem trāſ-
ibat per mediam ſamariam ꝛ ga-
lileam. luce. xvij. Sicut dicit au-
guſtinus. Magnus vtiq; venit
medicus. quia magnus vbiq; iacebat egro-
tus. Totum quippe genus humanum egro-
tum valde iacebat in morte ſpūaliter ꝛ cor-
poraliter. nec aliquis reperiebatur qui poſ-
ſet ipſum ſanare niſi filius dei pſal. Miſit v-
bum ſuum ꝛ ſanauit eos. Propterea eccle-
ſia clamat dicens. Media vita in morte ſu-
mus quem querimus adiutorem niſi te do-
mine. Venit ergo filius dei ꝛ ſanauit om-
nes qui ad ipſum acceſſerunt Luce. vj. Vir-
tus de illo exibat ꝛ ſanauit omnes. Et ſicut
tunc omnes ſanauit. ita quotidie ſanat om-
nes qui volunt in ipſum credere. Denarius
quippe numerus eſt perfectus numerus vl-
tra quem non proceditur ſed omnem conti-
net numerum et ſignat ꝙ omnis multitudo
hominum per ipſum chriſtum ſanata eſt. q
per tranſgreſſionem decaligi ſunt infirmi.
In hoc enim miraculo vniuerſitas pecca-
torum intelligitur per chriſtum fore ſanata
et corporaliter et ſpūaliter. ſicut iſti vtroq;
modo ſunt ſanati vt ſancti dicunt Sed pau-
ci hoc magnum beneficium recognoſcunt.

tiam de decem mundatis ſolum vnus rediit.
gracias referens ieſu. Circa hoc miracu-
lum euangeliſta quinq; ponit per ordinem
Primum eſt decem leproſorum chriſto in
iheruſalem pergenti occurſus et obuiacio.
In principio euangelij. Secundum eſt cla-
mor ipſorum atq; poſtulatio ibi. Qui ſtete-
runt a longe ꝛ leuauerunt vocem dicentes.
Tercium eſt ipſorum clamancium exaudi-
tio ꝛ curatio ibi. Quos vt vi. dixit. Ite o-
ſtendite vos ſa. Quartum eſt vnius mun-
datorum regratiatio ibi. Vnus autem ex il-
lis vt vi: quia mun. eſt. Quintum eſt reli-
quorum nouem exprobratio ꝛ regraciantis
commendatio ibi. Reſpondens autem ihe-
ſus dixit. Nonne decem mundati ſunt ꝛ no.
vbi ſunt. vſq; in finem. Primo ergo po-
nitur occurſus leproſorum ad iheſuꝫ in ihe-
ruſalem pergentem. Et hoc eſt. Dum iret
iheſus in iheruſalem ꝛ cetera. Littera pla-
na eſt. Nota ergo hic quattuor loca. ſcilicꝫ
hieruſalem per quaꝫ intelligitur celeſtis pa-
tria. interpretatur enim viſio dei ſiue pacis.
Samaria que interpretatur cuſtodia. quia
cuſtodire nos debemus a multis. Galilea
que interpretatur rota ſiue tranſmigratio.
quia cauere nos debemus a rota fortune. et
de vicijs ad virtutes. ꝛ de mundo ad celum
tranſmigrare. Et caſtellum per quod eccle-
ſia militans intelligitur munita virtutibus
ꝛ cuſtodia angelorum. Debemus ergo trāſ-
ire per ſamariam id eſt per cuſtodiam no-
ſtri ꝛ ſenſuum noſtrorum. et per galileam.
id eſt per cautelam fortune ꝛ tranſmigrati-
onem de vicijs ad virtutes. ꝛ intrare eccleſi-
am per fidem ꝛ caritatem. Et tandem ire
cum iheſu ad hieruſalem id eſt ad viſionem
dei. Et ſic patet primum. Secundo poni-
tur clamor leproſorum atq; peticio. 5
Vbi nota ꝙ p leproſos iſtos ſignantur pec-
catores volentes a domino curari. qui de-
bent quinq; facere que iſti fecerunt ſi volūt
anime conſequi ſanitatem. Primo namq;
debent deo occurrere ꝛ ei cordis oſtium ape-
rire quia ipſe ſtat ad oſtium ꝛ pulſat volēs
ad nos intrare. vt dicitur apo. iij. Et q̄tum
debemus ei occurrere. Certe pax bernhar-

O homo non oportet te mare tranſnatare non tranſalpinare terram. ſed vſqꝫ ad cordis oſtiuꝫ ⁊ oris occurrere dño tuo. vſqꝫ ad cordis ↄpunctionem ⁊ oris confeſſionē. Et hoc notatur ibi. Occurrerunt. Scḋo debent firmuꝫ propoſitū boni habere quod notaꝛ ibi. ſteterunt. Steterunt enī in propoſito ꝑ boni ↄceptōnem. Hoc enī neceſſario peccator cōuertendus debet habere ſcꝫ firmuꝫ propoſitum abſtinendi a malo ⁊ faciendi bonum. Exo. xv. Stetit vnda fluēs. i. peccator quaſi vnda maris fluens ⁊ effluens. qꝛ tunc ſtat qñ hꝫ firmum propoſitū abſtinendi a malo ⁊ ꝑſeuerandi in bono ⁊ hoc fit quando congregate ſunt abyſſi peccatoris in medio maris. i. amari cordis per conſideracōnem ⁊ cōpunctōnem. Yſa. xxxviij. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine aie mee Tercō debent habere de peccatis que fecerunt verecundiā ⁊ confuſioneꝫ. Et hoc notatur ibi. Alonge Luc. xviij. Publica aūt alon. ſtans no. oculos ad ce. le. Idem patet de madaglena que ſtans retro non audebat ante accedere. Ecci. iiij. Eſt confuſio adducens peccatū. ⁊ eſt ↄfuſio adducens graciaꝫ ⁊ gloriam. Multi volunt conuerti ad deuꝫ ⁊ nullam confuſioneꝫ de peccatis aſſumunt ymo veniūt ad confeſſionē ridendo. Hebre. iij. Frons mulieris meretricis facta eſt tibi noluiſti erubeſcere. Quarto debent habere deuotam ⁊ lacrimoſam oracōnem. Hoc notatur ibi. Leuauerunt vocē ſuam. Treno. ij. Leuem⁹ corda noſtra cum manibus Job. v. Voca ſi eſt q au. ⁊ ad aliquē ſanctorum ↄuertere Aug⁹. O ſi poſſem⁹ hoies excitare ⁊ cum illis ꝑiter excitari. vt tales eſſe mus amatores vite ꝑmanentis quales ſunt illi vite fugientis. Si hoies tantū deſiderarent mundari a lepra ſpūali ſicut a corporali cito eſſent mundati ⁊ grandia ꝓ illa facerent. iiij. reg. v. Et ſi rem grandē dixiſſꝫ tibi ꝓpheta certe facere debueras. Peccator ei valde indiget ſanctos orare. cum ipſe ſit ſpiritus vadens ſcꝫ ꝑ ſeipſum in peccatū. ſꝫ nō rediens ſcꝫ ꝑ ſeipſum. Vnde niſi precib⁹ ſanctoruꝫ iuuareꝛ. nunq̃ de peccato exiret. Et ideo peccatores quotidie ↄuertunꝛ. quia eccleſia quotidie ꝓ eis orat. In cuius figura mandatum eſt in lege ꝙ leproſus per quem peccator intelligiꝛ deberet clamare ⁊ ſe immundū dicere. Quinto debent verā confeſſionem habere de chriſto. ⁊ diſcretā petitōeꝫ ad ipſum confitentes ⁊ dicentes. Jeſu preceptor miſerere noſtri. Quia debent confiteri ꝙ iheſus eſt ſaluator hoim. ⁊ preceptor cui omnis creatura obedit ad nutuꝫ a quo nihil aliud debent petere niſi miſericordiaꝫ ⁊ gratiam ſuaꝫ. pſal. Miſerere mei deus ſecundū magnā miſericordiā tuam. Cum enī peccator ſit totus plenus malis ⁊ vacu⁹ bonis: nihil eſt magis miſeꝝ q̃ peccator. ⁊ nihil eſt miſerius vt dicit aug⁹. peccatore nō miſerante ſeipſuꝫ. ⁊ ideo abiſſus miſeric peccatoris debet abiſſuꝫ diuine miſericordie inuocare. pſal. Abiſſus abiſſuꝫ inuocat Quia miſericordia dei reſpicit miſeriā peccatoris Et ſic patet ſecundum. Tercō ponitur ipſoꝝ clamātiū exauditō ⁊ curacō. Vbi nota quattuor ꝟba dñi. ſ. vidit. dixit. ite ⁊ oñdite. Vidit miſerādo. dixit ꝑcipiendo ⁊ ↄſulendo ite obediēdo. oñdite vos ſacerdotib⁹ pctā ↄfitēdo. Iſtis quattuor mōis ſananꝛ pctōr a lepra aie. Primo enī oꝑtet ꝙ deus reſpiciat pctōrem cui⁹ reſpect⁹ penetrat cor. Sic aſpect⁹ baſilici penetrat vſqꝫ ad cor ⁊ interficit hoiem. ſic reſpectus xpi penetrat vſqꝫ ad cor ⁊ dat vitā aie. Sic reſpexit dñs petꝝ. ⁊ iō ſtati egreſſus foras fleuit amare ⁊ reuixit q erat mortu⁹. Hoc ē primū ⁊ optimū in iuſtificatōe pctōris. qꝺ ſi hoc de⁹ nō facit pctōri induraꝛ ⁊ nunq̃ ↄuertiꝛ. ⁊ ꝑ h⁹ ſubtractōeꝫ de⁹ ꝺꝛ cor pctōris idurare Exo. iiij. Ego idurabo cor pharaōis. Secūdo oportꝫ ꝙ pctōr recipiat ↄſilia ⁊ ꝑcepta dei. vt ſciat quō ⁊ qd ꝺbeat agere ⁊ a malis cauere. qꝛ vt ꝺꝛ iob. xxxvij. Oēs qppe iuolui mur tenebris. Et iō oportꝫ vt a deo iſtruaꝛ de ſalute ſua. Et ob hoc fili⁹ dei oñdit ꝺ celo vt nos veritatē doceꝛꝫ Job. xviij. Ego i hoc nat⁹ ſuꝫ ⁊ ad hoc veī in mūdū vt teſtimoniū ꝑhibeā ꝟitati. Itē cū ſine fide ip⁹le ſit placere ꝺo. ad heb. xj. fides aūt ex auditu ⁊ ꝑ ꝟbū ꝺi hēaꝛ. vt ꝺꝛ ro. x. neceſſario opꝫ hoiem inſtrui ſi vult ſalutem conſequi. Et



ideo criſtus diſperſit apoſtolos per mundum vt homines docerent Marci. xvj. Eūtes i mundum vniuerſum predicate euangelium Propterea dicebat apoſtolus actuum. xx. Nō enim ſubterfugi quo minus annūciarē vobis omne conſilium dei. Tercō oportet ꝙ peccator poſtq̃ eſt inſtructus obediat preceptis dei ea obſuādo. Joh. xiij. Si hec ſcitis beati eritis ſi ea faceritis Math. xviij Si vis vitā ingredi ſua mandata Eccleſia. viij. Qui cuſtodit preceptū non experieꝛ qc quā mali. Ergo ꝑ obſeruacōneꝫ preceptorū hō ↄſequiꝛ vitā ⁊ gloriā. ⁊ vitat mala ⁊ penas inferni. Quarto oportet ꝙ ſubijciat ſe peccator miſtris eccleſie. ⁊ accipiat ab eis eccleſiaſtica ſacramenta. qꝛ q̃uis hō eſſet inſtructus de fide ⁊ oſeruaret precepta legis. niſi acciperet eccleſiaſtica ſacramenta non ſaluareꝛ Joh. iij. Niſi qs renatus fuerit ex aqua ⁊ ſpūſancto nō poteſt intrare regnū dei Hoc chriſtus oſtendit in ſauciato. queꝫ nec ſacerdoſ nec leuita. i. nec ſacrificia nec lex ſanare potuerūt ſed ſamaritan⁹. i. chriſtus ſanauit eum infundendo vinū ⁊ oleum. i. exhibendo eccleſie ſacramenta. qꝛ q̃uis deus aliter poſſet ⁊ ſine ſacramentis homines ſaluare. tñ hoc ſibi ſic placuit. Ordinauit enim vt nullus ſine ſacramentis ſalueꝛ que efficaciam hñt a paſſione chriſti. cuius virt⁹ nobis nō aliter applicaꝛ niſi mediantib⁹ ſacramentis. In cuius figura iſtis leproſis mundatis mandauit vt oſtenderent ſe ſacerdotibus. qꝛ peccatores debent ſe per veram ⁊ purā confeſſionē oſtendere ſacerdotib⁹ ⁊ recipe ab eis eccleſie ſacramenta Canti. ij. Oſtende mihi faciem tuā. i. ↄſcienciam tuā ſo. vo. tu. in. au. me. ſcꝫ ꝑ veraꝫ ↄfeſſionē Ecci. iiij. Preſbitero humilia aiam tuam. Et ſic mundaꝛ homo a lepra anime. Sed attende quia vt dicit ꝙ dum irent mundati ſunt. Vbi notandum ꝙ poſtquā peccator recipit reſpectum dei ad cor. per quem dolet de peccatis ⁊ proponit in poſterum abſtinere ⁊ bene agere. proponit etiam recipere eccleſie ſacramenta. ſtatim antequam facit in ipſo propoſito deus abſoluit eum ⁊ mundat a culpa ⁊ ſi ſtatim moreretur non iret ad infernum. Et tanta poſſet in eo eſſe contricio ꝙ abſolueretur a culpa ⁊ a pēa ſicut fuit in magdalena: nihilominus oportet ꝙ talis quantumcunqꝫ contritus cōfiteatur ⁊ recipiat eccleſie ſacra ſi aſſit facultas. quia non fuit ei dimiſſa culpa. niſi cum propoſito ea recipiendi. cum poſſet propterea patet ꝙ in virtutē ſacramentorum fuit ei dimiſſum peccatum. quia namqꝫ habuit propoſitum recipiendi ſacra. ideo fuit a peccato abſolutus. Sed vt dicit philoſophus propter vnumquodqꝫ et ipſum magis. Si ergo propter propoſitum recipiendi eccleſie ſacra peccator abſoluitur ergo ipſum abſoluunt eccleſie ſacramenta. ⁊ multomagis in ſumptōne ſacramentorum peccator abſoluitur quaꝫ in propoſito ea ſumendi. Et ideo niſi ea reciperet eſſet mendax non faciens quod domino in corde promiſit ⁊ propterea ſi ipſe poſtea non facit quod do promiſit. ⁊ deus reuocat quod indulſit. quia frangenti fidem fides frangatur eidem vt dicunt iura. Et nota ꝙ in hac peccatoris iuſtificatōne quattuor concurrunt. que ſunt gratie infuſio. motus liberi arbitrij ad bonum cordis contricio de malo. ⁊ peccati dimiſſio quo ad culpam pſal. Commouiſti terram ſcilicet per gratie infuſionē et conturba. eaꝫ ſcilicet per cordis contricōnem. ſana contriciones eius ſcilicet peccati. remiſſionem. quia cōmota eſt ſcꝫ ꝑ liberi arbitrij aſcenſionem. Sed ſi peccator in ipſa cordis contricione abſoluitur anteq̃ perueniat ad ſacerdotem vt hic innuitur quia dum irent mundati ſūt. quid facit poſtea ſacerdos ⁊ a quo abſoluit eum. Ad hoc dicendum ꝙ ſolus deus abſoluit peccatorem a culpa in ipſa cordis contricōe. Yſa. xliij. Ego ſum qui deleo iniquitatem tuam propter me. Sacerdos autem oſtendit eum abſolutum. Abſoluit etiam eum a parte pene virtute clauium. Hoc ſic cōmuniter ſoluitur. Sed hoc nullo modo videtur ſufficienter dictum quia criſtus non dixit petro quecunqꝫ oſtenderis abſolutum ſed quecunqꝫ ſolueris. vt dicitur. Mathei. xvj. ſimiliter Johannis. xx. non dixit quorum remiſeritis penas peccatoruꝫ ſed quorum remiſeritis peccata ⁊ cetera.

Item dictuꝫ eſt hic immediate ſupra ꝙ in
virtute ſacramētoꝝ que ꝯferuntur a ſacer-
dote tanq̄ꝫ a dei miniſtro. que etiam in ꝟbis
a ſacerdote ꝓlatis cōſiſtūt que pc̄cōr ꝓ
ponit ſūmere remittit̄ ei pctm̄. Et ideo dicē
duin ꝙ ſacerdos miniſterialiter ꝛ inſtrumē
taliter peccatorē a peccato abſoluit et non
ſolum a peccato oſtendit abſolutū. Eſt eniꝫ
ſacerdos miniſter dei et ei⁹ inſtrm̄ animatū
Et hoc optime oſtēdit xp̄s in lazari reſu-
ſcitatione per quē pc̄cōr rediens ad dei gra
tiam deſignat̄. queꝫ xp̄us ſolus a mortuis re
uocauit. ſed apl'is mādauit vt eum ſolueret
Et ſic patet ꝙ lazarus fuit a xp̄o reſuſcita-
tus. et ab apoſtolis abſolutus. Similiter ē
in iuſtificatione peccatoris. quem ſolus de⁹
ſuſcitata morte culpe reddens ei gratiaꝫ ſuā
ſed ſacerdos abſoluit euꝫ a catenis peccato
ruꝫ quib⁹ pro tali culpa ligat⁹ tenebat̄. Exē
plum rex vel poteſtas in ꝯſilio abſoluit ma-
lefactoreꝫ qui tenetur in carcere in catenis
et miniſtri regis vadūt ad carcerē et ex par
te regis abſoluūt cuꝫ a carcere et catenis ꝛ
remittūt eum in domuꝫ ei⁹ et reddūt ei om-
nia bona ſuā. Sic facit ſacerdos qui tanq̄ꝫ
miniſter dei abſoluit pc̄cōrē a catenis pecca
toꝝ et reducit eū in ecc'iam dei reddit ſibi bo
na ſua que añ peccatum fecerat et facit euꝫ
participem omniū bonoꝝ que fiunt in eccle
ſia et dat ei cibum vite manducare. ſcꝫ cor-
pus xp̄i et docet eum quomō debeat viuere
et in via dei ābulare et ſtare. Et ſic patet ꝙ
magna habꝫ ſacerdos facere in iuſtificatōe
pc̄cōris. et non ſolum oſtēdere eum abſolu-
tum. Et ſic per ea q̄ dicta ſunt. duo errores
eliduntur. Prim⁹ eſt hereticoꝝ qui dicunt
nullum mūdari a pc̄cō niſi ꝑ impoſitōeꝫ ma
nus. cum tñ deus in ip̄a contritione cordis
pc̄cā dimittat. Scd̄us eſt pauꝑum de lugdu
no dicētium nō eſſe neceſſariū ſacerdoti con
fiteri. quia quilibet bonus criſtianus eſt ſa
cerdos. Et ſic patet tercium. Quarto ponit̄
vni⁹ de mūdatis regratiatio. quia vnus ex
illis vt vidit ꝙ mundat⁹ eſſet regreſſus eſt
Vbi quattuor notātur. Primū eſt bñficij
ꝑcepti recognitō. quia vn⁹ vt vidit q2 mun
datus eſt. i. cognouit ſe a xp̄o eſſe mūdatum
Sic peccato debꝫ cognoſcere immēſum be-
neficium indulgētie pc̄cōꝝ a peccato. et ſuꝑ
omnia carū tenere. qd̄ nō faciūt qui pro ni-
hilo ꝓputant bñficium tale iteruꝫ peccādo
Scd̄m eſt feſtiña ad benefactorē regreſſio
q2 regreſſus eſt. Sic pc̄cōr poſtq̄ꝫ mundat⁹
eſt deoꝫ redire ad deuꝫ ꝑ plenā ſatiſfactionē
Sic redijt magdalena de qua. Gre. dicit ꝙ
tot habuit in ſe olocauſta virtutuꝫ quot añ
habuerat oblectamēta peccati. Deut̄. xxv.
Pro menſura peccati erit ꝛ pla. mo. Ter-
cium eſt benefactoris diuulgatō ꝛ ꝯmenda
tio. q2 cum voce magna magnificans deuꝫ
pſal. Venite audite ꝛ nar. o. q ti. de. q. fe. a-
ni. m. Debet em̄ homo beneficia narrare ad
laudem ꝛ gloriam dei. Luce. viij. Redi in
domuꝫ tuam ꝛ narra quanta fecit tibi de⁹
pſal. Narrabo omnia mirabilia tua. Sic
narrauerunt illi quattuor viri leproſi q ſta
bant iuxta portam ſamarie quando obſide-
batur ciuitas dicentes. Hec dies boni nun
cij eſt. Et ſequit̄. Venite ꝛ nūciem⁹ in aula
regis. iiij. reg. vij. Quartuꝫ eſt hūilis ꝛ de-
uota grārum actio. q2 cecidit in faciem pe
des ei⁹ grās agens pſal. Benedic aīa mea
do. ꝛ noli obli. om. retri. ei⁹. Quia vt dicit
bern. Ingratitudo eſt vent⁹ vrens. ſiccans
fontē pietatis. rorē miſericordie. flucta grē.
Debꝫ ergo pctōr regraciari deo ꝙ a tot ma
lis eripuit eū ꝛ tot bona ꝯtulit ei. Et nota
ꝙ boni cadūt in faciē ſicut iſte. q2 vident et
ꝯſiderāt viā ꝑ quā vadūt in qua per humi
litatē cadūt. Itē añ pedes cadit ieſu q bñ-
ficiū mūdacōnis ſue ei attribuit. Sic faci-
unt boni. Mali autem cadūt retro ſicut he
li. j. reg. iiij. Et ideo frāgūt ſibi collum. q2
non vident. Ad maiorem cōmendacionem
iſti⁹ adiūgit̄. ꝛ hic erat ſamarita. i. alieigēa.
Multi eniꝫ ſeculares magis recognoſcunt
bñficia dei q̄ꝫ domeſtici et clerici ꝛ religioſi
qui ad gratiam maximam ſunt vocati quaꝫ
non recognoſcūt. Et multi ſarraceni magis
recognoſcūt bñficia dei q̄ꝫ plurimi chriſti-
ani qui benefitijs plurimis ſunt dotati. De
quo dominus conqueritur dicēs. Cognouit



poꝛrigitur. et hoc latitudo eſt. Nunc lon-
ganimitate aduerſa tolerat in eo ꝙ veraci-
ter pſeuerat hoc longitudo eſt. Hoc auteꝫ
totum pꝑter adipiſcēdam vitaꝫ facit que
illi pmittitur in excelſo. et hoc eſt altitudo
Exiſtit vero in alto ipſa caritas. et hoc eſt
pfundum. pfunda eñ eſt voluntas dei. cu-
ius cauſe nō inueſtigātur. cuius gratia ſu-
mus ſaluati. Et quia duplex eſt ſciētia: ſcꝫ
ſpeculatiua et pꝛactica. Speculatiua auteꝫ
p pꝛacticam pficitur. ideo apoſtolus nō ſo
lum rogat vt habeant ſciētiam ſpeculatiuā
de caritate ſed etiam pꝛacticam vt ſcꝫ per
opera caritatem ſciant ſicut xp̄us ſciuit. Et
hoc eſt qđ ſubdit Scire etiā ꝛc̄. id eſt ro-
go etiam ꝙ deus det vobis ſcire expimēta-
li ſciētia caritatem chꝛiſti ſupeminētem ſci-
entie veſtre expimentali. Nullus eniꝫ in ſe
tantam pōt ſentire caritatem quāta fuit ca
ritas xp̄i. Tanta eñ fuit vt ſeipſum daret
etiam p inimicis. Multa eñ eſt caritas cū
ſe aliquis dat p amicis. Ioh. xv. Maioꝛeꝫ
hac dilectionem nemo habet. Sed ſupemi
net et maxima tunc eſt caritas quādo quis
etiā dat ſe p inimicis ſicut xp̄s fecit. Ro.
v. Cōmendat autem caritatem ſuam deus
in nobis. quoꝫ cum inimici eſſemus recon-
ciliati ſumus deo p moꝛtem filij eius. Ex-
cedit etiaꝫ caritas xp̄i ſciētiam noſtram ſpe
culatiuam quia nullus poſſet ſimplici co-
gnitiōe appꝛehendere tātam abundātiaꝫ ca
ritatis. Abacuc. j. Aſpicite in gentib⁹ ꝛ vi
dete et admiramini ꝛ obſtupeſcite qꝛ opus
factum eſt in diebus noſtris qđ nemo cre-
dit cum narꝛabitur. Et ad quē finem debe
mus ſcire p expientiam caritatem xp̄i ſup-
eminētem certe vt pficiamus in illa et ad
beatitudinem pueniamus qua deus plen⁹ ē
in quo omne bonū continetur. Exo. xxxiij
Oſtendam tibi omne bonū Et hoc eſt. Vt
impleamini ſcꝫ caritate et bonis alijs ten-
dentes per hoc in omnē plenitudinem dei.
id eſt in illam plenitudinem dei qua deus
nos replebit in patria id eſt ſeipſo in quo
omnis boni plenitudo cōtinetur. Plenitu
do eius vie qua homo caritate eſt plenus
que eſt plenitudo gratie ducit ad plenitudi
nem patrie que eſt plenitudo gloꝛie. Io.
Petite vt gaudium veſtrū ſit plenū. Et ſic
patꝫ ſecūdum. Tercio apoſtolus ſubiun
git p collatis beneficijs gratiaꝝ actionem
dicens. Ei aūt ſit gloꝛia qui potens eſt om-
nia facere que petij et pꝛo quibus petij et
ad hoc genua flectio et ſupabundāter ꝙ̄ pe
timus aut intelligimus id eſt magis abun-
danter tribuit nobis deus ꝙ̄ petamus aut
intelligamus. Sic patꝫ in ſalomone qui pe
tijt ſciētiam tātum et dedit illi cum ſciētia
diuitias et gloꝛiam quas nō cogitabat nec
petebat. iij. Re. iij. Ecce feci ſm ſermones
tuos et dedi tibi coꝛ ſapiens. ſed ꝛ que non
poſtulaſti dedi tibi. j. Coꝛ. ij. Oculus non



vi. nec au. audi. nec in coꝛ homi. aſcen. que
pꝑa. de his qui dili. il. Et hoc facere nobis
potens eſt deus ſm virtuteꝫ que opatur in
nobis. id eſt ita pōt deus hoc in nobis fa-
cere ſicut iam fecit in nobis apoſtolis quia
eius virtute ſumus in fide roboꝛati et in
caritate fundati et omnia in ipſo poſſum⁹
Phil. iiij. Omnia poſſūꝫ in eo qui me cō
foꝛtat. Ipſi ergo ſit gloꝛia et vbi. certe in
eccleſia iuſtoꝝ. Alibi eñ non valet gratiaꝝ
actio. Aug⁹. Non eſt locus veri ſacrificij
in toto mūdo extra catholicam eccleſiā Et
hoc totum in xp̄o ieſu id eſt p ieſum xp̄um
Ipſe eſt eñ altare aureum qđ eſt ante ocu
los dei ſup qđ offerēdum eſt. vt dꝛ Apoc.
viij. Et ideo omnes oꝛatōnes p ieſum xp̄m
terminātur. Et quāto tempe fiet hoc. cer-
te in omnes generatōnes ſeculi omniū ſecu
loꝝ cōtentium amen. Moꝛalitas. Sicut
ex dictis ptꝫ. apoſtolus in hac epiſtola ad
tria nos hoꝛtatur. Primo vt pꝑter nullas
tribulatōnes vel pꝑter quecūqꝫ mala eue
niētia. a vera fide deficiamus ſed ſim⁹ coꝛ-
roboꝛati intus in anima fide xp̄i. Secundo
vt ſimus radicati et fundati in caritate ſm
quattuoꝛ dimenſiones caritatis. et habem⁹
expimentalem ſciētiam chꝛiſti que p opera
caritatis manifeſtatur. et hoc vt implea-
mur omni plenitudine chꝛiſti ſcꝫ gratie et
gloꝛie. Tercio vt in eccleſia deo p benefi-
cijs gratias referamus. Circa primū nota
ꝙ tria ſunt que debent nos in fide xp̄i fir-
miter ſtabilire ſcꝫ fidei veritas ꝛ bonitas.
fidei virtus et fidei meritum ſiue vtilitas.
Primū ergo eſt. fidei veritas ꝛ bonitas
Nulla eñ alia fides eſt vera ꝛ bona niſi fi
des xp̄iana. qđ patꝫ ex tribus. Pri
mo ex miraculoꝝ factione. In nulla enim
alia fide fiunt miracula niſi in noſtra q̄ ab
inicio mūdi fuit miraculis confirmata. et
maxime tempe pꝑhetaꝝ quādo eam phe-
tabant et tempe apoſtoloꝝ qui eam pdica-
bant et in coꝛdibus hominū plantabant.
Mar. xvi. Signa aūt eos qui cre. hec ſe. in
no. me. de. ei. Deus aūt non coopatur ma-
lis. Cum igitur mirabilia per ſolam poten
tiam dei fiant. liquet fidem ad quā confir-
mādum mirabilia fiunt eſſe bonam. Ipſi
etiam ſaraceni confitentur ꝙ machomet
nullum miraculum fecit. Secūdo ex tiran
noꝝ perſecutione. omne nāqꝫ regnum appa
ret eſſe cōſumptum ab inimicis pꝑter eoꝝ
potentiam. Exemplum de regno aſſirioꝛuꝫ
et grecoꝝ et romanoꝝ. Fideles autē pꝑter
fidem chꝛiſti quā tenebant maximas ꝛ ge-
nerales pſecutiones et multo tempe ab im
peratoꝛibus romanis ꝛ pꝛincipibus mūdi
paſſi ſunt. vt dicit aug⁹. et nō potuerūt eā
extirpare imo ipſa ſemp creſcebat. et idola
tria et imperium deficiebat. et quādo vn⁹
interficiebatur decem credebant. Hec aūt
nullo mō potuiſſent fieri niſi deus ſuſtētaſ-
ſet eam. qui mittebat angelos qui interfici
ebant inimicos vel conuertebāt eos. vt ptꝫ
in conſtātino ꝯuerſo et in tarquino ab oſſe
piſcis ſuffocato. Cum ergo deus ſuſtenta-
uerit eam liquet ipſam eſſe bonaꝫ. Tercio
ex maloꝝ factōne que in fide xp̄iana fuit q̄
tot ſunt ꝙ pꝑterea omnino xp̄ianiſſimus
et xp̄iani extirpari deberent et tñ fides ſem
per ſtat et defendit xp̄ianos. Nulla natio
tātum offendit cōtra fidem et legem ſuam
ſicut xp̄iani. et maxie vbi deberet eſſe fons
ſanctitatis ſcꝫ in cleꝛo et in eccleſia roma-
na ibi eſt vicioꝝ ſentina. per qđ maxime
ptꝫ ꝙ in fide xp̄iana opatur virtus diuina
alias deficeret ſi eſſet mala cum malum ſe
ſuſtentare non poſſit. bonum aūt ſeipſum
ſuſtentat. Hic cadit exemplum ciuiuſdaꝫ iu
dei de hiſpania qui anteꝙ̄ baptiſaretur vo
luit venire ad curiam pape qui videns ibi
tot mala fieri dixit. vere fides iſta ſuſtenta
tur a deo. Hoc etiam ptꝫ in iudeis qui tā
diu ſuſtentati ſunt ꝙ̄diu bonaꝫ fidem ſuſti
nuerūt. et ſtatim poſtꝙ̄ fidem xp̄i bonam
nō receperūt exterminati ſunt. Secūduꝫ
qđ in fide xp̄i debet nos ſtabilire eſt fidei
virtus. que quātum ad tria mirabilis ap-
paret. Primū eſt quia fides facit
homines filios dei. Ioh. j. Dedit eis pote-
ſtatem filios dei fieri. Et eripit de ſeruitu-
te diaboli. Omnes eñ naſcimur filii ire et
ſerui diaboli. ſed p fidem que in baptiſmo
recipitur ab eius poteſtate eripimur. Col. j

Qui eripuit nos de pote.tene.ſ.demonum
Hoc figuratum fuit in occiſione agni per
cuius fidem id eſt per fidem illius quē il-
le agnus figurabat filij iſrael liberati ſunt
de ſeruitute pharaonis. Hebre.xj. Fide mo
iſes celebrauit paſcha et ſangninis effuſio
nem id eſt habuit fidez ꝙ illius agni mors
figurabat mortem incōtaminati filij dei ꝑ
quā fidem erepti ſunt de manu pharaonis
Math.xvj. Porte infe.non ꝑua.aduer.eā
Secūdum eſt.quia fides noſtra liberat nos
a triplici morte ſcilicz nature culpe ꝛ pene.
Joh.xj. Qui credit in me etiam ſi mor.fu.
viuet.ꝛc. Nam mortē nature mutat in reſur-
rectionem glorie. Et ideo qui fideliter mo
ritur non debet dici ꝙ moriatur ſed ꝙ glo-
rioſam vitam inchoet.i.Theſſ.iiij. Si em
cre.ꝙ ieſus mor.eſt ꝛ reſur.ita ꝛ deus eos
qui dor.ꝑ ie.ad.cū eo. Aug⁹. Tantam gra
tim deus fidei ꝯſtitit vt mors quā conſtat
vite eſſe cōtrariam.inſtrumētum fieret per
qđ tranſiretur ad vitam eternaz. Hebre.xj
Fide enoch tranſlatus eſt ne videret mor-
tem. Tercium eſt quia fides facit nos con
temnere mūdum ꝛ bonū eius que ſunt tria
ſcz honores.delicie.et diuitie. Hebre.xj. Fi
de moiſes grandis effectus negauit ſe eſſe
filiuz filie pharaonis. Ecce honores. Ma
gis eligens affligi cum populo dei ꝙ̄ tem-
ne iocūditatis peccatum habere. Ecce deli
cie. Maiores diuitias eriſtimās theſaurus
egyptioꝝ im.ꝑperiu xp̄i. Ecce diuitie. Om
nis em̄ homo ſcūs iſta tria cōtemnit pro-
pter fidem quā habet de futura gloria. qꝛ
vt dicit apl'us.j. Coꝛ.xv. Si in hac vita
tātum in xp̄o ſperātes ſumus miſerabilio-
res ſum⁹ omnibus hominibus. Hoc fuit fi-
guratum in captione hierico. Hierico lu-
na interꝑtatur et ſignificat mūdum qui vt
luna mutatur que mandata fuit capi ꝑ tre
decim circuit⁹. vt ptz ioſue.vj. Qui ſignat
tredecim articulos fidei quibus muri hie-
rico funditus corruerūt. quia qui ꝑfectaz
fidem habent totus mūdus ante eos cadit
Hebre.xj. Fide muri hierico corruerunt.
Tercium qđ nos in fide xp̄i debet ſtabi-
lire eſt fidei meritū ſiue vtilitas. Fides em̄

noſtra eſt valde ardua et ad credēduz ꝛ ad
exequēdum et habet magnum meritū. Qđ
ptz quātum ad tria. Primo quātū
ad peccatoꝝ remiſſionez.quia per fidei me
ritum peccata dimittūtur. Lu.v. Quoꝝ fi
dem vt vidit ieſus dixit. Homo re.t.pec.t
Secundo quātum ad ſalutis ꝛ gratie con-
ſecutionem.quia ꝑ fidem homo meret ſa-
lutem anime ꝛ gratiam dei. Luce.vij. Fi-
des tua ſal.te fe. Per fidem ſaluata eſt ra
ab meretrix. Hebre.xj. Fide raab meretrix
non perijt cum incredulis. Tercio quātuz
ad vite eterne poſſeſſionez. Per fidem em̄
homo meretur vitam eternam. Joh.vj.
Qui credit in me ha.vi.eter. Ro.iiij. Ei
autem qui non oꝑatur.credenti aūt in eum
qui iuſtificat impium reputatur fides ei⁹
ad iuſticiaz ſm ꝓpoſitum gratie dei. Exem
plum de latrone crucis qui ꝓpter fidē quā
habuit in xp̄um.cum tamen nihil boni fe-
cerit.hec tria eſt conſecutus ſcz remiſſio-
nem peccatoꝝ.ſalutem anime que ꝑ gratiā
hic habetur et vitam eternam vel paradi-
ſum. Luce.xxiij. Hodie mecum eris in pa
radiſo ꝛc. Secūdo nos hortatur vt ſim⁹
radicati ꝛ fundati in caritate. Vbi
nota ꝙ ſeptem ponit conditiōes quas cir-
ca caritatem habere debemus. Primo em̄
in caritate debemus eſſe radicati.vt ſicut a
radicis virtute ꝓcedunt omēs fructus. ita
omnia oꝑa noſtra ꝓcedant a caritate. Ali-
ter em̄ facta perdūtur.j. Coꝛ.xiij. Si diſtri
bu.in ci.pau.om.fa.m. et ſi tradi.cor. me.
ig.it.vt ar.ca.aūt nō ha.nihil mihi ꝓdeſt.
Secūdo in caritate debemus eſſe fundati.
Vnde ſicut edificium ſtabilitur ſuꝑ funda
mentum.ita nos et oꝑa noſtra ſint ſtabili-
ta in caritate vt nullis temptationibus ab
eius integritate euellamur ſcz nec ꝓpter
pluuiam carnalis delectatōis. nec propter
flumina tribulationū.nec ꝓpter ventos ho
norū. Math.vj. Aſſimilabitur viro ſapien
ti qui edi.do.ſuam ſupra petram et deſcen
dit pluuia et venerūt flumina et flauerunt
venti et irruerūt in domū illam ꝛ non ceci
dit.fundata em̄ erat ſupra petrā. Sic erat
fundatus apl'us qui dixit Ro.viij. Quis



nos ſepabit a caritate chriſti.q.d.nihil.
Tercio in caritate debemus eſſe lati.vt ca
ritas noſtra non recludatur ſolum ad nos
et ad noſtros ſed extendatur ad extraneos
et etiam ad inimicos. Math.v. Diligite
inimi.ve.benefa.his qui oderunt vos. Si
enim diligitis eos qui vos diligūt quā mer
cedem habebitis. Quarto debemus eſſe lō
gi in caritate vt de caritate vie ꝑueniam⁹
ad caritatem patrie.quia caritas nūꝙ̄ exci
dit. Sicut em̄ anima noſtra in infinituz eſt
longa.qꝛ in infinitum debz durare ita ꝛ ca
ritas debet eſſe in infinitum longa vt ſemꝑ
cum anima noſtra viuat.j. Joh.iiij. Qui
manet in caritate in deo manet ſed deus eſt
ꝑpetuus ergo caritas noſtra erit perpetua
Quinto debemus eſſe ſublimes in caritate
qđ tunc eſt quādo ꝑ opera caritatis non q̄
rimus niſi celeſte ꝓmium et tempalia dedi-
gnamur. Sublimes ꝑſone vilia dedignātur
ſed magis cogitāt et magna ſperāt.. Phil
iij. Noſtra cōuerſatio in celis eſt. Vnde et
ſaluatorem expectamus qui refor.car.hu.
no.confi.cor cla.ſue. Sexto debemus eſſe
profundi in caritate vt profunda miſteria
dei credamus ex magna caritate ꝓcedere.
et ex magna caritate eſſe ꝙ ea nobis occul
tat vt ſcz magis mereamur. Vel ſimus ꝓ-
fundi in caritate vt illis qui ſunt in ꝓfun
do terre ſcz mortuis cōpatiamur ꝛ benefa
ciamus vt liberētur ita ꝙ caritas noſtra
ſit ſublimis vſqz ad celum.et ꝓfunda vſqz
ad infernum. Septimo ſupexcellentem ca-
ritatem xp̄i debemus habere qua cum eſſet
diues in omnibus voluit fieri pauꝑ vt nos
ditaret cum eſſet dn̄s omniū voluit eē ſer
uus vt nos a ſeruitute liberaret cum eſſet
vita ꝑpetua voluit mori vt nos a morte ꝑ
petua liberaret. Debemus etiam per ex
periētiam ſcire vt pro eius amore fiamus
pauꝑes noſtra pauꝑibus largiēdo. Math.
xix. Si vis perfectus eſſe vende omīa que
habes et da pauꝑibus. Fiamus ſerui iuguz
religionis ſalubriter ſubeūdo et ꝓlatis ec-
cleſie humiliter obediēdo.j. Coꝛ.ix. Cum
eſſem liber ex omnibus omniū me ſeruū fe
ci. Et moriamur ꝓ ſalute ꝓximoꝝ ſi eſt ne

ceſſe. Hic cadit exemplum paulini ep̄i no-
lani qui ꝓ filio vidue ſe tradidit in perpe-
tuam ſeruitutem.vades in affricam vt fili
um vidue a ſeruitute liberaret.vt dicit gre
go.in dya. Tercio nos hortatur ad gra-
tiaꝝ actiones. Debemus em̄ deo intime re
gratiari quia mirabilia nobis fecit. Debe-
mus em̄ deo regratiari ꝓ bonis nature. ꝓ
bonis fortune.pro bonis gratie. Nam na-
turam excellentem nobis dedit vtpote ad
imaginem ſuam factam. Gen̄.j. Faciamus
hoīem ad imagi. ꝛ ſimi.no. Super omnia
bona fortune nos conſtituit ac etiam ſuꝑ
omnes creaturas inferiores. Pſal. Omia
ſubiecisti ſub pedibus eius. Bona vero
gratie ſunt innumerabilia que fecit nobis
et quotidie facit que omnia enumerare ni-
mis eſſet longum et ideo dimittātur ad pre
ſens. Et ſic ptz de moralitate ꝛ ꝑnter totū.

## ¶ Dominica.xvij.de euangelio Sermo. XCVIII.

QVm intraſſet ieſus in domum
cuiuſdam principis phariſeoꝝ
ſabbato man.pa.ꝛ ip.obſer.e.
Luce.xiiij. Hodiernū euāge-
lium hiſtoriale eſt ꝛ doctrina-
le. Nam in eo narratur quō xp̄us fuit inui
tatus ad qđdam cōuiuium a quodam pha
riſeo et ibi quēdam ydropicū ſanauit. Po
nitur etiam in eo alta doctrina ꝛ vtilis et
neceſſaria. Intrauit em̄ ieſus ad comeden
dum.vt amicus.ſanauit vt medicus.docu-
it vt magr̄. Et ſm hoc pn̄s euāgeliuz prin
cipaliter diuiditur in tres ꝑtes. Nā primo
quoddam conuiuium a quodam phariſeo
chriſto exhibitum premittitur. In princi
pio euāgelij. Secūdo miraculū circa quē-
dam ydropicum a xp̄o ſanatum inſerit.ibi.
Et ecce quidam homo ydropicus. Tercio
documētum habende humilitatis a xp̄o ſa
lubriter ſubinfertur ibi. Dicebat aūt ad in
uitatos parabo intē.quō primos accubi-
tus eligerēt dicens ad illos. Cum inuitat⁹
fueris.. Primo ergo conuiuium a quodā
phariſeo xp̄o exhibitum ꝓmittitur. Et hoc

eſt qḋ dicit. Cum intraſſet ieſus in domum cuiuſdam prin.pha. Et nota ꝙ ipſi phariſei et legiſperiti obſeruabant eum ſcilicꝫ ſi ſabbato curaret et hoc faciebant vt accuſarent eum apud pontificem ⁊ apud populum diffamarent. ꝙ legem moyſi violaret. Sed nunquid fuit inuitatus ſolum ad mā ducādum panem. Ad hoc dicēdum ꝙ mos eſt ſcripture ſic loqui. Vel forte hoc dic. eo ꝙ iudei die ſabbati nihil loquebāt. ſꝫ in p̄cedenti ſero ꝯmedēda coquebant.

Moraliter autem nota ꝙ in hoc euāgelio ſex cōmendabilia de xp̄o dicūtur cōtra ſex vituperabilia que de phariſeis notātur. Nam phariſei in hoc cōuiuio de ſex reprehendi poſſunt ⁊ merito vituperari. Primum eſt coꝝ falſa amicicia qꝛ oſtēdebant ſe amicos chriſti et inuitabant eum ad conuiuia ſua ſicut amicum et inſidiabātur ei ⁊ obſeruabant eum vt poſſent eū accuſare et vituperare: Luce.xxij. Eccē ma.tra.me mecum eſt in menſa. Talis eſt amicicia multoꝝ qui alios paſcūt cibis ⁊ carnibus coꝝ veſcūtur. Prouer.xxiij. Noli eſſe in cōuiuijs potatoꝝ nec in cōmeſſatiōibus eorum qui carnes ad veſcēdū cōferūt. Glo. Carnes ad veſcendum ꝯferre eſt in collocutōe viciſſim vicia proximoꝝ dicere. Talis ē amicicia proditoꝝ. Sic fecit abſolon amon fratri ſuo quē inuitauit ad cōuiuium ⁊ ibi fecit eum occidi.ij.Re.xiij. Talis eſt etiaꝫ amicicia mūndi que cum pocula dat ducit hominē ad furcas inferni. Contra hoc vituperabile eſt cōmendabile ex parte xp̄i ſcꝫ vera amicicia quia ipſos infirmos infirmitate peſſima ſcꝫ peccati et paupes virtutibus que eſt ſumma paupꝉtas] non deſerit. Prouer. xvij. Omni tempe diligit qui amicus eſt. Propter hec duo amici mundi qui ſunt amici ficti cōſueuerūt recedere ab amico mūdi ſcꝫ propter mala que patitur et propter paupꝉtatem quā incurrit. Prouer. Amici diuitum multi. a paupe autem et ſi quos habet recedūt ab eo. Sed xp̄us verus amicus nullo tempe recedit. Luce.xi. Quis ve.ha.ami.⁊ ib.ad il.me.no.id ē in profundo tribulatōnis quia tunc eſt paratus iuuare. Poeta. Amicus in neceſſitate probatur.

Secūdum eſt coꝝ iniquitas quia ipi pleni iniquitate ⁊ peccato querūt tranſgreſſionem ⁊ peccatum in eo qui peccatū nō fe. nec inuentus eſt do.in ore eius.j.Pe.ij. Contra qḋ dicit math.vij. Ypocrita ei.p̄ tra.de oc.t. Prouer.xxiiij. Ne inſidieris et queras iniquitatem in domo iuſti. Et hoc eſt qḋ hic dr̄. Et il.obſer.eum. Nota ꝙ iudei obſeruabant pſonam xp̄i cum dicebant In.belczebub principe demonioꝝ eijcit demonia. Luc.xj. Item xp̄i ſapiam cum miſerūt diſcipulos vt caperēt.eum in ſermōe Math.xxij. Item eius bonitatem vt hic quia ipſi obſeruabāt eum ſi ſabbato conferat bona ſanitatis. Jo.ix. Non eſt hic homo.a deo qui ſabbatum nō cuſtodit. Contra hoc ex parte xp̄i eſt ſumma beniuolentia quia ſuis obſeruatoribꝰ benigne loquitur et rōnabiliter oſtendit ſe irreprehenſibilem eſſe. Joh.viij. Quis ex vobis.arguet me de peccato. In eodem.xviij. Si male locutus ſum teſtimoniū phibe de malo Si autem bene cur me cedis. Terciū eſt eorum incōpaſſibilitas. quia paralitico et alijs infirmis quos xp̄us curabat non cōpatiebātur ſed curatis inſidiabātur curatōꝫ calūniantes. Gregori. Vera iuſticia compaſſionem habet. falſa vero indignationem Contra hoc ex parte xp̄i eſt vera pietas. qꝛ cōpaſſus eſt ydropico et in anima et in corpore ſanauit eum. Pietas autem mūdi eſt ſolum circa corpa ſed de animabus nō curat. Quia vt dicit augꝰ. Infirmatur homo et moritur ⁊ omnes amici cōueniūt et plorant ⁊ adducūt medicos. moritur vero ſm animā nullus cōpatitur nullus plorat. nullus procurat medicum. Quartum eſt eoꝝ inſipiētia quia interrogati cū debebant loqui tacuerūt. Et merito vt dicit beda interrogati tacēt qui cōtra ſe dictū quicquid dixiſſent vident nam ſi dixiſſent licet ſabbato curare. cur ergo obſeruabant eum. ſi autem dixiſſent nō licet. cur ſabbato adaquabant ⁊ curabāt pecora ſua cum ſit magis ſeruile opus ꝙ̄ ſanare infirmū. et ideo tacuerūt neſciētes quid dicerēt. Eccī v. Si ē



tibi intellectus reſponde proximo. ſui autem manus tua ſit ſup os tuum. Contra hoc eſt ex pte xp̄i ſumma ſapiētia. quia vidit cogitatōnes coꝝ et eis reſpondit et oſtēdit ꝙ in opere caritatis ſabbatū non ſoluebatur et ad hoc ſabbatum fuit ordinatum vt in eo homo intenderet opibus caritatis et p hoc demonſtrauit ꝙ ipſi legem nō intelligebant et p cōſequens nō ſeruabant. Quintum eſt coꝝ ſupſtitio ⁊ indiſcreta religio. quia minima ſummope obſeruabant ſcilicꝫ baptiſmata calicū et vrceoꝝ. et nō manducare niſi lotis manibus et cetera talia. De magnis aūt nihil curabāt colantes culicem camelū aūt deglutientes. Math. xxiij. Ve vobis ſcribe et phariſei qui mūdatis qḋ de foris eſt calicis et paropſidis. intus aūt eſtis pleni rapina et immūdicia. q̄ decimatis mētā et anetū et ciminū. et relinquitis q̄ grauiora ſūt legis miſericordiā et iudiciū ⁊ fidem Hoc vicium valde tangit religioſos ſicut tunc tangebāt phariſeos qui habent conſcienciam ad modū camiti extendētes eam et reſtringētes ſic placet eis. Contra hoc ē xp̄i diſcreta religio qꝛ de magnis multū curabat. nā in caritate obediētia. miſericordiā et iuſtitiā et ceteris virtutibꝰ vſqꝫ ad mortē firmꝰ ſtetit. Baptiſmata aūt calicū et vrceoꝝ et nō lotis manibꝰ mādūcare et ceteras cerimonias q̄ ad rē nihil faciūt mādauit dimitti. Jo.iiij. Veniet hora qn̄ nec in monte hoc neqꝫ hieroſolimis odorabitis patrem. ſed eos qui adorant eum in ſpū et veritatē adorare oportꝫ et non in vmbra cerimoniarum. Sextum eſt vana gloria coꝝ qui eligebant primos accubitus in cenis et primas cathedras in ſinagogis et vocari ab hominibus rabbi. Contra hoc eſt profunda humilitas xp̄i quia cum eſſet dn̄s omnium et verus filius dei in tātum ſe humiliauit ꝙ tanꝙ̄ mendicus inuitatus ad prandium iuit et humiliter panem comedit. Phil.ij. Humiliauit ſemetipſm ⁊c. Secūdo miraculum circa quēdam ydropicū a xp̄o ſanatum inſeritur. Et hoc eſt. Et ecce quidam ydropicus erat ante illum. Cyrillus. Ydropicus metu phariſeoꝝ non poſtulabat pro ter ſabbatum curari ſed ſolum aſtabat vt ex aſpectu miſertus eius ſanaret eum: qḋ dn̄s agnoſcens nō poſtulabat ab eo ſi vellet ſanus fieri ſed protinus ſanauit eum. Glo. Ydor aqua nominatur. Vnde ydropiſis morbus aquoſus eſt ſubtercutaneus de vicio veſice natus cum inflatione turgenti et anhelitu fetido. Et eſt propꝛium ydropici ꝙ quāto plus biberit. tanto plus ſitit. Et reſpondens ieſus ſcꝫ inſidioſis obſeruatoribꝰ et cogitatiōibus eoꝝ quas tanꝙ̄ deus videbat. dixit ad legiſperitos ⁊ doctores. Si licet ſabbato curare. i. eſt licitum ſabbato intendere opibus caritatis ſine ſabbati violatiōe. Theophilus. In ſua autem interrogatiōe deridet eos ſicut dicentes. Deo enim benedicente ſabbatum ipſi prohibent bona operari in eo. Dies enim que bona opa non admittit maledicta eſt. At illi tacuerūt ſcꝫ tanꝙ̄ conuicti. Ipſe vero apprehenſum ſanauit ac dimiſit. Et reſpōdens ad illos id ē cogitatiōibus obſeruatoꝝ ⁊ inſidiatorum. Cuius veſtrū aſinus ⁊c. Exemplo ſoluit queſtionē vt oſtendat eos ſabbatum violare in opibus cupiditatis qui eum arguunt in opibus caritatis violare. q.d. Si vos non creditis ſabbatum violare in opibus cupiditatis qḋ tamen vere ſoluitis cum ſit opus ſeruile quātomagis ego nō ſoluo in opere caritatis cum ſit opus dei et ſpūale.

Moraliter autem p iſtum ydropicū intelligitur auarus ⁊ luxurioſus. Iſta enim genera peccatoꝝ magnam habent cū ydropico cōuenientiam. Ydropicus enī vt dictū habet inflatōem ventris ⁊ anhelitum fetidum et quāto plus bibit tantoplus ſitit.

Hec autēꝫ tria multum cōueniūt luxurioſo ⁊ auaro. Nam luxurioſus habꝫ ventrem inflatum id eſt cōcupiſcētiam accenſam ita ꝙ ab ipſa totus vritur ⁊ ita fortiter vritur ꝙ non diſcernit inter marem ⁊ feminaꝫ qḋ diſcernūt beſtie nec aliqn̄ inter conſanguineos. vt ptꝫ de aman qui concubuit cum thamar ſorore ſua et abſolon cū concubinis patris ſui. vt ptꝫ.ij. Reg.xvj. Item habet anhelitum fetidum coram deo quia tota die carnalia cogitat carna

lia loquitur. et carnalia opatur qui fetet coram deo et hominibus. Omnis enĩ mulier fornicaria abbominabilis eſt vt ſtercus. Joel. j. Cõputruerũt iumenta in ſtercore ſuo. Et eccĩ. ix. Omnis mulier que eſt fornicaria quaſi ſtercus in via cõculcabit. Unde pena fornicatoꝝ erit quia mittent in ſtagnũ ignis ⁊ ſulphuris fetidi. vt ſicut in carnalibus fetuerũt. ita in fetore crucient̃. Apo. xix. Miſſi ſunt in ſtagnũ ignis ⁊ ſulphuris. Unde ſup ſodomitas dñs pluit ignem ⁊ ſulphur: vt ſicut in voluptatibus fetebant ita et in fetore et ꝑ fetorem punirentur. Apo. xviij. Sicut fecit vobis facite illi. Hic cadit exemplum de illo angelo qui obuiauit vni mulieri lubrice ⁊ ornate et obturauit ſibi nares dicens ꝙ fetebat coram deo et angelis. Et ꝙ luxuria ſic feteat ptʒ per ſuũ contrarium ſcʒ virginitatem q̃ valde redolet. cõtrarie enĩ cõtrarias opatões habent. Unde dicitur ꝙ vnicornis animal ferociſſimũ capitur in gremio virginis. ꝓpter odorem enĩ venit ad virginẽ puellam a venatoribus in deſertum ductaʒ ⁊ dormit in gremio eius. et tunc a venatoribus capitur ⁊ ligatur. Similiter filius dei ſentiens odorem virginis glorioſe deſcẽdit et dormiuit in vtero eius. Tercio luxurioſus ẽ omnino inſatiabilis. Prouer. xxx. Tria ſunt inſatiabilia. infernus et os vulue et terra que nunq̃ ſatiatur aqua. Põt enĩ homo in actu carnali deficere ſed nunq̃ ſatiari. Iſtum ydropicũ id eſt luxurioſum dñs ſanat dum apprehendit eum ꝑ aliquaʒ magnam infirmitatem vel ꝑ artam penitẽtiam dum ei gratia penitentiam faciendi a deo cõceditur. Sic apprehendit magdalenam ⁊ reſtrinxit ꝯcupiſcẽtiam eius. Iſtis duobus modis hoc viciũ ſanatur ſcʒ ꝑ infirmitatem ꝑ artam penitẽtiam. De primo eccĩ. xi. Malicia id eſt infirmitas hore vnius obliuionem facit luxurie maxime. De ſecũdo. ij. Cor. iiij. Mortificationem ieſu xp̃i in corporibus noſtris circũferẽtes. vt ſcʒ concupiſcẽtia extinguatur. ſup. ad libidinẽ. Propterea vt dicit aug⁹. Carnem veſtrã domate ieiunijs. Similiter hec tria ꝯueniũt auaro. Primo enĩ auarus habet ventrem inflatum. Venter auari ſunt cellaria ⁊ horrea que ſemꝑ ſunt plena quia expectat maiorem cariſtiam et ideo nõ vetera donec ſuperueniãt noua. ps. Promptuaria eoꝝ plena. Prouer. x. Qui abſcõdit frumẽta maledicetur. Item venter auari eſt inflat⁹ q̃ diuitias comitatur ſupbia. Unde ſup illud j. thi. vi. Diuitibus huius ſeculi p̃cipe non ſublime ſapere. dicit aug⁹. Vermis diuitũ ſupbia. Sap. iiij. Diſrũpet illos inflatos. ſ. diuites ⁊ auaros. Nã diuina ſentẽtia ſicut malleus cõterens petras conteret eos. Et tũc verificabitur illud iob. Diuitias quas deuorauit euomet. de ventre eius extrahet eas deus. Secũdo auarus fetet. quia ad lr̃am auarus vt augeat pecuniam comedit panem. alea cepas ⁊ malas carnes emit. et omnia putrida comedit. et bibit vinum corruptum ⁊ acetoſum ꝓpter qd̃ os ei⁹ fetet. ps. Sepulcrũ pa. eſt gut. eoꝝ. Portat etiaʒ veſtes mucidas ⁊ vnctuoſas et totaʒ familiam facit viuere in miſeria. Prouer. xv. Cõturbat domũ ſuam qui ſectat̃ auariciam. Fetet etiaʒ ſpũaliter auarus coram deo et hominibus. Quia vt dicit boc. Largitas ſemꝑ caros facit auaricia vero odioſos. Unde auarũ omnes maledicũt ⁊ abhominãtur tanq̃ rem fetidam. Multũ fetet auarus qui deum negat ⁊ crucem numi adorat ⁊ aĩam ſuam vendit dyabolo et corpus cõſumit et familiam ꝯturbat et ꝓximo nõ compatitur. Eccĩ. x. Auaro nihil eſt ſceleſtius et nihil eſt iniquius q̃ amare pecuniam. Hic enĩ ⁊ aĩam ſuam venalem habʒ. j. Thi. vj. Radix omniũ maloꝝ eſt cupiditas. Tercio auarus ſemꝑ ſitit ⁊ nunq̃ ſatiatur. Eccĩs. v. Auarus nõ implebitur pecunia. Prouer. xx. Sãguiſuge due ſunt filie dicẽtes affer affer. Sanguiſuga eſt dyabolus qui ſitit ſanguinem humanũ. cuius due ſunt filie ſcʒ concupiſcẽtia ⁊ auaricia que dicũt ſemꝑ affer affer ⁊ nunq̃ ſatiãtur. Quattuor auteʒ ſunt rõnes quare auarus bonis mũdi ſatiari nõ põt. Prima eſt bona mũdi non intrant ad animam vbi eſt deſiderium habẽdi. Et ideo homo



quando incipit ditari magis ſitit. quia bona ſibi appropinquat nõ tamen intrant vbi eſt deſiderium habendi. Poeta. Creſcit amor nummi quãtum ipſa pecunia creſcit. Exemplum ſi quis haberet magnã ſitim ⁊ teneret ciatum vini in manibus. quanto magis appropinquaret ad os tanto magis ſitiret ſi non biberet. Secũda eſt quia diuicie ſunt materia in qua auaricia nutritur. Unde non habent auariciam expellere ſed nutrire. Exemplum ſi quis multa ligna ꝓijcit in fornacem non extinguũt fornacẽ ſed accendunt. Sic qui plura congregat plus accenditur ad habẽdum. Sen. Dicis pecuniam perdidi o te felicem ſi cum illa auariciam perdidiſſes. adhuc es felicior q̃ tãte rei malicia eſt ſubtracta. Tercia eſt quia diuicie nullam cõueniẽtiam habent cũ anima quia anima eſt ſpũs et diuicie ſunt res materiales. Unde nec implere nec euacuare eam poſſunt. Exemplũ ſi quis vellet implere vnam vegetem ſapiẽtia vel virtutib⁹ nõ poſſet. quia in nullo cõueniũt. Quarta eſt q̃ aĩa facta ad imaginẽ dei eſt capax ipſius dei et per cõſequẽs ꝑfecti boni. Omnia auteʒ bona mũdi nec perfecta ſunt nec aliquid ſunt reſpectu capacitatis anime. et ideo ipſam implere nõ poſſunt. Exemplũʒ ſi quis vnam domũ implere vellet vno grano tritici fantaſticus eſſet. Sic anima ſi totum mundum haberet non poſſet impleri. Solus autem deus qui eſt ꝑfectum bonuʒ et omnia bona cõtinens replet capacitateʒ anime. Aug⁹. Feciſti nos domine ad te. et inquietum eſt cor noſtrũ donec requieſcat in te. Pſal. Qui replet in bonis deſideriuʒ tuum. Iſtum ydropicum id eſt auarum dominus ſanat dum apprehendit eum id eſt cohibet ⁊ tenet appetitum eius ne tempalia appetat ſed ſuperna. Ubi nota ꝙ circa diuicias triplex defectus in hominibus contingit. Primus eſt in male acquirendo et talis vocatur cupido. Cupidus ẽ qui ſemper inhiat habendis et nunq̃ ſatiatur habitis. Talis habet manum porrectam ad accipiẽdum ⁊ ꝑ omnem moduʒ nititur pecuniaʒ extorquere nihilominus tñ talis expendit. Tales ſunt omnes romani et florentini qui mirabiliter ſunt cupidi in acquirendo per phas ⁊ nephas ſed multa expendunt. Iſte ſanatur vt dictum eſt cũ dominus per gratiam ſuam cohibet appetitum eius ne terrena concupiſcat. Secũdus defect⁹ eſt in nimis tenaciter retinẽdo quẽ quis habet licet nõ indebito ⁊ malo modo lucretur et talis vocatur auarus. In quo genere ſunt oẽs mulieres quia omnes ſunt tenaces et auare. De huiuſmodi ſunt etiaʒ quidam homines parui cordis qui nõ querunt magna lucra ſed qd̃ habent tenaciter tenent. In hoc etiaʒ genere ſunt quidã homines ſenes quibus deficit calor naturalis et ideo ſunt ſicut miluus dicẽtes myo myo. Talis curatur ꝑ manus aptiõem dando elemoſinas. quia cõtraria cõtrarijs curãtur. Exẽpluʒ de zacheo qui ſic fuit curat⁹ qui ait. Ecce di. bo. me do pau. Luc. xix. Et talis ſignificatur ꝑ illuʒ qui habebat manũ aridam cui xp̃s dixit. Extende manũ tuã. Lu. vj. Sup quo dicit glo. Nil plus valet tali curatõni q̃ elemoſinaꝝ largitio. Tercius defectus eſt in male expendẽdo cũ quis cõſumit ſubſtãtiam ſuã in ſymbolis ⁊ tabernis et cũ meretricibus. ꝓuer. xxiij. Uacãtibus potibus ⁊ dantes ſymbola ꝯſumentur. Et talis vocatur ꝓdig⁹. Sic ꝯſumpſit ſubſtantiaʒ ſuã filius ꝓdigus. vt ptʒ Lu. xv. Tales raro curãtur niſi poſtq̃ omnia conſumſerunt. Unde ille filius ꝓdigus poſtq̃ omia ꝯſumpſerat reuerſus ad ſe dixit. quãti mercenarij in do. pa. me. a. pa. Et ſequit̃. Surgã ⁊ ibo ad p̃rem meũ. Uade ⁊ tu fac ſimiliter. Põt etiã ꝯtingere ꝙ aliquis ſit cupidus ⁊ auarus ⁊ ꝓdigus ſimul nõ q̃ ꝓdigalitas ⁊ auaricia ſunt ꝯtraria que eidẽ ſimul ineſſe nõ pñt. Et ſic pʒ ſcd̃m. Tercio documẽtum hũilitatis habende a xp̃o ſalubriter ſubinfert. Circa qd̃ quattuor fac. Primo ꝓponit pabolam de nuptijs ibi. Dicebat autem ad inuitatos pabolam iſtã. Secũdo docet quid fugiẽduʒ ſit in nuptijs. q̃ primus locus. ibi. Nõ diſcũ. in primo loco. Tercio quid eligẽdum q̃ locus nouiſſim⁹. Quarto ſubditur cõis ſñia ⁊ rõ vtriuſqʒ.

ſibi quia omnis qui ſe humiliat exaltabitur
Primo ergo ꝓponit parabolam de nu-
ptijs. Et hoc eſt. Dicebat aūt ad inuitatos
parabolam iſtā glo. aliquid miſtice ſignifi-
cantē. intendens quō ⁊c̄. i. intelligens ⁊ vi-
dens quō ad primos accubitus laborarent
Uel intendens perſuadere in doctrina ſua
quō debent accubitus in eccleſia eligi. L ra
plana eſt. Miſtice autē nota ꝙ nuptie iſte
notant vel ſignificāt nuptias ſpūales quas
deus in pn̄ti celebrat cum aīa fideli. ꝑ fidē
em̄ ⁊ dilectōnem anima cum deo deſponſat
qđ fit in baptiſmo. Oſee. ij. Sponſabo te
mihi in fide. In his ergo nuptijs cōiungi
tur deus anime ꝑ fidem ⁊ dilectōnem. Ex
qua ꝯiunctiōe triplex bonū ꝓuenire debet
qđ in matrimonio carnali ſilr̄ eſſe debet.
ſcʒ bonū fidei. bonum prolis. ⁊ bonū ſacra
menti. Bonū fidei ibi debet eſſe ne diabo-
lum adulterū iterū ſuſcipiat vlterius. Sic
enim ꝓmiſit in baptiſmo dum fuit xp̄o de-
ſponſata ſcʒ abrenūcio dyabolo ⁊ omnibus
pompis eius Sed anima peccatrix frangit
fidem ⁊ omni die dyabolum adulterꝝ admit
tit et xp̄us ſponſus pulſat ad oſtium et in-
troire non pōt. Apo. iij. Ego ſto ad oſtium
et pulſo. Quidam aūt faciūt ſicut mala vx
or que recipit virū ⁊ adulterum. Ita tales
volunt recipere xp̄um ⁊ dyabolum qđ eſſe
non pōt quia lectus conſciētie noſtre ē val
de anguſtus. ita ꝙ ibi deus ⁊ dyabolus re-
quieſcere non poſſunt. Et ſimiliter pallium
amoris eſt breue et vtrūqʒ coopire non pōt
Yſa. xxviij. Coanguſtatū eſt ſtratū ita vt
alter decidat et pallium breue vtrūqʒ ope-
rire non poteſt. Bonū prolis debet ibi eſſe
vt anima xp̄i bona opa pariat. quia male-
dicta ſterilis que non parit. j. Thi. ij. Sal-
uabitur autem ꝑ filioꝝ generatōnem id eſt
bonoꝝ operum ꝓductōnem. Bonum ſa-
cra mēti debet ibi eſſe vt inter ſponſū xp̄m
et ſponſam animā diuiſio nunq̄ fiat. Nā
in matrimonio carnali ē triplex vnio. Una
ſcđm conſenſum animorū que fit per amo
rem. Alia ſcđm permixtionem corporum.
Tercia per indiuiduam cohabitatōem am
borum. Sic ⁊ in iſto matrimonio ſpiritua-
li xp̄us nobis tripliciter copulatur ſcʒ per
amorem. Hiere. xxxj. In caritate perpe-
tua dile. te. ideo attrax. te miſerans. Secundo
per nature conformitatē Hebre. ij. Nuſq̄
enim ange. appre. ſed ſemen abra. Tercio ꝑ
ꝑpetuā nobiſcum habitatōnem. Math. xx
viij. Ecce ego vo. ſum om. die vſqʒ ad cō-
ſumatōem ſeculi Et nota ꝙ ab his nuptijs
tripliciter homies expellūtur. L Pri
mo ꝓpter defectum pietatis ſicut ille quin
qʒ virgines que non ſumpſerunt oleum ſe-
cum per qđ pietas deſignatur. Math. xxv.
Eſuriui et non dediſtis mihi manducare.
Et ſequitur Diſcedite a me male. in ignem
eternum. Secundo ꝓpter defectum carita
tis. Math. xxij. Amice quomō huc intraſti
non habens veſtem nuptialem per quā ca
ritas deſignatur. Et ſubditur. Ligatis ma-
nibus et pedibus mit. eum in tenebras exte
riores. Tercio ꝓpter defectum humilita-
tis. vt patʒ in hoc euangelio. quia ille qui
vult primum locum tenere per ſuperbiam
alijs ſe ꝑponendo dicitur ꝙ teneat nouiſſi-
mum locum et infimum. Infimus locus
eſt infernus. Secundo docet quid fugiē
dum ſit in nuptijs quia primus locus. Et
hoc eſt. Non diſcumbas in primo loco.
UI Ubi nota ꝙ aliquis diſcumbit in
primo loco tripliciter. Primo in corde ſuo
alijs ſe preponendo. Et hoc eſt qđ dicitur
hic. Nō diſcumbas in primo loco id eſt nō
extollaris in corde tuo de meritis et ſcien-
tijs alijs te preponendo. Sic diſcumbebat
in primo loco phariſeus dicens. Non ſum
ſicut ceteri hominū Luc. xviij. Non ſic fa-
ciebat abraam dicens. Loquar ad dominū
meum cum ſim puluis et cinis. Ubi dicit
gregorius. Aperte cernimus in quo loco
ſe poſuerat qui ſe puluerem ⁊ cinerem etiā
cum deo loqueretur exiſtimabat. Qua er-
go pena feriendi ſunt illi qui ad ſumma nō
proficiūt et de minimis ſe extollunt. Se-
cundo primatum ambiendo ſicut lucifer.
Yſa. xiiij. Similis ero altiſſimo. Quod eſt
valde fatuum primatum ambire. Quia vt
dicit Auguſtinus. Quāto aliquis eſt in lo
co ſuꝑiori tanto in periculo maiori verſat



Tercio primatum vſurpādo. Sicut chore
achor dathan ⁊ abyron. vt pʒ numeri. xvj
Iſtud eſt magnū peccatum ⁊ multum di-
ſplicet deo vt patʒ ibidē ꝑ penam ſubſecu
tam. nam chore cū complicibus ſuis igne
diuino cōſumpti ſunt. Dathan vero ⁊ aby
ron cū tabernaculis ſuis et omni familia
abſorbuit terra ⁊ deſcenderūt in infernū vi
uentes. Tercio docet quid eligēdum eſt
q: locus nouiſſimus. Et hoc eſt. Recūbe
in nouiſſimo loco. Nl Ubi nota ꝙ lo-
cus infimus vel nouiſſimus ꝓpter tria eſt
eligēdus. Primo ꝓpter ſecuritatē. Aug⁹.
Humilitas in imo eſt. et ideo nō habʒ quo
cadat. Secūdo ꝓpter pacem. ꝑflant em̄ ven
ti in alto. locus vero inferior nō eſt ita ex-
poſitus ventis. Yſa. xxxij. Erit quaſi vir q
abſcondit ſe a vento ⁊ celat ſe a tempeſta-
te. Tercio ꝓpter exaltatiōeʒ ſequētem. q:
deus exaltat eū ⁊ facit ip̄m ad locū ſuꝑio-
rem aſcendere. Et hoc eſt qđ dicit. Amice
aſcende ſuperius. Facit aūt deus humilem
quintupliciter aſcēdere. Primo mūdū
cōtemnēdo ⁊ obliuiſcēdo. Phil. iij. Que
retro ſunt obliuiſcēs ad ea que priora ſunt
exten. Ibidē. Omnia ar. ſum. vt ſter. Se
cundo carnem ſpūi ſubijciendo. j. Cor. ix.
Caſtigo cor meum et in ſer. re. Tercio ani
mū ad ſui conſideratōem colligendo. humi
lis enim ſolum ſe conſiderat. Hiere. xxxj.
Statue tibi ſpeculam Diſcipuli receperūt
ſpūmſanctum dum eſſent in ſuꝑiori parte
cenaculi. vt ptʒ Actuū. ij. vbi ſolum ſe cō-
ſiderabant. Quarto habitum perfectionis
aſſumendo. Math. v. Eſtote perfecti ſicut
et pater veſter. ce. perfec. eſt. Quinto ſuꝑ-
na cōtemplādo ⁊ apprehendēdo. Yſa. lviij
Suſtollam te ſuꝑ altitudinem terre ⁊ ciba
bo te hereditate iacob patris tui. Quar
to ſubdit rōnem vtriuſqʒ ſcʒ ſuꝑbie ⁊ hu-
militatis vel depſſionis ⁊ exaltatōnis. que
eſt quia omnis qui ſe exaltat aliquo ſupra
dictoꝝ modoꝝ ſe alijs ꝑponendo vel prima
tum ambiendo vel vſurpando humiliabit
a deo id eſt in oculis dei erit abiectus et vi
lis in hac vita. et tādem humiliabitur val
de in penis inferni. Qui autē ſe humiliat
nihil ſe reputando et pompas mundi con-
temnēdo. ⁊ dignitates renuēdo. exaltabitur
coram deo et hic per gratiam et in futuro
per gloriam. Eſt ergo humilitas menſura
et regula exaltatōnis vt qui multum ſe hu
miliat multum exaltetur. et qui minus mi
nus. Exempla hoꝝ patent in chriſto et in
beata virgine et iohanne baptiſta qui ſm
gradus humilitatis ſic ſunt exaltati vt xp̄s
ſuper omnes. et poſt ipſum beata virgo.
et inde iohannes baptiſta qui ait non ſum
dignus vt ſoluam corrigiam calciamenti
eius. Et intelligimus totum quātum ad de
um. quia quātum ad mundum non ſic ſem
per euenit imo aliquādo qui ſe nititur ex-
altare exaltatur. et qui ſe deprimit non in-
gerens ſe mundanis non exaltatur ſed vili
penditur. Et ſic ptʒ tercium. Si vis bre
uius ꝓcedere nota ꝙ tria dn̄s in hoc euā-
gelio fe it. ſcʒ intrauit curauit et predica-
uit. Intrauit domum principis phariſeo
rum curauit ydropicum. predicauit conui-
uantibus. Spūaliter intrat ad nos dn̄s vt
amicus. curat vt medicus. docet ⁊ ꝑdicat
vt magiſter. In primo nota tria. Primo
cuius domū intrauit. quia principis phari
ſeoꝝ id eſt illoꝝ qui principantur et dn̄an-
tur carni et vicijs qui ꝑ amorem ⁊ deſide-
rium diuiſi ſunt a mūdo. Sap. j. In mali-
uolam aīam non introibit ſapiētia nec ha.
in cor. ſub pec. Secūdo qn̄ intrauit. q: ſab
bato qn̄ ſcʒ aīa quieſcit a mūdi tumultib⁹
et vacat ſanctis cogitatōnibus ⁊ operibus
Iob. iiij. Qn̄ ſolet ſopor occupare hoīes
ſpūs me pn̄te trāſiuit. Io. xx. Cum eſſet ſe
ro vna ſabbatoꝝ venit ieſus Tercio ad qđ
intrauit. q: ad manducādum panē. de quo
Io. iiij. Meus cibus eſt vt fa. vo. ei⁹ qui
mi. me. In ſcđo ſilr̄ nota tria q̄ fecit in
curatōe illius ydropici. q: appꝑhendit eum
appꝑhenſū ſanauit ⁊ ſanatum dimiſit. In
quibus intelligit̄ triplex grā ꝑ quā pecca
tor curat̄. Appꝑhendit em̄ deus pctōrem ꝑ
gratiam preuenientem mouendo liberum
arbitrium eius ad conuerſionem. Sanat
per gratiam ſubſequentem infundendo cō-
tritiōeʒ. Sanatū dimittit ꝑ grām ꝑficiētē

vt proficiat in bonis operibus quouſqꝫ
perueniat ad perfectõnem. Et hec triplex
gratia petitur in oratõne pſentis dominice.
Tua inquit nos domine queſumus gratia
ſemꝑ et pueniat Ecce prima. Et ſequatur
Ecce ſecunda. Ac bonis operibus iugiter
preſſet eſſe intẽtos. Ecce tercia. Vel appre
hẽdit ꝑ grẽ infuſionẽ. Sanat ꝑ peccati di/
miſſiõem. Dimittit ꝑ plenã ſatiſfactõnem

In tercõ ſimiliter nota tria ſm tria que
docuit de humilitate. Primũ eſt gratiam
ꝑfectioni ipius humilitatis que eſt in oib᷒
nouiſſimum locũ tenere. et ſe minorẽ oib᷒
reputare. qꝺ docet ibi. Cũ inuitatus fueris
a i nuptias non diſcũbas in pmo loco. Ecci
iij. Quanto maior es hũilia te in omnibus
Scd̃m ẽ defect᷒ humilitatis priuacõnis q̃
eſt rubor ⁊ diectõ ſequẽs ſuꝑbiã qꝺ notat
ibi Ne forte hono. te ſit inui. Ad qꝺ refert
qꝺ dicitur q2 omnis qui ſe exaltat humili/
abitur. Terciũ eſt fructus et vtilitas hũili
tatis poſitõnis. quĩ eſt aſſenſio et exaltatio
qꝺ notãtur ibi. Sed cũ vocat᷒ fueris vade
et recũbe in nouiſſimo loco. Ad qꝺ refert
quod dicitur: Quia qui ſe humiliat. exal.
Et ſic patet totum.

## Epiſtola ſermo XCIX

O Bſecro vos ego vinc. in dño
vt digne am. voca. qua vo. eſ.
epħ. iii. Hec eſt ſcd̃a ps toti᷒
epſe. ad epħ. In qua premiſ/
ſa gratiarũ actiõe ꝓ bonis ac/
ceptis ſubiungitur exhortatio vt in bonis
acceptis ꝓficiant. Diuiditur aũt pñs epla
in quattuor ptes. Primo hortatur apſus
ephesios et nos in illis vt de bono in meli᷒
ꝓcedendo digne debeant ambulare. In pn
cipio epſe. Secũdo oſtendit modum digne
ambulandi in multiplici virtute conſiſtere
ibi. Cum omni humilitate ⁊ manſuetudine
Tercio hortatur vt ſint ſoliciti vnitatem
ſpũs et caritatis ſeruare ibi. Soliciti ſer/
uare vnita. ſpũs in vin. pacis. Quarto ra/
tionem quare debent in vnitate ſpũs ambu/
lare aſſignat ibi. Vnus dñs vna fides vnũ
baptiſma. Primo ergo hortatur vt profi/
ciant de bono in melius dicens. Obſecro
vos ego vinc. in do. vel ma. in domino nõ
obſtantibus vinculis. vel ego vinctus ob/
ſecro vos in dño id eſt ꝓpter dñm vt ambu
letis et non ſtetis. quia in via non ꝓficere
deficere eſt. vt dcit Gregorius. Ambu/
letis digne vocatõne euangelica qua voca
ti eſtis ſicut dignum eſt ambulare vocatos
ad gratiã et fidem xp̃i. Phil. j. Digne euã
gelio chriſti conuerſamini. Vel ambuletis
digne vocatiõe qua vocati eſtis id eſt ſicut
competit vocatõni vniuſcuiuſqꝫ. i. Co. vij
Vnuſquiſqꝫ in ea vocatiõe qua voca. eſt
ꝑma. Non enim omnes ad eandem miniſte
rij gratiam vocati ſunt. Et hoc eſt qꝺ infe
rius dicit. Vnicuiqꝫ veſtrũ data eſt gratia
ſm men. do. chriſti. Et ſic ptꝫ primũ. Se
cundo determinat modum quõ ambulãdũ
ſit qui conſiſtit in quattuor ſcꝫ in humilita
te. manſuetudine. patientia et caritate. Di/
cit ergo. Ambuletis cum omni humilitate
vos inuicem ſubijciendo. Eccj. iij. Quãto
maior es humilia te in omnibus. Quia de
us ſuperbis reſiſtit. humilibus aũt dat gra
tiam. Jaco. iiij. Et manſuetudine id eſt cũ
humilitate interius et manſuetudine exte/
rius. Math. xj. Diſcite a me q2 mitis ſum
et humilis corde. Cum patientia. Lu. xxj.
In patientia veſtra poſſidebitis animas
veſtras. Supportantes inuicem in carita/
te. Ro. xvj. Debemus autem nos firmio/
res imbecillitates infirmorum ſuſtinere.
Gal. vj. Alter alterius onera portate. Et
ſic patꝫ ſecũdum. Tercio monet vt ſint
ſoliciti vnitatem ſpiritus et caritatis ſerua
re d. Sic ambulate et ſitis ſoliciti ſeruare
vnitatem ſpiritus. Actuũ. iiij. Multitudi/
nis credentium erat cor vnum et anima
vna. Vnitatem dico exiſtentem in vinculo
pacis. id eſt que exiſtit ⁊ cõſeruatur in vin
culo pacis. Pax enim vnitatem tenet ⁊ cõ
ſeruat ſicut vinculum rem quã tenet ⁊ vin
culat. Propter hoc dicebatur ſupra. ij. ca.
Ipſe eſt pax noſtra qui fecit vtraqꝫ vnũ. ſ
corp᷒. et ſic ſitis ſoliciti ſuare vnitatẽ ſpũs
vt ſitis vnũ corpus quãtuꝫ ad op᷒ exteri᷒



Ro. xij. Multi vnum corpus ſum᷒ in xp̃o
j. Cor. xij. Sicut aũt multa membra vnuꝫ
corpus cum ſint. non poteſt dicere oculus
manui opera tua non indigeo. Et ſitis vn᷒
ſpiritus interius idem ſentiendo quãtuꝫ ad
effectum. j. Corin. j. Idipſum dicatis om/
nes et non ſint in vobis ſciſmata. Sicut vo
cati eſtis id eſt ſic ſitis vnum corpus ⁊ vn᷒
ſpiritus ſicut vocati eſtis non ad diuerſa.
ſed in vnam ſpem vocatõnis veſtre id eſt
in vnam ſpem ſperatam ſcꝫ ad vitam eter/
nam que vna eſt. quia nummus qui eſt mer/
ces vnus eſt omnium. Pſal. Vnam petij
a domino hanc requiram vt inhabitem in
domo dñi. Et ſic patꝫ tercium. Quarto
reddit ratõnem quare debent vnitateꝫ ſer/
uare dicens. Vnus dominus vna fides ⁊c̃.
quaſi diceret. Sic debetis ⁊ poteſtis vnita
tem ſeruare quia vnus eſt dominus veſter
cui ſeruitis et non eſtis diuiſi per multos.
quod eſſet cauſa vnitatis ſcindẽde. Math
vj. Nemo poteſt duobus dominis ſeruire.
j. Corin. viij. Vnus dominus ieſus xp̃us ꝑ
quem omnia ⁊ nos per illũ. Similiter vna
eſt fides vobis inſpirata ab illo in qua ei
ſeruire debetis. fides inquã formata et vnũ
eſt baptiſma qꝺ ſuſcipere debetis ad dele/
tionem peccati et infuſionem virtutum. qꝛ
non iteratur ꝓpter caracterem quẽ impri/
mit. et quia in virtute paſſionis xp̃i datur
que nõ iteratur. Sed potior ratio eſt. quia
eſt contra morbuꝫ originalis culpe. que nõ
redijt. j. Corin. xij. Omnes nos in vno ſpi
ritu in vnum corpus baptiſati ſumus ſiue
iudei ſiue gentiles ſiue liberi ſiue ſerui. vn᷒
deus ⁊ pater omniũ Hic oſtendit ꝙ ille do
minus cui ſeruire debemus eſt vnus in eſ/
ſentia et trinus in pſonis. Et hoc eſt. Vn᷒
deus. quaſi diceret. Iſte dominus cui ſeruiſ
re debetis eſt vnus deus qui eſt pater om/
nium omnia creando et gubernando et cõ
ſeruando qui eſt ſuper omnes qꝺ appropri
atur patri qui a nullo eſt. et per omnia qꝺ
appropriatur filio qui eſt ſapientia per om
nia diſcurrens ⁊ attingens. Sap. viij. At/
tingit ergo a fine vſqꝫ ad finem for. et diſ.
omnia ſua. Et in omnibus nobis qꝺ appro
priatur ſpũiſancto qui operatur omnia in
nobis. Yſa. xxvj. Omnia opa noſtra ope/
ratus es in nobis. Eſt ergo iſte dñs cui ſer
uire debemus. Deus pater qui eſt ſuper
omnes per potẽtiam pſidendo et eſt deus fi
lius qui eſt per omnia per ſapiẽtiam omia
cognoſcẽdo. et eſt deus ſpũſſanctus qui eſt
in omnibus nobis per bonitateꝫ nobis gra
tiam infundendo. Et ſic eſt vnus deus in
tribus perſonis. Ro. xj. Ex quo omnia et
per quem omnia et in quo omnia ipſi glo/
ria in ſecula. Moralitas epiſtole. Sicut
patꝫ ex dictis. ad duo nos in hac epiſtola
hortatur apoſtolus vt ſcꝫ digne ambule/
mus vocatione qua vocati ſumus. et vt cõ
ſeruemus vnitatem ſpũs in vinculo pacis

Primo ergo nos hortatur vt digne am
bulemus vocatõne qua vocati ſumus ⁊ di
rigentem viam ad id ad qꝺ vocati ſumus
diuidit in quattuor partes ſcꝫ in humilita
tem manſuetudinem patiẽtiam ⁊ caritateꝫ
Cuius ratio eſt quia nos ſum᷒ ad quattuor
vocati. Primo et principaliter ad
regnum dei. quod eſt ipſe deus. Quia vt
dicit aug᷒. Ad hoc creata eſt humana na/
tura vt cognoſceret deum cognoſcẽdo ama
ret. amando poſſideret et poſſidendo frue/
retur. Luce. xiiij. Homo quidam fecit ce/
nam magnam et vocauit multos. Hebre.
iij. Fratres facti vocatõis celeſtis partici
pes. Propter hoc etiam deſcendit filius
dei vt ſcꝫ ad illam vitam beatam nos duce
ret. Joħ. x. Ego veni vt vitam habeant.
Et breuiter omnia que fecit filius dei et in
vita et in morte propter hoc fecit vt ſcilicꝫ
ad regnum dei iremus et vitam eternam
haberemus. Joħ. iij. Sic deus dilexit mũ/
dum vt filium ſuum vnigenitum daret. vt
omnis qui credit in ipſum non pereat ſed
habeat vitam eternam. Sola autem humi
litas eſt via perueniendi ad vitam ſeu ad
regnum dei. et qui aliter vadit potius ca/
dit q̃ꝫ aſcendit. Auguſtinus. Ambula per
chriſti humilitatem ſi vis peruenire ad ei᷒
eternitatem. Job. viceſimoſecũdo. Qui hu
miliatus fuerit erit in gloria. Prouerbioꝝ
viceſimonono. Humilem ſpiritu ſuſcipiet

glorie. Sic ergo qui ābulat in humilitate digne ambulat vocatōne qua vocatus eſt ad regnum dei. Secundo ſumus vocati ad iuſticiam regni. Math. vij. Querite primum regnum dei ꝛ iuſticiam eius querite primum regnum dei tanq̄ finem ſecundario iuſticiam eius tanq̄ id quod ducit ad illū finem. Quia ad regnum peruenire nō poſſumus ſine iuſticia regni. Math. xvj. Quia ad regnum ꝑuenire non poſſum⁹ ſine iuſticia regni Math. xvj. Si quis vult poſt me venire ſcꝫ ad regnū abneget ſemet ipſum id eſt vitā carnalem ꝛ tollat crucē ſuam id eſt penitētiam in qua homo crucifigitur mūdo ꝛ mūdus ei. Gal. vj. Per quē mihi mun. cruci. eſt ꝛ ego mun. ꝛ ſequatur me. ſ. opibus virtuoſis. Et hec eſt iuſticia regni. Vñ filijs zebedei petētibus cōſedere in regno dei interrogati ſunt an poſſent facere hanc iuſticiā ſcꝫ calicē paſſionis ꝛ penitētie bibere. vt pꝫ math. xx. Quaſi diceret xp̄us. Si vultis in regno ſedere oportꝫ mō primo iuſticiā regni habere qḋ eſt calicem paſſionis xp̄i bibere. Ergo ad hoc ſumus vocati vt carnē cū vicijs ꝛ cōcupiſcētijs crucifigamus. Gal. v. Qui aūt chriſti ſunt carnē ſuam crucifixerūt cū vicijs ꝛ cōcupiſcētijs. Et vt opa virtuoſa exerceam⁹. Perfectio aūt hoꝝ duoꝝ operū eſt māſuetudo qꝛ ſi quis in furore ꝛ ſupbia domaret carnem ꝛ faceret opa de genere bonoꝝ. ſicut multi faciūt non ꝓpter hoc ꝑueniret ad regnū celoꝝ. Hic cadit exemplū de illo qui ieiunabat omni ſabbato ad honorē virginis et ex hoc efficiebat melancolicus et īpatiens ꝓpter qḋ totā familiam ꝑturbabat. Cui apparēs beata virgo. dixit. Facias die ſabbati aliquā elemoſinā ꝛ non ieiunes. quia hoc ieiuniū non placet mihi. Similiter cadit exemplum qḋ narrat greg. in dyalogo. de illis duabus monialibus q̄ ſeruitorem ſuū nimis moleſtabāt ꝛ poſt mortem ſepulte ſunt in eccleſia. et dum dyacon⁹ clamaret qui eſt excōicatus exeat eccleſiam videbātur ꝓdicte de ſepulcris exire quaſi eſſent excōicate. Oportꝫ eñ ꝙ opa ducentia ad regnū ſiue opera in manſuetudine facta

Eccl. iij. In manſuetudine opa tua perfice. Math. xj. Diſcite a me qꝛ mitis ſum. ſ. manſuetus in opibus exterius et humilis corde interius. In eodem. v. c. Beati mites qm̄ ipi poſſide. terrā. ſ. viuētiū. c⁹ rō eſt quia opa ducētia ad regnū ſpūſanct⁹ opatur in nobis qui eſt totus benign⁹ et māſuetus. Sap. j. Benignus eſt enim ſpirit⁹ ſapientie. In eodem. xij. Quam bonus et ſuauis eſt ſpiritustuus domine in no: Nemo eniꝫ qui opatur bona habet ſpiritūſanctum qui facit eum benignum ꝛ manſuetū. Sic ergo qui ambulat in manſuetudine digne ambulat vocatōne qua vocatus eſt ad iuſticiam regni. Tercio ſumus vocati ad tolerandum aduerſa ꝑſentis vite. Luce. x. Ecce ego mitto vos ſicut agnos inter lupos. Vt per patientiam aduerſorum probemur et purgemur ꝛ perficiamur ꝛ coronemur. Jaco. j. Beat⁹ vir qui ſuffert temptatōnem. quia cum ꝓbatus fuerit accipiet coronam vite. Luce. xxj. In paciētia veſtra poſſidebitis animas veſtras. Sic ergo qui ambulat in patientia digne ambulat. vocatōne qua vocatus eſt ad tolerandum mala ꝑſentis vite. Quarto eum ſcḋm apoſtolum omnes ſumus adinuicem mēbra corporis miſtici quod eſt eccleſia ſumus vocati vt ſupportemus vnus alterum et ſeruiamus vnus alteri in officio ꝛ ſtatu ſuo in quo deus eum vocauit. Sicut membra corporis naturali dilectōne mutuo ſibi ſeruiunt et ſupportant Nam oculus ſeruit pedi oſtendendo ei viam et pes oculo portando eum et ſtomachus ceteris membris ſumendo cibum pro omnibus. et ſic de alijs. Deus autem poſuit nos in eccleſia ei⁹ tanq̄ membra. vt dicit apoſtolus. vt vnus doceat per doctrinā. alius ſuſtentet per elemoſinam. alius regat per diſciplinam. Vnuſquiſqꝫ ergo in gratia miniſterij qua vocatus eſt debet miniſtrare alijs. Ro. xij. Sicut eniꝫ in vno corpore multa membra habemus. omnia autem membra non habent eundem actum. Et ſequitur. Habētes aūt donatōes ſm grām q̄ data eſt nobis diuerſas ſiue ꝓphetiaꝫ ſcḋm rōem fidei ſiue miſterium



in miniſtrando. ſiue qui docet in doctrinā. Sic ergo qui ambulat in hac mutua caritate. ꝛ ſupportatōne vt in grā quaꝫ accipit ſeruiat alijs. digne ambulat vocatōne qua vocatus eſt ad vnitatē corꝑis miſtici qḋ ē eccleſia cuius caput eſt xp̄s. Eph. j. Ipſum dedit caput ſuꝑ oēm eccleſiā que eſt corp⁹ ipſius. Magna eſt grā eſſe mēbꝝ vnī talis corꝑis cuius caput eſt xp̄s. Et ſic pꝫ ꝙ hec digna ambulatio in quatuor ꝯſiſtit. P

pera carnis que per aquaꝫ deſignantur ſta
tim ſubmergitur. Tercio ex nimia rerum
oneratione. Sic eſt in penitentia Et ideo
oportꝫ ꝙ penitens omia onera deponat .ſ.
onus peccati. Hebre.xij. Deponētes omne
pondus et circūſtans nos peccatum p pa
cientiam curramus ad ppoſituꝫ nobis cer
tamen. Et onus tempaliuꝫ reꝝ. Math.xix

Ecce nos reliquimus omia et ſecuti ſum⁹
te. Vbi dicit Bern. Bene fecit. et nō ad
inſipiētiam tibi. Scribas enim ꝙ xpum ſe
qui non poteras oneratus. Et ideo in pri-
mitiua eccleſia quotquot habebant agros
et domos vendebant ⁊ ponebāt ꝑcia eorūꝫ
ante pedes apoſtoloꝝ. vt ptꝫ actuū. iiij. Et
ad hoc ſignificādum quādo aſcendit crucē
expoliauit ſe ⁊ nudus in cruce pependit.
Quarto ex ventoꝝ tempeſtate a quib⁹ ſub
mergitur. Similiter ⁊ penitens. Nā quatu
or venti id eſt quatuor affectōes pugnāt in
anima hominis vt ſubmergant eam. Quia
ſm Bern. Timent que non oportꝫ. ſperāt
que non decent. gaudent vane. dolentqꝫ va
nius. Propterea dicit boeti⁹. Gaudia pel
le. pelle timorem. ſpemqꝫ fugato. Nec do-
lor aſſit nubila mens ē vinctaqꝫ frenis hec
vbi regnant. Iſti ſunt illi quatuor venti
de quib⁹ dicitur dan. vij. Ecce inquit qua
tuor venti pugnabāt in mari. id eſt in corde
peccatoris. Et ſic patet ꝑmum. Secūdū
ponitur cuiuſdā palitici ad xpm adductio.
Et hoc ē. Et ec. of. ei pali. iacē. in lecto.
Mar. ij. dicitur. ꝙ a quatuor portabatur.
Luce. v. dicitur ꝙ nō inuenientes qua parte
illum inferrēt ante ieſum ꝑ turba aſcendē-
runt ſup tectum et ꝑ tegulas ſubmiſerunt
eum ante ieſum. in quo exprimitur magna
fides et deuotio eoꝝ. Et ideo tercio ſequiꝛ
paralitici in anima curatio. Videns em ie-
ſus fidem illoꝝ dixit paralitico. Confide fi
li remit. tibi pecca. tua. Glo. Non fidē pa
ralitici qꝛ ſenſu carebat. Hiero. Non fidē
illius qui offerebatur ſed fidem illoꝝ qui
offerebant eum. Vbi manifeſte ptꝫ ꝙ in fi
de et ꝑ fidem alterius remittitur peccatum
Beda. Quātum valet apud deum fides ꝓ
pria. apud quē ſic valuit aliena. vt intus et
extra ſanaret hominem. Qđ eſt contra he
reticos qui dicūt paruulis non remitti pec
catum. quia nō habent motum liberi arbi-
trij. non confidētes ipos mūdari in fide pa
rentū vel eccleſie. Qđ eſt manifeſte falſum
quia magis eſt deus ꝓnus ad miſericordiā
et veniam ꝙ̄ ad vindictam. Si ergo pueri
ꝓ peccato parētum damnātur quare non
multomagis in fide parētum ſaluantur.

Sed queritur hic cū peteretur curatio
corporis quare dn̄s prius adhibuit curatōeꝫ
mentis. Reſponſio dicēdūꝫ eſt ꝙ hoc fecit
ꝓpter tria. Primo ꝓpter benignitatem li-
beralitatis ſue que plus dat in munere ꝙ̄
petatur in prece. Secundo vt daret intelli-
gi ꝙ peccatum in anima erat cauſa morbi
in corpe. Vn̄ beda. Pro culpa anime etiā
in corpe infirmabatur. Et ideo tanqꝫ bon⁹
medicus prius cauſam ⁊ radicem morbi re
mouet et poſtea iſtum morbum expellit.
Tercio vt ex hoc daret occaſionem ſcribis
et phariſeis ſic cogitare de ſe vt ipſi cogita
uerūt de ipō. ac ꝑ hoc oſtenderet eis mani-
feſte ꝙ erat filius dei et ſic crederent ꝙ ipe
non erat ſolum homo ſed ⁊ deus et ꝑ cōſe
quens nō blaſphemaret dimittendo pecca
tum. Et hoc eſt ꝙ quarto ſequitur. Et ec-
ce quidam de ſcribis dixerunt intra ſe. hic
blaſphemat. Vbi nota ꝙ trib⁹ modis blaſ
phematur deus. Primo dum quis attri-
buit deo vel imprecatur ei qđ ſibi non con
uenit vt ꝙ ſit malus et maledictus. Secun
do dum quis remouet a deo qđ ei cōuenit.
vt dicendo ꝙ non eſt omnipotens vel miſe
ricors et cetera talia. Tercio dum quis ſibi
ipſi attribuit qđ eſt ꝓprium dei ſcꝫ peccata
dimittere ⁊ creare. Et iſto tercio modo di-
cebant iſti ꝙ xpus blaſphemabat. quia qđ
erat ꝓprium dei ſcꝫ peccata dimittere ſibi
attribuebat. Iſti erant zelatores ficti dei.
Reducit autem deus eos ad cognitiōeꝫ ve
ritatis ꝑ ſimile dum cogitatōnes eoꝝ ſe no
ſcere oſtendit qđ ſimiliter ſolius dei eſt. Et
hoc eſt ꝙ quinto ſequitur ſcꝫ cogitationū
eoꝝ reprobatio. Vnde ait Et cum vidiſſet
ieſus cogitatiōes eoꝝ dixit. vt quid cogita-
tis mala in cordibus veſtris. q. d. ex hoc ꝙ
cogitatōnes veſtras video ꝑpendite qꝛ de⁹
ſum. Vn̄ ⁊ peccata dimitto. Sed quia nec
iſtud ſuffecit ad remotōnem cecitatis cor-
dis eoꝝ. venitur ad magnum miraculuꝫ vt
vel ſic obſtruatur os loquentium iniqua.
Vnde ſequitur Quid eſt facilius dicere re
mittūtur tibi peccata tua id eſt dicto face-
re vt tibi peccata dimittātur. glo. qđ ſolus



que dimitto noui an dicere ſurge ⁊ ambula
gloſa. qđ et vos videre poteritis quaſi dice
ret: Apud me vtrūqꝫ equaliter facile eſt. ſꝫ
quia ego ſolus illud noui. iſtud autēꝫ etiāꝫ
homines vident et ideo ꝓ maiori reputant
ꝓbent inuiſibile per viſibile. Et hoc eſt qđ
ſequitur. Vt autem ſciatis quia filius ho-
minis habet poteſtatem dimittendi pecca-
ta in ter. ⁊c. Sed nō videtur bene argumē
tari. quia ꝑ minus videtur ꝓbare maius.
Minus eſt enīꝫ ſanare paraliticū in corpe
ꝙ̄ peccatū dimittere in anima. Aug⁹. Pl⁹
eſt iuſtificare impium ꝙ̄ creare celum et
terram. Et ideo nota ꝙ opus dei poteſt
habere triplicem conſideratōnem. Conſide
rari enīꝫ poteſt in opifice. et ſic omne opus
eſt equaliter facile. quia opifex in omnib⁹
eſt equaliter potēs. Secūdo pōt conſidera
ri in ſeipſo et ſic vnum opus pōt ex ſe ha-
bere maiorē difficultateꝫ ꝙ̄ aliud Et ſic iu
ſtificare impiū plus ⁊ maius eſt ꝙ̄ creare
celum ⁊ terram. eo ꝙ in hoc eſt reſiſtentia
peccati. in illo vero nulla eſt reſiſtentia. Et
ſm hoc intelligiꝛ dictū aug⁹. Tercio quā-
tum ad illos quib⁹ opus apparet. et ſic ho
mines qui magis vident eſtiment maiora.
poteſt aliquid exiſtimari eſſe maioris vel
minoris difficultatis qđ maius ⁊ min⁹ vi-
detur. Si ergo conſideremus opus ſm pri-
mā conſideratōnem ſcꝫ ꝓut cōſideratur in
opifice ſic erit argumētum a ſimili qꝛ ſi pōt
facere vnū pōt facere aliud. cum vtrūqꝫ po
tentiā ſolius dei requirat. Simile ergo pro
batur ꝑ ſiſe ⁊ inuiſibile ꝓbatur ꝑ viſibile.
Hiero. Verū ſint palitico peccata dimiſſa.
ſolus nouerat qui dimittebat. ſurgere antē
et ambulare omnib⁹ manifeſtū erat qui vi
debant. fit ergo viſibile ſignū vt ꝓbetur inui
ſibile. Si aūt ꝯſideratur ſm vltimā conſide
ratōnem ſcꝫ ꝓut cōſideratur in iudicio ho
minū ſic erit hoc argumētum a maiori qꝛ
maius videbaꝛ eis ſanare dicto paliticū ꝙ̄
dicere remittūtur tibi peccata tua. Et ideo
ſi poterat qđ maius erat etiā qđ min⁹ erat
Et hoc eſt qđ ſequiꝛ. Vt autē ſciatis quia
filius hoīs habet ptātem dimittēdi pecca-
ta in terra. tunc ait palitico tibi dico ſurge
vt manifeſtum fiat ꝙ ſanus es. tolle lectuꝫ
tuum ⁊ ambula Et ſtatim tulit lectū ⁊ am
bulauit coram illis vt conuerterētur ⁊ cō-
funderētur. Et ſic ptꝫ ſcōm et terciuꝫ quar
tum ⁊ quintum. Moralitas. Circa hoc
miraculum quinqꝫ conſiderāda occurrūt
Primo quid per hunc paraliticuꝫ deſigne
tur. Secundo que ſint portatores ipſi⁹ pa-
ralitici ad xpum. Tercio que eſt turba im-
pediens ne paraliticus ponatur ante ieſum
vt habetur luce. v. Quarto que facit ad
dimiſſionem peccati quia iſte in fide illorū
dimiſſus eſt a peccato. Et quot modis in-
firmitates contingunt. quia iſte ex peccato
videtur infirm⁹ fuiſſe. Quinto quomō pec
cator ſanatus debet tollere lectuꝫ ſuū ⁊ ire
in domū ſuam. Circa primum nota ꝙ ꝑ
hunc paraliticum peccator deſignatur et ꝑ
paraliſim peccatum. Et hoc dupliciter ſcꝫ
ratione originis et ratōne effectus. Pri
mo ratione originis. Tribus enim modis
cauſatur paraliſis ſcilicꝫ ex frigiditate ner
uos conſtringente. vel ex humore neruos
opilante. vel ex vulnere neruos incidente.
Ex his enim impeditur tranſitus ſpūs ad
inſtrumenta ſenſuū. et fit priuatio ſenſus ⁊
motus ſm plus ⁊ minus. aliquādo in toto.
et aliquādo ſolum in vno membro. Anima
igitur auari paraliſim incurrit ex nimia fri
giditate. Eſt enim congelata quia igneꝫ di
uinum ſcꝫ caritatem dei ⁊ ꝓximi non ha-
bet. et hoc eſt quia eſt plena iniquitate. ni-
hil enīꝫ iniquius ꝙ̄ amare pecunias. math.
xxiiij. Quoniā abundabit iniquitas refri-
geſcet caritas multoꝝ. Calor autem facit
hominē largum. propterea iuuenes natura
liter ſunt largi et ſenes auari Et quia aua
rus non habet calorem dei in ſe. ideo habꝫ
cor congelatum et nihil largitur. Et ideo
chriſtus ignem venit mittere in terram vt
hoc frigus depelleret. Nam dum ſe et ſua
nobis gratis dedit ignem magnum id eſt a
morem in cordibus noſtris accendit. Ro.
octauo. Quomō non etiam cum illo om-
nia nobis donauit. Que cogitans prophe
ta dicit. Conculcauit cor meum intra me.
et in memoria mea exardeſcet ignis. ⁊c.

Ideo etiaʒ ſpūſſanctus in ſpecie ignis apparuit vt auaricie frigus depelleret. Luxurioſus autē paliſim incurrit ex nimia humiditate que cauſatur ex nimia comeſtione et maxime ex potatiōe vini. Propterea dī ad ephe.v. Nolite inebriari vino in quo eſt luxuria. Si enī luxurioſus abſtineret ⁊ maceraret abſtinētia cibi ⁊ potus carnem ſuā non efficeretur paraliticus. Ad hanc paraliſim depellendam xp̄us ordinauit ⁊ ꝑdicauit penitētiam ⁊ abſtinētiaʒ. Luce.xxj. Videte ne grauētur corda veſtra crapula ⁊ ebrietate. Et ob hoc etiaʒ ſancti patres ordinauerūt religiones ⁊ heremitoria. et ſancta eccleſia ordinauit quadrageſimā et alia ieiunia. Superbus vero incurrit paraliſim ex inciſione ⁊ ſeꝑatione. Supbia eniʒ ſeꝑat animā a deo. et ideo influxus ſpūſſancti ad cor eius tranſire nō poteſt. Eccī.x. Initiū ſupbie hoīs eſt apoſtatare a deo quoniā ab eo qui fecit illum receſſit ad cor eius. Ad hanc paraliſim expellendam xp̄us vſqʒ ad terram ſe humiliauit formā ſerui accipiēs. Iſta eſt peſſima paraliſis q2 omnē gratiaꝝ influxum impedit. Iaco.iiij. Deus ſupbis reſiſtit humilibus autē dat gratiaʒ. Cum autē ad iſta tria peccata auariciā luxuriā et ſupbiam omnia peccata reducātur. vt dicit.j.iob.ij. ⁊ hec tria paraliſim deſignēt ſm diuerſas cauſas vt dictum eſt. manifeſtum eſt ꝙ paraliticum omīs peccator pōt intelligi rōne originis vnde cauſatur. Secundo ſignificatur peccator ꝑ paraliticuʒ rōne effectus. Quattuor enim mala ſequūtur in corpe ex paraliſi ſcʒ tremor. inſenſibilitas. immobilitas ⁊ mollicies. Hec eadem quattuor cōſequitur peccator ex peccato ꝓpter qd merito ꝑ paraliſim peccatum ⁊ ꝑ paraliticū peccator deſignatur. Primū malū eſt tremor. Tremet enī peccator ⁊ timet que timenda nō ſunt ſcʒ iſta mūdana que ſunt falſa bona ⁊ multa mala cōtinent ⁊ ad doloroſum finē adducūt. Pſal. Illic trepi.ti. vbi nō erat ti. Et nō timeat que multum timenda ſunt ſcʒ ꝑditionem virtutū ⁊ grē dei. et abſciſionem ab eccleſia ⁊ priuatōnē glorie celi. Et ideō qui timorem non habʒ dñi nō timet mala facere quia timor dñi expellit peccatum. Eccl.j. Nec curat bona agere. nam qui timet deū faciet bona. eccī.xv. Secūdum malum eſt inſenſibilitas. Nā in paralitico fit priuatio ⁊ diminutio ſenſus ex ſupradictis tribus cauſis. Sic eſt in peccatore. nō eniʒ ſentit peccator grandia vulnera anime. Morſum autem vnius canis vel vnius pulicis bene ſentit. ꝓuerb.xxiij. Verberauerūt me ⁊ non dolui. traxerunt me ⁊ non ſenſi.

C Vbi nota ꝙ triplex eſt inſenſibilitas peccatoris. Prima eſt q2 nō ſentit ꝓprios defectus quā facit ſupbia. Sic phariſeus ille nō cognoſcebat defectꝰ ſuos ſed ſe meliorem omnibus reputabat. nō ſum inquit ſicut ceteri ho. lu.xviij. Ecōtra facit humilitas que bonā facit animaʒ. Grego. Bonaꝝ mentiū eſt ibi cognoſcere culpam vbi culpa nō eſt. Secūda eſt quia nō ſentit miſerias ꝓximoꝝ. Amos.vj. Bibentes in phialis vinū ⁊ optimo vnguento delibuti ⁊ nihil patiebātur ſuꝑ contritione ioſeph. Hanc facit auaricia ⁊ immiſericordia. Luce.xvj. Erat quidam mendicus nomine lazarus cupiens ſaturari. ⁊c̄. Ecōtra facit pietas quia alienas miſerias facit ſuas. ij. Cor.xj. Quis infirmatur ⁊ ego non infirmor. quis ſcandaliſatur ⁊ ego nō vror. Tercia eſt quia non ſentit dulcedinem ſpiritusſancti. bene ſentit dulcedineʒ phiale et cantilene. ſed dulcedinem verbi dei ſuꝑ mel dulcioris non ſentit. Hanc facit immūdicia carnis que facit hominem quaſi porcū vt ei ſapiant ſtercora. Vnde tren. Qui nutriebantur in croceis amplexati ſunt ſtercora. Econtra facit mundicia que facit dei ſuauitatem ſentire et oculis mentis ſentire. Mathei.v. Beati mundo corde quoniam ipſi deum videbunt. Tercium malum eſt immobilitas. ſicut enim in contracto ꝓpter frigus vel opilato ex humiditate. vel ceſo neruo. priuatur pars paralitica motu vel in toto vel in parte. ſimiliter eſt in peccatore. fit enim immobilis et piger ad omne bonum. Prouerbioꝝ viceſimoprimo. Deſideria occidunt pigrum noluerūt enim quicquam operari manus eius. ⁊c̄. B



Quartum eſt mollicies quedam. diſſoluitur enī peccator in aquis deliciaꝝ ſicut glacies ad ignem. Hiere.xxxj. Vſqʒ quo delicijs diſſolueris filia vaga. Et attendit hec mollicies in peccatore in hoc ꝙ cedit omni duro. nihil enī graue nec vnam temptationem pōt ſuſtinere ⁊ vincere. imo omni temptatiōi ⁊ omni duro cedit. Prouer.xxviij. Qui mollis eſt ⁊ diſſolutus in oꝑe ſuo frater eſt ſua oꝑa diſſipantis. Diſſoluitur eniʒ peccator in igne tribulatiōis ſicut ⁊ in aquis deliciaꝝ.

D Circa ſcōm ſcʒ qui ſunt portatores qui portant peccatoreʒ an̄ ieſum. nota ꝙ ſunt quattuor. quia marcus dicit ꝙ a quattuor portabatur. Primꝰ eſt conſideratio vilitatis ⁊ nocicitatis peccati q̄ʒ vile ⁊ q̄ʒ noxium ſit. Infinita eniʒ bona aufert ſcʒ deum cum omnibus bonis gratie. ⁊ infinita mala infert ſcʒ dyabolū cum omnibus vicijs. Hec autē cogitare multū facit ad cōuerſioneʒ. Pſal. Cogitaui vias meas ⁊ cōuerti pedes meos. Secūdus eſt memoria mortis. quādo enim quis cogitat ꝙ de omibus bonis ſuis tempalibus nihil ſecum portabit. et ꝙ ipſe a vermibus comedetur. et ſub terra recōdetur ab omnibꝰ derelinquēdus de facili cōtemnit omnia ⁊ ad deum redit. Hiero. Facile cōtemnit omnia qui ſemꝑ ſe. co. eſ. mo. Eccī.vij. Memorare nouiſſima tua ⁊ in eternū non peccabis. Tercius eſt recogitatio beneficioꝝ dei. Si quis enī cogitat quō deus fecit eam pulcerrimā creaturam vtpote ad imaginem ſuaʒ. et quō omnia ſubiecit ei et quō vt eū redimeret voluit mori. et alia excellentia beneficia que ei deus contulit multū allicit ad amorem dei atqʒ ad eū redire ꝓcurat. pſal. Quid retribuā dño ꝓ omnibus que retribuit mihi. calicē ſalutaris accipiā. quo per penitētiaʒ ad deū redit. in qua ſalus anime cōſiſtit. Quartus eſt timor ſupplicij eterni et ſpes ꝓmij. horrēdum eſt eniʒ incidere in manus dei viuētis. Hebre.x. Si quis eniʒ cōſiderat ꝙ ipſe eſt obligatꝰ ſupplicijs eternis ⁊ priuatus glīa paradiſi. et ſi redeat ad deum abſoluetur a penis et glorie reſtituet. certe niſi ſit omnino fatuus feſtinabit ad deum redire. Yſa.xxviij. Ego dixi in dimidio dieꝝ meoꝝ vadā ad portas inferi. Dixi nō vide. do. in ter. viuen. Et ſequitur. Recogitabo tibi om. an. me. in amaritudine anime mee. Qd̄ fit in penitētia dum homo ad deum redit.

E Circa tercium ſcʒ que eſt turba impediēs ne peccator portetur ante ieſum. nota ꝙ quadruplex eſt turba impediens. Prima eſt turba vicioꝝ. Qui enim eſt inuolutus multis malis ⁊ peccatis impeditur ne ad deum redeat. Ro.j. Qui cū iuſticiam dei cognouiſſent nō intellexerunt quoniā qui talia agūt digni ſunt morte. Sicut enim qui multas ⁊ cōtrarias infirmitates habent non de facili curantur. ſic qui multa peccata. Peccata eniʒ clamant contra eum in curia celi. Gen̄.iiij. Ecce vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Secūda eſt turba ſollicitudinū mundanoꝝ que ſuffocant verbum dei ⁊ omne bonum cogitatum. Lu.viij. Aliud cecidit inter ſpinas ⁊ ſimul exorte ſpine ſuffocauerūt illud. Solicitudines mūdi recte ſunt ſicut ſpine vt ſi quis in eis fuerit inuolutus non poterit exire illeſus. Propter qd̄ dr̄ eccī.xj. Fili ne in multis ſint actus tui. Tercia eſt turba cōſanguineoꝝ qui omnino ſalutē anime impedire conatur. Propter qd̄ dictū eſt abrae Egredere de terra tua ⁊ de cognatione tua ⁊ de domo patris tui. Gen̄.xij. Quia inimici hominis domeſtici eiꝰ. Lu.xiiij. Si quis venit ad me ⁊ non odit pa. ſ. et ma. ⁊c̄. non poteſt meus eſſe diſcipulus. Quarta eſt turba demonum qui non dormiunt ſed ſemper conſumunt animam peccatoris ipſis peccatis. ita ꝙ non habet vires ad deum redeundi per omne enim peccatum quod faciunt perpetrari induratur anima. et aptitudo redeundi ad deum paulatim conſumitur. Iob.xiij. Qui me comedunt nō dormiunt a multitudine eorum cōſumitur veſtimentum meum. Veſtimentum anime ſunt bona naturalia que ꝑ peccatum deuaſtantur. Luce decimo. Qui eciam deſpoliauerunt eum et plagis impoſitis abierunt. Demones auferunt gratuita. et vulnerant naturalia. ⁊c̄.

F ¶ Circa quartum ſcꝫ que faciūt ad diſmiſſionem peccati et quot de cauſis infirmitates ⁊ pene cōtingunt. nota ꝙ quatuoꝛ faciūt ad dimiſſionem peccati. Primū eſt operatio bona que habilitat ⁊ diſponit ad grām ſicut medicus diſponit vt medicina bene opetur. Greg. Interim fac quicquid boni potes vt deus illuſtret cor tuū ad penitentiam. Unde ſtulti ſunt illi qui poſtꝗ̄ ſunt in peccato moꝛtali nihil boni facere volunt exquo non ꝓdeſt eis ad vitam eternam. ꝓdeſt tamen eis vt de peccato exeant et ad deū reuertātur. Secūdum eſt elemoſina. Dan. iiij. Peccata tua elemoſinis redime. Exemplum huius habemus in coꝛnelio centurione. de quo dꝛ actuū. x. Elemoſine tue aſcenderūt in memoꝛiam in conſpectu dei. Et ideo ad eum miſſus eſt petrus vt a peccatis abſolueret eū. Terciū eſt venia cōceſſa alteri ꝓ iniuria facta ſibi. math. vj. Si eīm dimiſeritis hoibus peccata coꝝ di. vo. pater veſter celeſtis peccata veſtra. Quartum eſt meritū et oꝛatio ſcōꝝ vt hic patꝫ quia ꝓpter fidem poꝛtātium dimiſſa ſunt ei peccata. j. Re. xv. Poꝛta queſo peccatum meū. Exemplum de beato augꝰ. qui ꝓpter merita et oꝛatōnes matris cōuerſus eſt. et paulus ꝓpter oꝛatōnem ſtephani cōuerſus eſt. vt dicit augꝰ. Propterea dꝛ iob
G v. Uoca ſi eſt qui te audiat ⁊ ad aliquē ſanctoꝝ cōuertere B. Circa aliud. ſ. quot de cauſis infirmitates ɔtingūt. nota ꝙ vt dicit beda. quinqꝫ de cauſis ɔtingūt. Prima vt meritū iuſtis ꝑ patiētiaꝫ augeat. vt iob et thobie. Secūdo ad cuſtodiā virtutis et humilitatis. Nam virtus in infirmitate ꝑficitur. ij. ad co. xij. Ne magnitudo reue. extol. me datus eſt mihi ſtimulus carnis mee an. ſa. vt me collaphiſet. Tercio ad purgāda peccata vt lepꝛa marie ⁊ huic paliticō. Quarto ad gloꝛiam dei vt lazaro. Quin
H to ad iniciū pene vt herodi quatenus hic ꝑpendatur quid in futuro ſequat. H Circa quintum ſcꝫ quō peccatoꝛ ſanatꝰ debet reſurgere ⁊ tollere lectū ſuum et ire in domū ſuam. nota tria. qꝛ debet ſurgere per culpe fugam ⁊ deteſtationem. debet tollere lectum ſuū ꝑ penitētie aſſumptiōem. ⁊ debꝫ ire in domū ſuam per ꝑfectum bonoꝝ ⁊ exercitatōnem. Circa pꝛimū nota ꝙ peccōꝛ ſanatus quattuoꝛ debet deteſtari ſcꝫ peccatū qd fec. dyabolum qui peccatū ſuggeſſit. mūdum qui delectabilia ſua ad peccatū ꝑpetrādum obtulit ⁊ carnem q̄ ad peccatuꝫ allexit Quādo homo paſſus eſt vnum magnū malum omēs qui fuerūt in culpa ꝑſequitur Dyabolus aūt ⁊ mūdus ⁊ caro ſūt in culpa peccati ideo merito perſequendi. Pſal. Cōfundātur ⁊ reue. qui vo. mi. ma. Circa ſcōm nota ꝙ peccatoꝛ debet tollere lectū ſuū id eſt coꝛpus ſuū in quo pꝛius ꝑ peccatū ſuū iacebat. ipm ꝑ diſciplinā penitētie macerādo ſcꝫ ꝑ abſtinentiam cibi et potus. ꝑ diſciplinas ⁊ vigilias. per ꝑegrinatōnes ⁊ infirmoꝝ obſequia. Hebꝛe. xj. Circuierūt in melotis. in pel. cap. egen. an. aflic. in ſoli. er. in mo. ⁊ in ſpe. ⁊ in cauer. Jl I
Circa terciū nota ꝙ peccōꝛ ſanatꝰ debꝫ ire in quadruplicē domū ꝑficiēdo. Prima eſt eccleſia ad quā debet ire ꝑ ſacꝛoꝝ ꝑceptōeꝫ Pſal. In domū dñi ibimus. Debet eniꝫ ſe munire ſacramētis in quibꝰ opatur virtus paſſionis xpī vt ɔſeruet a malo ⁊ ꝑficiat in bona. Secūda eſt ɔſcia ꝓpꝛia in qua debet ire ꝑ ſuā frequētem diſcuſſionē. ſap. viij Intrans in domū meā cōquieſcam cū illa Qñ extractus ē ignis in aliqua domo diligēter querit an remanſerit ignis in aliqua fauilla et deinceps. maioꝛ cautela adhibet Sic debꝫ peccōꝛ facere in cuius ɔſcia extinctus ē ignis peccati. Tercia eſt ſepulcrum Job. xxx. Scio quia moꝛti trades me vbi cōſtituta eſt domus omni viuēti. Ad hanc debet ire hō ꝑ iugem memoꝛiā ⁊ expectatiōnē. Job. xiiij. Cūctis dieb9 quibꝰ nunc milito expec. do. ve. immu. m. Qñ hō ſtat ad penſionē in aliqua domo in qua modicū debet ſtare nō curat de ea ſed multū curat de ea in qua ſꝑ debet habitare. In hoc autem mūdo oēs ſtamus ad penſionē ⁊ modico tpe In alia aūt vita in ꝑpetuū ſtabimꝰ Hebꝛe. xiij. Non habemus hic manentem ciuitatem ſed futurā inqui. Et ideo modicum eſt curādum de iſta ⁊ multum de alia.



Quarta eſt celum ad qd debet ire per deſiderium ⁊ affectionem. Phil. iij. Noſtra cōuerſatio in celis eſt. Ibi eniꝫ eſt pater noſter. ibi ſunt ꝑdeceſſores noſtri. ibi eſt oīe bonum noſtrū. et ideo ibi debet eſſe coꝛ noſtrū. math. vj. Ubi eſt theſaurꝰ tuus ibi ē et coꝛ tuū. Sexto ⁊ vltimo ponit ex miraculo facto dei gloꝛificatio quia videntes turbe miraculum factum timuerūt ſcꝫ timoꝛe reuerētie et filiali et gloꝛificauerunt deum qui dedit poteſtatem talem hoīb9 id eſt qui dedit hoib9 ꝓphetam magnū habentem poteſtatem talia faciēdi ſcꝫ ſanādi homines in anima ⁊ coꝛpoꝛe. Et ſic patet ſextum et conſequēter totum.

## ¶ De epiſtola ſermo. CIII.

Renouamini ſpū mentis veſtre Eph. iiij. Apl'us in hac epiſtola ad quattuoꝛ nos hoꝛtatur. Primo vt mente renouemur nouū homīem induentes. In pꝛincipio epiſtole. Secūdo vt mendacium deponamus veritatem loquētes ibi. Propter qd deponētes men. loqui. veri. Tercio nos hoꝛtatur ad iram per zelum in ira ſimpliciter non peccātes. ibi. Iraſcimini ⁊ nolite peccare. Quarto vt furtuꝫ declinemꝰ laboꝛes manuū exercentes ibi. Qui furabatur iam nō furatur Primo ergo nos hoꝛtatur vt mente renouemus dicēs. Renouamini ſpū mentis veſtre id eſt renouamini non extra tātum vt multi faciunt in pannis ⁊ hmōi ſed intus ſcꝫ ſpū mentis veſtre. intranſitiua eſt ɔſtructio id eſt ſpū qui eſt mens veſtra vel ſpūſancto mētis veſtre habitatoꝛe. Et attende ꝙ dicit renouamini quia quātūcūqꝫ homo ꝑfectus ſit ſemper debet reputare de nouo incohare. eccl. xviij Cum cōſummauerit homo tunc incipiet. Pſal. Et dixi nunc cepi. Et ad cuius imitationem debet eſſe hec renouatio. oſtendit cum ſubdit. Et induite. quātum ad conuerſationem exterioꝛem per imitatōnem. nouū hominem id eſt xpm nouo modo cōceptū et natum. Ro. xiij. Induimini do. ie. xpm. Hunc induit quicūqꝫ virtutes induit. gal. iij. Quicūqꝫ in chꝛiſto baptiſati eſtis xpm induiſtis. Sic mulier illa quā iob. in apoc. vidit induta erat ſole. Induite dico nouū hoīem qui ſm deum creatus eſt. nō ſm carnem. j. Coꝛ. xv. Primus adaꝫ de terꝛa terrenus. ſecūdus de celo celeſtis. quia virtus foꝛmatiua coꝛporis xpī fuit celeſtis ⁊ diuina et non terꝛeſtris et humana. Et in quo debet eſſe hec renouato facta ad imagineꝫ xpī oſtēdit cum ſubdit. In iuſticia ſcꝫ operis et ſanctitate veritatis id eſt in vera ſanctitate mentis vt ſitis iuſti in opere. et ſancti in mente. Uel in iuſticia quātum ad alios. et in ſanctitate veritatis quātum ad vos vt ſcꝫ ſitis ſine ſimulatōne ypocriſis. Leui. xix. Sancti eſtote qm̄ ego ſcūs ſum. Et nota ꝙ duplex eſt renouatio mentis que fit in pñti ꝑ virtutum opera. et coꝛꝑis que fit in futura in coꝛpoꝛū reſurꝛectione. De pꝛima loquitur hic apoſtolus. Item nota ꝙ nouus homo eſt xpūs et vetus homo dꝛ adā Item nouus homo dicitur anima quia de nouo creata. et vetus homo dicit caro. qꝛ a veteri adam traducta. K Ubi nota K
ꝙ anima dꝛ ſeneſcere ꝑ peccatum. ꝑ ſimilitudinem. Et hoc ptꝫ quātum ad quattuoꝛ Primo quia ſicut ſenium incuruat coꝛpꝰ. ita peccatum incuruat animaꝫ ad terꝛena. ita ꝙ celeſtia nō poteſt reſpicere. Nam terꝛena cogitat deſiderat loquitur et operatur Pſal. Miſer factus ſum ⁊ curuatus ſum vſqꝫ in finem. Ideꝫ. Oculos ſu. ſta. decli. in ter. Secundo quia ſicut ſenium debilitat viſum. et quandoqꝫ excecat vt patet in yſaac. Sic peccatum excecat animam. Nō enim videt peccatoꝛ gladium dei ſuper ſe euaginatum nec videt dyabolum ſe trahentem ad furcas inferni nec videt ſe nudum in omnibus bonis ſpoliatum et vere ꝑ omnia et totaliter ē cecus. Pſal. Oculos habent ⁊ non videbunt. Et nota hic de hely. de quo dicitur ꝙ non poterat videre lucernam dei anteꝗ̄ extingueretur. j. Regū. iij. Sic peccatoꝛ nihil clarum poteſt videre. ſed ſi quid eſt male fumigans illud videt.

Peccatoꝛ eſt ſicut noctua que nihil videt
niſi in tenebꝛis. Job.iij. Dilex.ma.tene.q̃
lu. Tercio qꝛ ſicut ſeniū debilitat auditum
et omēs potētias anime oꝛganis alligatas.
ſic peccatū aīam ⁊ omnes potētias eius ad
omne opus boni ligat ꝙ nec audire verba
dei nec amare vera bona. nec recoꝛdari be-
neficioꝝ dei. nec ire ad ſancta loca. nec ope
rari virtuoſa poteſt. imo omnia hec faſti-
dit ſicut homo ſatur cibum. Numeri.xxi.
Anima noſtra nauſeat ſup cibo iſto leuiſ.
Quarto quia ſicͭ ſola auaricia iuueneſcit
in ſene. ſic ſolum peccatū iuueneſcit in pec-
catoꝛe. yſa.lxv. Puer centū an.mo. Pec-
catoꝛ habet multa tempꝛa in hac etate ſed
in ſenſu eſt valde puer. Cōtra qͦ dꝛ.i.coꝝ.
xiiij. Nolite pueri effici ſenſibus ſed mali-
cia puuli eſtote. Ab hac ergo vetuſtate hoꝛ
tatur nos apl̄s vt renouemur dicens. Re-
nouamini ſpū mentis veſtre. L Mo- .L.
raliter aūt exponēdo nota ꝙ renouari de-
bemus ſm̄ ſex ſpēs renouatōnis que in cre
aturis inueniūtur. Pꝛima renouatio fit ꝑ
ignem. ſicut ferꝛū renouatur ab erugine et
aurū ⁊ argētum ꝑ ignem ꝓbantur ⁊ reno-
uātur. ſic renouatur hō in igne tribulatōis
Sap.iij. Tanq̄ auꝝ in foꝛnace pba.il. Tri
bulatio vocatur ignis qꝛ ſiłes auro ⁊ argē
to purgat. ſiłes vero palee incinerat ſz veni
rat. Quidam aūt videntur argētum ⁊ nō
ſunt et ideo ignem tribulatōnis nō ſuſtinēt
Hiere.vi. Fruſtra cōflauit conflatoꝛ. mali
cie coꝝ non ſunt ꝯſumpte. argētum re.pbū
vocate eos quia dn̄s ꝓiecit illos. Melioꝛ
ꝓba que poſſit fieri de argento fit ꝑ ignez
Sic eſt in hoīb9 qui optime ꝓbantur in
tribulatione. Eccl̄i.ij. In igne ꝓbatur auꝝ
et argētum. hoīes vero in camino humilia
tionis. Job.ij. Mitte manū tuam ⁊ tange
os eius ⁊ carnē. ⁊ tunc videbis ꝙ in faciez
benedicat tibi. Nota hic ꝙ deus facit ſicut
aurifex ⁊ campſoꝛ qui aliqñ foꝛtiter ꝓbat
aurū ſcʒ ꝑ ignem. aliqñ leuiter ſcʒ ad pago
nem. Sic facit deus qꝛ quoſdaʒ acriter pꝛo
bat ꝑ multas tribulatōes vt ꝑfectos quoſ
dam leuiter id eſt ꝑ paucas tribulatōes vt
impꝛfectos. Secūda renouatio fit in ſer-

pēte qui cum ſenuerit et ꝓpter duriciem
pellis non pōt ſe bene vertere abſtinet.xl.di
ebus. deinde ingrediens ꝑ artū foꝛamen pel
lem veterē ibi relinquit. Ad hanc pꝛudētiā
xp̄us nos hoꝛtatur. math.v. Eſtote inquit
pꝛudētes ſicut ſerpentes. Debemus aūt in
hoc ſerpētis pꝛudētiam imitari. vt carnem
nr̄am ꝑ abſtinētiam eſce ⁊ potus maceran
tes in artū foꝛamen penitētie ingrediamur
qꝛ arta eſt via q̄ ducit ad vitam. math.vij.
Ubi totā pellem veterē pcc͠oꝝ deponentes
in nouē creaturam trāſeamus. qꝛ niſi quis
renatus fuerit denuo nō pōt videre regnū
dei. ioh.iij. Et ſicut mō geniti infantes lac
puritatis bibamus ſapiduʒ pluſq̄ manna.
Cañ.v. Bibite cariſſimi ⁊ inebꝛiamini.i.
pe.ij. Sicut mō geniti infantes ſine do.lac
concu. Tercia renouatio fit in aquila.
pſal. Renouabitur vt aquile iuuētus tua.
Ubi dicit gloſa Aquila dū ſenio grauatur
unco roſtri immoderate creſcente non pōt
os apire ⁊ cibum capere. Unde langueſcit
Sed quodam naturali mō collidit roſtruʒ
ad petram. et eximit onus roſtri quo cibuʒ
capere impediebatur. et tunc redit ad cibū
et omnia reparantur ei vt fiat iuuenis. In
quo datur nobis exempluʒ vt roſtrum no
ſtrū id eſt aſpectuʒ mentis noſtre qui eſt to
tus incuruatus ⁊ reflexus ad terꝛam. ita ꝙ
ei celeſtia ñ ſapiāt. ꝑcutiam9 ad petrā xp̄m
id eſt ꝯſideremꝰ ipm quāta ⁊ qualia nobis
dedit. ⁊ tūc ex tali ꝑcuſſiōe ꝯſideratōnis ad
petrā xp̄um. accēdetur ignis diuini amoꝛis
in nobis. pſal. In meditatōe mea exar.ig.
et talis ignis ſpm̄ mētis nr̄e renouabit. pſal
Emitte ſpm̄ tu. ⁊ crea. qꝛ ignis diuinus eſt
et renouabis fa.ter. id eſt aīe. ⁊ tunc aīa ci
bū ſuū ſpūalē ſumet et oīa carnalia renuet
Aug9. Guſtato ſpiritu deſipit omnis caro
Quarta renouatio fit in ceruo. Pſal.
Sicut ceruus deſiderat ad fontes aquaruʒ
Ubi dicit gloſa. Ceruus dum grauatur ſe
nio creſcentibus pilis ⁊ coꝛnibus. ſerpētes
haurit naribus quo hauſto veneno eſtuat
vñ fontē ad bibēdum ardētiſſime deſiderat
et cū multū biberit pilos ⁊ coꝛnua deponit
In quo datur nobis exemplum ꝙ dū gra-



uamur pilis id eſt paſſionibus carnis q̄ ex
carne veteri oꝛiūtur. et coꝛnib9 id eſt digni
tatibus mūdi que valde grauant animā. et
ad terꝛam depꝛimūt ⁊ ſuis punctionib9 vul
nerant. debemus reſpicere ſerpētem in pa
lo crucis ſuſpenſuʒ et eius venenū id eſt ve
nenoſa oppꝛobꝛia ⁊ toꝛmenta haurire ⁊ bi
bere. per iugem memoꝛiaʒ ex cuius hauſtu
in nobis virtus calefactiua generabitur. et
quedaʒ virtus que deſiccabit in nobis om
ne deſiderium carnalium ⁊ mūdanoꝝ. et ſic
deſiccatis carnalibus ſitiemus et bibemus
aquā diuine gratie ſalutaris: Joh.vij. Si
quis ſitit veniat ad me ⁊ bibat. Et tunc ab
renūciabimus coꝛnibus id eſt honoꝛibus ⁊
dignitatibus mundi. quia ſi quis bene con
ſiderat crucifixum perpendet quoniā digni
tas mundi eſt cōtemnenda. Nam cui pꝛius
acclamatū eſt vt deo oſanna in excelſis nūc
maledicitur vt ſeductoꝛ. Mathei.xxviij.
Vach qui deſtruis templuʒ dei. ⁊c̄. Et cui
pꝛius ꝓſternebant veſtimenta in vis. ecce
ſuis exuitur ⁊ ſoꝛs ſup ea mittitur Et mul
ta alia conſiderātur in cruce ꝓpter que ho
noꝛ ⁊ dignitas mūdi ſunt penitus cōtemnē
da. Per talem etiaʒ aſpectum pili id eſt vi
cia carnalia. et cornua id eſt ſupbia ⁊ vicia
ſpūalia deponūtur. qꝛ de cruce manat vir-
tus omnē moꝛbum peccati ſanans dum ti-
riacam in cruce factam ſumimus que oēm
venenū peccati expellit. Et tunc ſic renoua
ti et in crucifixum tranſlati incipiemus ha
bere vera coꝛnua id eſt verum honoꝛē qui
conſiſtit in poſſeſſione virtutum. Quia vt
dicit phūs. Honoꝛ eſt reuerentia exhibita
in teſtimonium virtutis. Honoꝛ vero mū-
di eſt in panno ⁊ in equis. Hoc figuratum
eſt nume.xxi. vbi dn̄s mandauit ꝙ quicūqʒ
grauaretur punctōne alicuius veneni debe
ret reſpicere ſerpētem eneū in palo ſuſpen-
ſum qui figurabat xp̄m Quinta renoua
tio fit in accipitre que fit ſingulis ānis De
qua dꝛ iob.xxxix. Nūquid ꝑ ſapiētiaʒ tuā
plūeſcit accipiter expādēs alas ſuas ad au
ſtrū. In quo datur nobis exēplū ꝙ frequē
ter debemus expandere alas noſtras ad au
ſtrum id eſt gratias ⁊ beneficia data nobis

a deo. debemus ad bonitatem dei referꝛe. a
qua omnia bona ꝓcedunt. qꝛ auſter eſt ven
tus ꝓductiuus ⁊ generatiu9 bonoꝝ. Ja.i.
Omne datū optimū ⁊ oē do.ꝑfec. deſur.
eſt. Et in tali renouatiōe fiat in nos auſter
id eſt ſpūſſanctus qui omnes pennas id eſt
gratias renouabit eas melioꝛādo ⁊ nouos
effectus producere faciendo. Math.xxv.
Omni habenti dabit ⁊ abundabit. Quā-
do autem homo gratias quas habet ad dei
bonitatem non refert nec de eis deo regra-
tiatur perdit pennas veteres ⁊ nō recipiet
nouas ⁊ non renouabitur vt accipiter. Sic
perdidit eas lucifer qui ad deum non retu-
lit bona ſua ⁊c̄. Sexta renouatio fit in
fenice que in nido ſuo ligna arida ⁊ aroma
tica congregat ⁊ alis ſuis ignem cōcutiens
ſeipſuʒ comburit et ex eius cineribus auis
ſue ſpeciei ꝓcreatur. In quo ſignificat re-
nouatio que in reſurꝛectione fiet. quia ſi in
nido noſtre carnis in quo habitamus con-
gregauerimus ligna aromatica id eſt opera
ſancta que redolent coꝛā deo. in quibus eſt
accenſus ſpūſſancti ignis. tunc ex cinerib9
illis id eſt ꝑ virtutem illoꝝ opeꝝ reſurgent
gloꝛioſa coꝛpoꝛa noſtra. i.coꝝ.xv.c. Semi
natur in ignobilitate ſurget in gloꝛia. Ad
idem vadit renouatio que fit in ſeminibus
que in terꝛa moꝛtificātur ⁊ virentia reſur-
gunt. quia ſi in cruce penitētie moꝛtificaue
rimus mēbꝛa noſtra et moꝛti fuerimus mū
do. reſurgemus in magna gloꝛia per omnia
feliciter renouati. Phil.iij. Saluatoꝛē ex-
pecta. do. ie. xp̄um qui refoꝛma. coꝛ humi.
no. ꝯfigu. coꝛ. claritatis ſue. Et ſic patʒ pri
mū. Secūdo nos hoꝛtat vt mendacium
deponam9 veritatē loquētes. o. Sic dixi ꝙ
nouus hō aſſumēdus eſt ⁊ ꝑ ꝯñs vetus de-
ponēdus. ꝓpter qͦ deponētes mēdaciū. qͦ
ad veterē hoīeʒ ꝑtinet loquimini veritateʒ
vnuſquiſqʒ ꝓximo ſuo. i. oēs. et hui9 rō eſt
qm̄ ſum9 inuicē mēbꝛa. i. oēs ſum9 frēs et
filij vnius dei ⁊ maxime xp̄iāni ſunt mēbꝛa
vnius capitis ieſu xp̄i. et ideo eis maxie ꝓ-
hibet ne ſeipos ꝑ mēdaciū fallāt adinuiceʒ
M Debemus autem cauere a menda .m.
cio et loqui veritatem maxime ꝓpter tria.

Primo quia mendaciū totam ſocietatem humanam deuaſtat. et mercatōnes ꝛ iudicia ꝛ punitiōes et premia. Quia ꝑ mendacium emptores decipiūtur. iudices veritatem non poſſunt inquirere. ꝛ ꝑ conſequens inſontes plectūtur rei euadunt. Per veritatem autē fidelitas ſocietatis humane cō ſeruatur. nullus decipitur. veritas indagaꝛ et vnicuiqꝫ ſm opera ſua retribuit. Propter qḋ dicitur ꝓuer. viij. c. Veritatē meditabitur guttur meū et labia mea deteſtabūtur impium. Phus. Duobus exiſtētib9 amicis ſanctum eſt ꝓhonorare veritatem. Dicitur de ſaracenis ꝙ ſuꝑ omnia deteſtātur mendacium. Saraceni etiā multū ſunt reales in verbo. Secūdo quia mendacium reddit hoīem odioſum deo ꝛ hoīb9. Eccī. xxv. Tres ſpecies odiuit anima mea et aggrauoꝛ valde anime illoꝝ. pauperē ſuꝑbuꝫ diuitem mendacem et ſenem fatuū ꝛ inſenſatum. In eodem. xx. Terribilis eſt in ciuitate ſua homo linguoſus. Homo linguoſ9 multa mendacia loquitur. Tercio qꝛ mendacium occidit animā ꝛ ſeꝑat a deo. Sap. j Os qḋ mentitur occidit animā Ecōtra veritas a morte liberat. Joh. viij. Cognoſcetis veritatem et veritas liberabit vos. et ſic patꝫ ſcḋm. Tercio hortatur nos ad iram ꝑ zelum et ne ꝑ iram offendamus dicēs. Iraſcimini ſuꝑ peccatis. Gloſa. In hac enim ira eſt ꝑfectio. Unde de moiſe dꝛ exo. xxxij ꝙ cum appropinquaſſet ad caſtra ꝛ vidiſſꝫ vitulum ꝛ choros iratuſqꝫ valde ꝓiecit de manu tabulas ꝛ confregit eas. j. mach. ij. dicitur de mathathia ꝙ cum vidiſſet iudeū imolanteꝫ accenſus eſt furoꝛ eius ſm legis zelum et trucidauit eum. Similiter phinees videns ſcortātem cū madianitide ingreſſus eſt lupanar et ꝑfodit ambos ſimul virū et mulierꝫ in locis genitalibus. nume. xxv ca. Hac ira iratus fuit xp̄us quādo facto flagello de funiculis eiecit ementes ꝛ vendentes de templo. vt patꝫ ioh. ij. Hec vocatur ira ꝑ zelum. In tali autem ira excedit homo frequēter in nimis aſpere repꝛehendendo ꝛ corrigendo. et ideo ſubdit. Et nolite peccare moduꝫ ſcꝫ in iracūdia excedēdo quia in teipſo peccas quem cōturbas. et in alio quē immoderate exaſperas. Eccī. viij. Non incendas carbones peccatoꝝ arguens eos. Et ſi contingat iraſci aliquādo immoderate tamen ſol nō occidat ſuper iracūdiam veſtram id eſt cito deponatis. Gen. xlix. Maledictus furoꝛ eorum quia pertinax. et indignatio eoꝝ quia dura. Vel aliter vt dicamus ꝙ hic prohibet apoſtolus. ne in ira offendamus dicens. Iraſcimini ꝛ nolite peccare. q. d. Intus tolleres qḋ vitari nō poteſt. Sed de ira nō veniatis in actū peccandi. Si ergo ſurgit motus animi qui iam propter penam peccati, non eſt in poteſtate noſtra ſaltem et non conſentiat ratio. Permittit quidem apl'us iraſci qḋ eſt humana temptatio ſed prohibet iram ad effectum ducere in quo eſt peccatum et maius eſt peccatum ſi ſol ſuper iracūdiam occidat id eſt ſi diu teneatur Et hoc eſt qḋ dicitur. j cor. j. Temptatio vos nō apprehendat niſi humana Et qui ſic tenet iram cor dyabolo aperit et dat ei locum intrandi ad ſe ꝛ ſecū habitandi. Nolite ergo locum dare dyabolo in ira manēdo. Et ſic ptꝫ ꝙ ad iram ꝑ zelum nos hortatur et ne in ira peccemus dehortaꝛ Et ſic ptꝫ ſcḋm ꝛ terciū ꝛc. Quarto nos hortatur vt furtum nō faciam9 ſed laborem manuū exerceamus dicens. Qui furabatur iam nō furetur qualicūqꝫ genere rapine. Exo. xx. Non furtū facies. Magis aūt laboret oꝑando manibus ſuis. Et que oꝑa faciet. mala lucra. certe nō. ſed qḋ bonū ꝛ iuſtum eſt oꝑetur. Sic ipſe paulus faciebat. ij. the. iij. Nō inquieti fuim9 apud vos nec gratis panē māducauimus ab aliquo ſed in laboꝛe ꝛ fatigatiōe die ac nocte oꝑantes nec quēquaꝫ veſtrū grauaremus. Actuū. xx. Scitis qm̄ ad ea que opus mihi erant et his qui mecū ſunt miniſtrauerunt man9 iſte. Et ad quē finē dēmus laborare. certe vt hēam9 vñ tribuam9. ſ. ſuſtētatōeꝫ neceſſitatē patiēti. Et idō ſi patimur neceſſitatē. ꝓmo noſ ꝓos ſuſtētare dēmus. deinde pauꝑes. lu. xiiij. Noli vocare vicinos diuites ꝛ cognatos tuos ne ꝛ ipſi te reinuitent. Sꝫ voca pauꝑes. debiles. cecos ꝛ claudos.



Tria ex ſupradictis patent. Primo de quo facienda eſt elemoſina. quia de iuſte acquiſito. Tho. iiij. Ex tua ſubſtātia fac elemoſinam. Secūdo cui facienda eſt quia indigenti. Tercio quid ſit dandū. quia qḋ ſubleuet neceſſitatem nō qḋ ꝓuocet libidinem Gen. xviij. Ponam bucellam panis ꝛ cōfortetur coꝛ veſtrum. Hic cadit exempluꝫ de illo calcifice de quo dicit grego. in dya. ꝙ omni die ſabbati totum lucrū ſeptimane dabat pauꝑibus apud ſanctum petrum rome excepto victu quotidiano. et qḋdaꝫ magnum palacium mire pulcritudinis cōſtruebatur ei omni die ſabbati vt reuelabat cuidam qui raptus fuit ad aliū mūdum. In fine nota ꝙ a furto cauere debemus maxime ꝓpter duo. Primo ꝓpter periculum ꝑſone ꝛ vituꝑium. Qui eniꝫ furtis aſſueſcit vix vnq̄ꝫ euadit quin capiaꝛ ꝛ ſuſpendatur et ſic vituperat totam ꝓgeniem ſuam. Secundo ꝓpter periculum anime quia furtum ꝛ rapina eſt peſſimū peccatuꝫ de quo homo vix vnquā erit niſi in morte. quia minus eſt durum reddere aliena. De alijs peccatis poteſt homo abſolui ꝑ ſolam contritiōem. ſed de illo non niſi ablata reſtituat. Reſtitutio autem ꝛ maxime furtoruꝫ vel nunq̄ꝫ fit vel peſſime fit. Secus eſt de vſuris quia homīes ſunt carnales in re accipiendo. Si aūt totum reaccipere't nunq̄ꝫ vſure redderētur. Hic cadit exempluꝫ illi9 demoniace q̄ fuit interrogata a quib9 peccatis homines magis difficulter recedūt. q̄ reſpōdit duo eē. ſ. infidelitas et alienū non reddere. Et ſic patꝫ quartum et conſequenter totum de epiſtola

Dñica. xx. de euāgelio ſermo. CIIII

Simile eſt regnum celoruꝫ homini regi qui fecit nuptias filio ſuo Math. xxij. ca. Propter duo chriſtus in predicatōnibus ſuis parabolis frequenter ꝛ libēter vtebatur. Primo propter populi facilem inſtructionem. Quia vt dicit phus. nihil poſſumus intelligere ſine fantaſinate id eſt ſine imaginatōne ſenſibilium rerum. vt ſcilicꝫ in aliquo ſenſibili ſpeculemur. qḋ dicitur. Et propterea vt ipſe dicit ij. phi. qui caret vno ſenſu caret vna ſciencia. ſicut cecus non habet ſciētiam de coloribus. Et ideo populus audiens xp̄um predicantem et exempla et parabolas ꝓponētem facilius intelligebat. Secundo quia in talibus parabolis xp̄s occulte tangebat iudeos. et oſtendebat ꝙ propter maliciam eorum perditio eoruꝫ appropinquabat et ipſi expectabant ſalutem. hec autem ſi dixiſſet eis palam exarſiſſent magis in eum et acceleraſſent occidere. Et hoc ptꝫ in multis locis. quia quādo ipſi intelligebant parabolā contra ſe dictam volebant eum apprehendere. vt patet in parabola de locatione vinee agricolis Math. xxj. In hoc ergo euāgelio chriſtus quādam parabolaꝫ loquitur in qua oſtendit quomō iudei erant eijciēdi et gentes introducende. In quo quidē euāgelio quatuoꝛ continentur. Primum eſt clementia diuine caritatis in nuptiarum celebratione et nuncioꝝ multiplici miſſione. In principio euangelij. Secundum eſt negligentia humane ſalutis que pretenditur in negociorum mundi multiphariа actōne ibi. Illi autem neglexerūt ꝛ abierūt alius in villam ſuam. Tercium eſt iuſticia diuine equitatis. in iudeorum reprobatōe ꝛ gentium vocatione. ibi. Rex autem cum audiſſet iratus eſt. Quartum eſt ſententia rationabilis ſeueritas in malorum chriſtianoꝝ per non habentem veſtem nuptialem ſignificatorum finali condemnatōne ibi. Intrauit autem rex vt videret diſcumbentes ꝛc.

Primo ergo ponitur clementia diuine caritatis in nuptiarum celebratione. Ubi nota ꝙ totum hoc euangelium miſtice eſt exponendum. quia totum eſt in parabolis. Et attende quia vt dicit gloſa de inuitatis ad nuptias ſolum matheus narrat. Aliud ſimile aperte dicit Lucas. ſed de cena id eſt de eterno conuiuio. de qua nemo ingreſſus repellitur ſicut de preſenti eccleſia ꝛc.

Vnde ſm gloſaȝ lucas agit de ſtatu eccleſie
triumphātis.et ideo vocat eam cenā. Ma
theus vero de ſtatu eccleſie militātis. Per
has ergo nuptias intelligitur ad lrām nu-
ptie ſacramētales in quibus deus cum hu-
mana natura matrimoniū coniūxit dum fa
ctus.eſt homo et eam ſibi inſponſam acce-
pit . Pñt etiam intelligi nuptie ſpūales.in
quibus anima deo p fidem copulat. Oſee.
ij. Spōſabo te mihi in fide. Dicit ergo Si
mile factum eſt regnum celoꝝ.i.eccleſia pre
ſens ꝛ militans que dicit regnū celoꝝ pro-
pter quattuor. Primo qꝛ ſicut deꝰ
habitat in celo per gloriaȝ ita habitat in ec
cleſia p gratiam. Math.xxvij. Ecce ego vo
biſcū ſum om.die vſqȝ ad cōſum.ſe. Se
cundo quia ſicut celum eſt eleuatuȝ a terra
ita eccleſia iuſtoꝝ p cōtemptum mūdanoꝝ.
Phil.iij. Noſtra conuerſatio in celis eſt .
Tercio quia ſicut in celo ſunt quedā cor
pora magis et minus clara et vnū illumiat
aliud. ita in eccleſia iuſtoꝝ vnus eſt maio-
ris meriti qȝ alius.ꝛ vnus illuminat alium
et quidam ſunt illuminātes.et quidam illu
minati et quidam magis lucent et quidam
minꝰ. Dan.xij. Qui doc.fu.ful.quaſi ſplē.
firma. Ecce minus lucentes. Et qui ad iu-
ſticiam erudiūt mul.quaſi ſtel.in ppe.eter .
Ecce magis lucentes Quarto quia ſicut
omnis virtus corpalis pcedit a deo in hec
inferiora p celum ꝛ corpa celeſtia ita omis
virtus diuina pcedit a deo p eccleſiaȝ iuſto
rum in omnes homies. Ideo xp̄s dicit eis
math.v. Vos eſtis lux mundi. Et ioh.xx.
Accipite ſpūmſcm̄ quo.remi.pcc.remit.eis
Hec ergo eccleſia iuſtoꝝ ſimilis eſt homini
regi id eſt negociū eccleſia ſimile eſt tali ne-
gocio qđ fuit vel eſſe potuit. Similis eſt er
go homini regi id eſt petri qui hic nomina
tur homo ab hūanitate ꝛ caritate ſicut ali-
quādo dꝛ leo a ferocitate punitionis aliqñ
ouis ꝛ agnꝰ a māſuetudine ꝛ patientia. Ex
magna em̄ caritate ꝓceſſit ꝙ deus pater fe
cit tales nuptias filio ſuo id eſt ipſum ho-
minem fieri cōſtituit et ei eccleſiā ſicut ſpō-
ſam copulauit. Per incarnatōnis ergo mi-
ſterium ei ſanctam eccleſiam copulauit in

vtero virginali. Grego: Tunc aūt deus pa
ter deo filio nuptias fecit qñ hunc in vtero
virginis humane nature coniunxit. Sed qꝛ
ex duabus pſonis fieri ſolet nuptiaꝝ cōiun
ctio abſit hoc ab intellectibus noſtris vt p
ſonam redemptoris noſtri ex duabus perſo
nis credamus eſſe vnitam. Ex du abꝰ quip
pe atqȝ in duabus hunc naturis exiſtere di
cimus.ſed ex duabus pſonis credere cōpo-
ſitum vt nephas vitamus. Securius ergo
dici poteſt ꝙ in hoc rex pater filio ſuo nu-
ptias fecit.quoniā ei p incarnatōnis miſte-
rium ſanctam eccleſiam ſociauit. Vterꝰ au
tem genitricis virginis huius ſponſi thala-
mus fuit. Vbi nota ꝙ incarnatio
filij dei aſſimilatur matrimonio quātuȝ ad
ſeptem. Primo ppter cōſenſum qui requi-
ritur in matrimonio qui ſimiliter fuit ibi. .
Vnde niſi beata virgo que gerebat pſonaȝ
totius humani generis conſenſiſſet.d. Ecce
ange.do.ꝛc̄.filius dei nō fuiſſet incarnatus
Secūdo ppter maximū amorem qui eſt in
matrimonio quia ſicut homo relinquit pa-
trem ꝛ matrem patriam ꝛ parētes ꝛ adhe-
ret vxori vel marito.ſic filius dei deſcendit
de celo in terram et in laboribus plurimis
cum ſponſa ſua diu vixit et tandem pro ea
redimēda mortuus eſt in cruce. Hiere.xij
Reliqui domum meam et dimiſi heredita-
tem meam dedi dilectam animā meā in ma
nus inimicoꝝ eius. Vnde amor filij dei ad
humanam naturā omnem alium amorē ex
cellit. Tercio quia ſicut vxor maximum
et vltimū honorem cōſequitur in matrimo
nio.ſic humana natura in vnione ꝛ incar-
natione filij dei. quia tunc ſumme exaltata
fuit. Que enim maior poteſt eſſe exaltatio
qȝ ꝙ homo ſit deus. Et ppterea extunc an
geli recuſauerūt ab hominibus adorari.vt
patȝ apoc̄.xxij. quia angelus iohanni volē
ti ſe adorare ait. Vide ne feceris Quar
to quia ſicut duo conueniūt ad vnū hoiem
generādū qui erūt duo in carne vna ſcilicȝ
generāda.ſic ad generatōnem ſpūalem fili-
orum dei conueniūt xp̄us ꝛ eccleſia et per
baptiſmū in vtero eccleſie fit talis genera-
tio. et ideo baptiſatus extunc dꝛ xpianꝰ id



eſt filius chriſti et eccleſie. qꝛ baptiſati xp̄s
eſt pater ꝛ eccleſia eſt mater. Quinto ſi-
cut ſponſus donat ſponſe multa donaria ſic
deus poſtquā aſſūpſit humanā naturā max
ia donaria ſibi donauit.ij. Pe.j. Per quē
maxima ꝛ precioſa nobis pmiſſa donauit
Sexto quia ſicut nullꝰ poteſt ad vitam
nature venire niſi p marem ꝛ feminā gene-
retur ꝛ naſcatur.ſic nullus poteſt venire ad
vitam gratie niſi p baptiſmū in chriſto et
eccleſia renaſcat. Iohā.iij. Niſi qs re.fu.d.
ꝛc. Septimo qꝛ ſicut vxor inſepabiliter.
adheret viro.nec vnquā ab eo ſepari debēt
ſic filius dei ab humana natura nunquam
fuit ſeparꝰ nec in vita nec ī morte. Ad has
nupcias.i. ad fidem incarnationis filij dei
iudei fuerūt pncipaliter inuitati.qꝛ de hoc
eis pmiſſio facta ē geñ.xxij In ſemine tuo
bñdicentur oēs gentes. Et ad ipos pphete
miſſi ſunt.vt p fidem venirent credendo
Et hoc eſt Miſit ſeruos ſuos ſcȝ pphetas
ꝛ nuncios incarnatiōnis vocare inuitatos
ſcȝ iudeos.quibus hoc in patriarchis pmi
ſerat vt dictū eſt. Chriſ. Inuitati ſunt ho-
mines a tpe abrae cui in carnatio chriſti ē
pmiſſa et nolebant venire ſcȝ credendo.qꝛ
nō credederūt ꝙ xp̄c eſſet filꝰ dei. Iterum
miſit alios ſeruos.ſ.apoſtolos ꝛ diſcipulos
quos miſit vt dicit chriſ.cū eis dixit Mat.
x. In via gentiū ne abieritis.ſȝ ite potius
ad oues que pierunt do.iſ.d. Ecce prandiū
meum paraui id eſt introitum regni in fide
incarnatōnis vt dicit glo. Thauri mei ꝛ al
ti.occi.ſunt. Grego. Per thauros autem
patres ve.teſta.figurātur qui ex pmiſſione
legis inimicos ſuos cornu virtutis corpo-
ree feriebant. Altilia vero ſaginata dicimꝰ
ab eo qđ eſt alere.vñ altilia quaſi alita vo
camus. Per altilia ergo patres no.teſta.fi
gurātur.qui dum gratiā pinguedinis inter-
ne dulcedinis pcipiūt a terrenis deſiderijs
ad ſublima cōtemplatōnis ſue penna ſuble
uantur. Thauri mei ꝛ alti.m.oc.ſunt. q.d.
Patres veteris teſtamti pteſtati ſunt hāc
fidem ꝛ in ea mortui ſunt. Similiter alti-
lia id eſt apoſtoli ꝛ patres noui teſta.quos
ego ad menſam meam alui ꝛ impinguaui

pīguedinē gratiaꝝ ſpūſſan.hanc fidem p-
teſtātur ꝛ in ea ꝛ p eā mortui ꝛ occiſi ſunt
et omnia parata ſunt que ad hāc fidem fa
ciunt. venite ad nuptias id eſt hanc incar-
natiōem ꝛ mortem filij dei credite ꝛ opibꝰ
dignis ad ipſam accedite.quia parata ſunt
omnia que ad hoc faciūt. Nam parate ſūt
medicine cōtra omnem morbum vt nullus
p impotētiam non accedat. He nuptie pu-
blice pdicantur vt nullus pignorātiam ſe
excuſet. Vnde ſpūſſanctus in magna copia
in linguis igneis eſt donatus vt nullus fri
giditate pigreſcat. Caritas dei in cordibus
noſtris feruētiſſime eſt diffuſa que omīa fa
cit leuia vt nullus ppter difficultatem len
teſcat. Dyabolus eſt in inferno religatus ꝛ
virtus peccati eſt diminuta vt nullus pro
pter impugnatiōem tremeſcat. Celum eſt a
pertum ꝛ locus eſt paratus vt nullus pro
pter impoſſibilitatem diffidat. Indulgētie
dantur ꝛ peccata relaxātur vt nullꝰ ppter
onus debitoꝝ ſubſiſtat. Recte omnia ſunt
parata vt ad has nuptias venire debeamꝰ
Et ſic patȝ primū. Secūdo ponitur ne-
gligentia humane ſalutis que ptenditur in
negocioꝝ mūdi multifaria actione.quia ad
iſtas nuptias venire neglexerūt ſed abierūt
alius in villam ſuam alius vero ad negoci
ationem ſuam ꝛc̄. Vbi nota ꝙ pro
ut hic apparet quadruplici de cauſa inuita
ti ad iſtas nuptias venire cōtemnūt Pri
ma eſt defectus cognitōnis ad qđ ptinet id
qđ dicit. Nolebant venire id eſt p fidē has
nuptias cognoſcere.quia eniȝ intellectus p
bonum cognitum mouet voluntatem.ꝛ vo
luntas mota a bono cognito mouet cetera
membra ad opandum.inde eſt ꝙ quidaȝ nō
cognoſcūt bonū ideo non pergunt ad illud
Et ideo iſti nolebant venire quia nō cogno
ſcebant. Cognoſcere autem nolebant quia
nolebant intellectū ſuum humiliare ad cre
dendum ea que p rōnes naturales probari
non pñt. Contra qđ dicit apſus.ij. Coꝝ.ix
In captiuitatem redigētes omēm huma-
num intellectum in obſequiū chriſti. Se
cunda eſt defectus amoris veri boni.ad qđ
ptinet illud. Iſti aūt neglexerunt. Cauſat

autem hec negligentia ex pauco amore ve
ri boni. Non enim amant vera bona ſcilicȝ
virtutes que ſunt ꝓpꝛia et vera bona hoīs
que ſolum faciūt hoīem bonū et cum ipſo
ꝑpetuo ꝑſeuerant et ad vitā eternam ꝑdu
cunt. ꝯtemnūt etiā celū ⁊ celeſtia. ps. ꝓ nich
ilo habuerunt terram deſiderabilē. Hec aūt
negligētia apparet multum reprehenſibilis
ex tribus R Primo qꝛ ꝓ ſalute hu
mana mirabilia ſunt facta. Nam deꝰ factꝰ
eſt homo et mortuus et thauri et altilia. i.
patres ve. te. ⁊ no. teſta. occiſi ſūt vt homo
ꝑueniat ad ſalutem. et homo nichil curat ⁊
nichil vult operari vt hanc ſalutem conſe
quatur Scdo qꝛ in hoc tpe gratie omnia
ſunt parata vt dictum eſt. nō ſic aūt fuit in
ve. te. Et iō nichil aliud reſtat niſi vt ma
nus lauemꝰ ab opib; mortuis ab omni inq
namēto nos mundātes ꝓpterea iſti qui vn
decima hora. i. vltima mundi etate. ſ. tpe
gratie in quo nos ſumꝰ negligētes ⁊ ocioſi
fuerint inuenti a prēfamilias multū ſunt
repħēſi. Quid inquit h ſtatiſ tota die ocio
ſi ite et vos in veniam meā. math. xx. Exē
plū de ficulnea q̄ tribus annis nō fecit fru
ctū ſcȝ tpe legis nature tpe legis ſcripture ⁊
tpe legis gratie. Et ideo dn̄s mādauit eam
abſcidi. lu. xiij. Tercio ex bonitate et ꝑ
petuitate bonoꝝ nuptiarū iſtarū de quibus
dicitur. j. cor. ij. Oculus non vidit nec au
diu. nec in c. ho. aſ. q̄ prep. d. hiſ qui di. il.
Tercia cauſa eſt nimius amor boni tranſi
torij. nimis em̄ amant bona tranſitoria ſcȝ
honores domina et diuitias. Et hoc eſt.
Et abierunt alius in villā ſu. ꝑ quā dn̄atio
et honor intelligitur alius vero ad negoci
atiōeȝ ſuā ꝑ quā diuicie acquirūtur. Plus
em̄ amant numū q̄ꝫ deum. plus mundum q̄ꝫ
celum. plus corpus q̄ꝫ animā. plus amicos
q̄ꝫ ſanctos. plus poſſeſſiones quā virtutes
plus laudem hominū q̄ꝫ gloriam dei. iohā.
xij. Dilexerūt gloriā. hominum magis quā
dei. Quarta cauſa eſt appetitus alieni
mali. et hoc eſt. Reliqui vero tenuerūt ſer.
eius et ꝯtu. aff. occi. Tales hōīes ſunt dy
abolici peiores omnibꝰ ſupradictis. qui de
trahūt et ꝑſequuntur ſeruos dei ꝑdicantes

veritatē. et corrigentes vicia. et ad regnum
dei vocantes. nec ſe patiuntur argui de ma
lis ſuis. Exo. ij. Quis te cōſtituit iudicem
ſuꝑ nos. Amos. v. Odio habuerūt corripi
entē in pta. loquētem ꝑfecte abomīati ſunt.
Ad lrāȝ tales fuerunt iudei. qui ex magna
prauitate chriſtū occiderūt. et eius apl̄os ⁊
nūcios qui veritatē ꝑdicabant et coꝝ vicia
arguebant ꝑſecuti ſunt. Nam ſtephanū la
pidauerunt. iacobū decollauerūt. petrum i
carcerauerūt. paulum lapidauerūt ⁊ virgis
ceciderūt et ceteros apl̄os cōtumelijs affec
tos de ſuis finibus eiecerūt. Mathe. xxiij.
Hieruſalem jeruſalem que occidis ꝓphetas et
Tercio quādo in memoria ſunt dei beneficia.ſunt etiam ibi pprij defectus et mala q̄ fecit et vtilitas conditiōis humane.et memoria mortis Sed quādo in memoria ſunt ſolum iniurie recepte et nō recordatur beneficioꝝ dei nec maloꝝ que fecit et ſuipiꝰ obliuiſcitur.tunc nō credit cū tota domo. quia nō cum memoria. Quarto quādo in corde ⁊ potentia cogitatiua eſt bona cogitatio.vt quādo cogitat vtilitatem peccati et nobilitatē virtutū.vanitatem mūdi ⁊ penas et gaudia eterna.Sed qñ in cogitatōe eſt quidam diſcurſus maloꝝ vt quādo homo cogitat carnalia opa mala lucra. ſtrages inimicoꝝ ⁊ talia.tunc nō credit cū tota domo quia nō cum cogitatione cordis. id eſt cuꝫ toto corde qd̄ deus principaliter requirit. Prouer.xxiij. Prebe f.c.t.m. Quinto qñ in potentia auditiua ſunt dei verba et audit libenter que ſpectant ad dei laudeꝫ ⁊ morū inſtructōem.Sed qñ homo tota die audit vana ⁊ mala et mūdi rumores tunc nō credit cū tota domo ſua. qꝛ nō cū auribus. Sexto qñ in potētia viſiua eſt quedā clauſura vt homo nō videat laſciuias et vanitatem.ps.Auerte ocu.tu.ne videant vanitatē. Sed quādo homo videt turpia et inhoneſta vt mulieres cōptas et cōreas que vt baſiliſcus inficiūt ſolo viſo tūc nō credit cū tota domo ſua qꝛ nō cum viſu Sic infectus fuit dauid videndo berſabee vxorē vrie.ij.re.xj.Septimo qñ in potentia guſtatiua eſt magnū tempamētum cibi et potus. ſed qñ homo tota die vacat cōmeſſatōibus et ebrietatibus ſicut animal brutum nec obſeruat diem et horas tunc nō credit cū tota domo ſua.qꝛ nō cum guſtu.Octauo qñ in potētia tactiua q̄ diffunditur p totuꝫ corpus eſt quedam aſperitas penitētie vt mēbra mortificētur ne caro rebellet anime et vicia regnēt. ſicut fecit iohan.bap.cuiꝰ totū corpus in aſperitate penitentie fuit.j.coꝝ.ix.Caſtigo cor meum ⁊ in ſer.redi.Sed qñ in toto corpe eſt mollicies ⁊ delectatio ⁊ qñ homo de corpe facit deum ⁊ ſeruit ei ad nutum ⁊ caro eſt domina et anima ancilla. et vicia regnant. tunc non credit cum tota domo. imo cum tota domo ſe credere nō oſtendit quia ita delectatur tranſitorijs bonis ac ſi nō eſſent eterna et p conſequēs omnia puertūtur. Prouer.xxx. Per tria mouetur terra et quartum qd̄ non pōt ſuſtinere p ſeruū cum regnauerit.p ſtultum cū ſaturatus fuerit cibo.p odioſam mulierem cū in matrimonia aſſumpta fuerit. et p ancillam cū fuerit heres dn̄e ſue. Iſte ſtultus ⁊ iſte ſeruus ē corpus et odioſa mulier et ancilla eſt caro. q̄ ſi ſaturatur infatuatur. ſi regnat omnia puertit ſi aſſumatur in matrimoniū conturbat totam domū ſi fuerit heres bonoꝝ hominis conſumit omnia bona et ad inopiaꝫ cōuerſa comeditur a vermibus et eius domina in eternū mendicat.Et ſic ptꝫ totum.

## De epiſtola ſermo. CVJJ.

Confortamini in dn̄o et in potentia virtutis eius.Ephe.vj. Inter alia que ad capitaneū exercitꝰ ptinēt tria ſunt Debꝫ enim milites ꝯfortare. milites facere ſeipos armare.⁊ milites bona arma docere. Hec tria apſus ſicut capitaneꝰ milicie xp̄iane in hac ep̄la docet omēs milites xp̄i Primo ergo ꝯfortat eos in potētia ſaluatoris. In principio ep̄le.Secūdo monet eos vt dei armaturā induāt. et huius cām ſubiūgit.q̄ eſt nequicia luctatoris ibi. Accipite ar. dei.⁊c̄.qm̄ nō eſt no.col. Tercio oſtendit q̄ ſunt arma quibus in bello ſpūali debent eſſe accincti milites creatoris ibi. State ergo ſuc.lum.ve. Primo ergo apl̄s cōfortat milites xp̄i.d.Cōfortamini in dn̄o qui eſt datoꝝ oīs roboris ⁊ in potētia virtutis eius vt ſcꝫ nō credatis in bello ſpūali pprijs viribus pugnare ⁊ vincere.ſed in potētia virtutis dei. Preliū eñ ſpūale eſt ita durū ⁊ forte vt infra patebit.ꝙ nullꝰ in eo pprijs viribus niſi p virtuteꝫ dei pōt reſiſtere. Et hoc patuit in apoſtolis qui tempore paſſionis chriſti qñ fuerūt dimiſſi pprijs viribus omnes ſuccubuerūt.Lu.xxij

Simon ecce ſath.expe.v.vt criba.ſicut tri
ticu.Ego aut rogaui rc.Qn aut poſtea tu
erut aduti ꝛ cōfoꝛtati virtute dei oia vice
rūt.Et ideo nullo mō eſt pugnādū niſi pri
us virtus dei bēatur.lu.xxiiij.Sedete in ci
ui.donec indua.vir.ex alto. Hoc fuit figu
ratu in golia ꝛ dauid.j.re.xvij. Nam goli
as magnꝰ gigas aggreſſus eſt dauid in foꝛ
titudie coꝛpis ſui. Dauid aut pugnauit cō
tra goliā virtute dei Et ideo puer inermis
vicit gigātem magnū armatu. Gigas iſte
armatꝰ eſt dyabolus.lu.xi.Cu foꝛ.ar.cuſ.
a.ſ. Omnis ergo puer quicūqꝫ pugnat in
virtute dei vincit ipm.qꝛ in deo omnia pōt
quiſqꝫ.phil.iiij.Omia poſ.in eo qui m.cō
foꝛ.Job.xvij.Pone me iuxta te et cu.v.
ma.pug.ꝯtra me. Debet ergo pugnās in
hoc plio pmo cōfidere in dño. Secudo de
bet reſpicere ad pmium habēdū ſi bn̄ dimi
cet ꝛ ad ſuppliciū ſuſtinēdū ſi ſuccūbat.qꝛ
ſi hō vincat coꝛonabitur ꝛ regnū ppetuum
poſſidebit.ij.thi.ij.c. Ne.co.m.qui le.cer.
Omnis aut qui legitime certat vincit.Vn̄
de alexādro dr ꝙ du ſemel deberet cōmitte
re bellū cū quodaꝫ rege potentiſſimo cuius mili
tes erant oēs auro ꝛ argēto oꝛnati ꝯfoꝛtās
milites ſuos ait. Si bn̄ pugnauerimꝰ hac
vice ditiſſimi erimus. Qd attendētes mili
tes fuerūt oēs aiati ꝛ ꝯfoꝛtati ꝛ foꝛtiter di
micauerūt ꝛ vicerūt. Si aut homo ſuccū
bat ligabitur in carcere inferni ibidēꝫ in p
petuū cruciādus ſicut xp̄us fecit dyabolo
cum quo peccauit. Jo.xij. Nūc prin.hꝰ
mū.e.fo.Vn̄ ꝛ de alexādro dr ꝙ du quadā
vice paratus eſſet ad bellū ꝛ foꝛtiſſimi mili
tes ex aduerſo aſtarēt ꝯfoꝛtans milites ſu
os ait.Cariſſimi frēs hoc ſero oēs cenabi
mꝰ in inferno niſi valenter pugnemꝰ Pro
pter qd milites oēs aiati fuerūt ꝛ valenter
pugnātes vicerūt . Tercio debet eſſe bn̄ ar
matus. Et hoc eſt qd ſequitur in ſcdo mē
bro.Et ſic ptꝫ primū. Secundo monet
apl's xp̄i milites vt dei armaturā aſſumant
d.Indu.v.ar.d.que conſiſtit in virtutibus
anime que dicūtur armatura dei qꝛ a ſolo
deo ſuis militibus dantur. Augꝰ. Virtus
eſt bona qualitas mentis quā deus ſumme
nobis infundit.ij.coꝝ.x.Arma milicie no
ſtre nō ſunt carnalia ſed ſpūalia. potentia
deo ad deſtructionem inimicoꝝ.Et ſic ptꝫ p
cioſitas ꝛ bonitas iſtoꝝ armoꝝ cum a ſolo
deo dantur. Omia alia bona deus cōmiſit
danda vt ſoli lucere igni calefacere.ꝛ ſic de
alijs.Sola vero iſta arma.ſ.virtutes ꝛ do
na tanqꝫ optime reſeruauit dāda ad manū
ſuā.Ja.j.Omne da.op.ꝛ om.do.p. deſur.
eſt.Sunt etiā arma lucida bn̄ terſa.ro.xiij
Abi.op.te.ꝛ indu.ar.lu. Et diſtinguit in
ter milites xp̄i ꝛ ſatellites dyabo.l. qꝛ iſti
ſunt induti arma tenebraꝝ ꝛ moꝛtis.Sunt
etiaꝫ arma nobilia qꝛ ſolis filijs regis eter
ni dant ꝛ ab ipo ſolo rege vt dictuꝫ eſt. Si
ergo honoꝛ eſt accipe enſem a rege mundi
qͣto magis a rege celi. Tunc etiā arma vir
tuoſa valde qꝛ defendūt homiem ab omni
moꝛte ꝛ moꝛtali vulnere.Boe. Talia tibi
cōtuleramus arma q̄ niſi prioꝛ abieciſſes in
uicta firmitate tuerentur te. Cōferūt etiā
virtutē maximā ipſi homini ad pugnādum
vt in virtute ipoꝝ oia vincat ꝛ ad regnum
celoꝝ perueniat. Sunt ergo arma lucida preci
oſa nobilia ꝛ virtuoſa.Conſequēter oñdit
cām ꝛ rōnem quare hec arma ſunt indue
da d.Vt poſſitis ſtare.ſ.ſecuri aduerſus in
ſidias dyaboli.i.aduerſus dyaboli machi
nationes occultas.occulte em̄ nobis inſidiat
Ja.iiij.Reſiſtite dyabolo ꝛ fugiet a vobis
Et qꝛ poſſet quis dubitare an aduerſus dy
aboluꝫ inſtaret nobis bellū dei.dicit ꝙ ſic .
Et ideo hic reddit cām cauſe.ſ.huius qua
re debemꝰ ſtare aduerſus inſidias dyaboli.
Et cā hꝰ eſt neceſſitas aſſiſtēdi Qm̄ nō eſt
no.col.i.plium ſpūale aduerſus carnem et
ſanguinē ſup.tm̄.Non enī p hoc excludere
intēdit bellū carnis. ſed ei bellū dyaboli aſ
ſociare. Caro aut ꝛ ſanguis non ſonat hic
in naturaꝫ ſed magis in coꝛruptelam natu
re cōtractam ex primis parētibus ꝛ ex pra
ua conſuetudine. Unde pro cōcupiſcentia
carnis accipitur.j.coꝝ.xv.Caro ꝛ ſanguis
regnū dei nō poſſidebūt.Eccl.xvij. Quid
nequius q̄ qd excogitauit caro ꝛ ſanguis.
Sed eſt luctādum aduerſus principes de
mones qui ſibi ſubiectas ꝯtinēt multitudi



nes nec tātum demonū ꝯtinēt multitudies
ſꝫ etiaꝫ hoim maloꝝ p quos pugnāt. Pro
pter qd lucifer dr princeps hꝰ mūdi. Jo.
xiiij.Venit em̄ princeps huiꝰ mūdi.Et po
teſtates ppter foꝛtitudinē quā habꝫ vnuſ
quiſqꝫ ex natura.Job.xlj.Nō eſt ptās ſu
per terrā que ei valeat compari. qui factꝰ
eſt vt nullū timeret.Et ideo nō ſolū aduer
ſus carnē ꝛ ſanguinē et aduerſus demones
eſt nobis bellādum ſed etiaꝫ aduerſus mū
di rectoꝛes id eſt hoies mūdanis delectatio
nibus coꝛruptos et mūdi amatoꝛes.Augꝰ.
Quotiens mūdi nomen in mala ſignifica
tione ſumitur.nō oſtendit niſi mūdi amato
res.j.Jo.v. Totus mūdus in ma.po.eſt .
Rectoꝛes dico tenebraꝝ haꝝ id eſt hoim
excecatoꝝ tenebris ignoꝛātie ꝛ culpe.Eph
v.Eratis aliqn̄ te. Tales aut demones cū
quibus bellare habemus ſunt ſpūales.i.in
uiſibiles ꝛ ſunt nequiſſimi. Et hoc eſt qd
dicit cōtra ſpūalia nequicie id eſt cōtra de
mones qui ſunt ſpūs nequā qui habitant
in celeſtibus .i.in iſto aere caliginoſo ppe
nos.qui relicti ſunt ibi vt nos in pugna ex
ercitēt vel in celeſtibꝰ.i. p celeſtibꝰ q̄ nitū
tur auferre nō em̄ p modica re nobiſcū pu
gnāt ſed p ipſa hereditate paterna ꝛ eter
na.Ultimo ꝯcludit d. qꝛ ergo ꝯtra tales et
tātos hoſtes habetis pugnare. ppterea ac
cipite armaturaꝫ dei vt poſſitis reſiſtere in
die malo.i.in tota vita pn̄ti.Quia vt dicit
augꝰ.Ex quo adā lapſus eſt ꝛ de paradiſo ex
pulſus oēs diēs fuerūt mali et hoc p miſe
ria naturali ꝛ p malicia hoim vt dictū eſt
ſup in pce.epl'a.Et nō ſolū p hanc armatu
ram dei hō pōt reſiſtere hoibus ſed etiam
pōt eſſe pfectus in ſeipo ꝛ pficere de bono
in melius.Et hoc eſt ꝛ in oibus pfecti ſta
re tā in pſperis q̄ in aduerſis.mat.v.Eſto
te p.ſic pa.vr ce.p.e.ij.coꝝ.vj. Per arma
iuſticie a dex.ꝛ a ſi. Sola em̄ pdicta arma
faciūt hoiem pfectū ꝛ bonū. et ideo ſuper
oia ſunt q̄renda ꝛ habita retinēda.apoc.iij
Tene qd habes C Et attende ꝙ vt ex
ſupradictis ptꝫ hoc bellū ſpūale qd nobis
inſtat eſt valde durum et foꝛte ppter.viij.
Primo quia p inſidias pugnat in co. ppte
rea dicit aduerſus inſidias dyaboli.Secun
do qꝛ ibi eſt pditio. nam caro que deberet
eſſe p hoie ſicut ps eius pdit eum.et ſic in
tus in homie eſt pditio.Propter qd dicit
aduerſus carnē ꝛ ſanguineꝫ. Tercio qꝛ eſt
bellum valde oꝛdinatum.nam in hoc bello
ſunt principes oꝛdinātes demones ad bellū
diuidētes eos p ſingulas potentias anime .
nam quidam ponūtur ad coꝛ vt mala co
gitet.quidaꝫ ad volūtatem vt mala velit.
quidam ad memoꝛiā vt maloꝝ recoꝛdetur
rc.Lu.xij.Tunc va.ꝛ aſ.ſep.al.ſ. ne.ſe.et
ingreſ.ha.ibi. Ponūt etiam nequioꝛes ad
magis pfectos ꝛ ex pte debilioꝛi pugnāt p
pter qd dicit principes.Quarto qꝛ pugna
toꝛes ſunt potētiſſimi ꝛ robuſti vt dictum
eſt.ppter qd dicit ptātes.Quinto qꝛ nō ſo
lum cōtra demones ꝛ carnē pugnare debe
mus ſed etiaꝫ cōtra malos homies mundi
qui bonos pſequūtur. Jo.xv.Si me pſe.
ſunt ꝛ v.pſe.Qui ſunt obtenebrati in mē
te ꝛ lucē veritatis nō agnoſcūt ſꝫ tn̄ ſic ob
tenebrati regūt mūduꝫ ꝛ ad ipoꝝ impiū di
ſponit et ideo ꝛ rectoꝛes ꝛ recti in pcipiciū
vadūt. math.xv. Si cecus ce.du. p.am.in
fo.ca. ppter qd dicit cōtra mūdi rectoꝛes
te.ha. Sexto qꝛ hoſtes nr̄i ſunt inuiſibiles
et ab ipis ledi poſſumꝰ ſꝫ ipos ledere nequi
mus qꝛ ſpūs ſunt ſed ſolū poſſumꝰ nos de
fendere ſub armatura dei qꝛ taleꝫ armatu
ram hn̄tes tangere nequeūt.qd figuratum
eſt ezech.ix. vbi viro debēti pcutere hoies
ciuitatis dictū eſt ne ſignatos thau tāgeret
Septimo qꝛ hoſteſ nr̄i ſunt nequiſſimi ꝛ in
aia ꝛ in coꝛpe volūt nos pdere ꝛ nulli par
cūt ꝛ nulliꝰ miſerētur ꝛ nullo tpe doꝛmiūt
vel quieſcūt. Job.qui me comedit nō doꝛ
miūt.Gre.Nihil ſe feciſſe eſtimat cū aias
nō ſauciat.Propter iſta duo dic̄ ꝯtra ſpūa
lia nequicie.Octauo qꝛ hoc bellū nō agit
p modica re ſꝫ p reg.eter.qd demōes pdi
derūt.Et ideo totis viribꝰ nitūtur ne ipum
poſſideamꝰ.ppter qd dicit in celeſtibꝰ.i.p
celeſtibꝰ.Et ſic ptꝫ ſcdm Tercio oñdit q̄
ſunt iſta arma quibus milites chriſti debēt
eſſe accincti. et facit tria. Primo dicit
proditoꝛem prelij eſſe religandum. rc.

Secũdo ponit arma ad defendẽdum. Ter-
cio ponit arma ad offendẽdum. Dicit ergo
State. Poſtq̃ eniʒ bellum eſt ita durũ nõ
eſt ſedendum ſed viriliter ſtandũ ad pugnã
Et quia vt dictum eſt pugna hec eſt in car
ne et p carnem et ideo lumbi carnis in qui
bus concupiſcẽtia viget. iuxta illud Iob.
xl. Fortitudo eius in lumbis eius. ſunt ſuc
cingendi p carnis maceratõnem ne defluãt
ad carnalia. ſicut cingulum cõſeruat veſteʒ
ne defluat in lutuʒ. Prouer. xxxi. Accinxit
for. lum. ſu. id eſt continẽtia forti. Luce. xij
Sint lum. ve. pcin. Non eniʒ cõtra carneʒ
aliter pugnare debemus q̃ per cõtinẽtiam
et maceratõnem ipius. Aug⁹. Carnem ve
ſtram domate ab eſcis ꝛ potibus. Primo
eniʒ debet ꝓditor caſtri religari anteq̃ ꝓce
datur ad bellum. et ideo primo omnium in
bello ſpũali caro eſt religanda p diſciplinã
cum ſit ꝓditor. Eccĩ. xxxiij. Seruo malino
lo tortura ꝛ compedes. Caro auteʒ eſt ſer
uus maliuolus ꝛ nequã quia ꝓdit animaʒ
dñam ſuaʒ. Et dicit in veritate vt ſcʒ ſit ve
ra continẽtia nõ ſimulata. glo. vt vere pro-
pter xpũm continẽtiaʒ ſeruetis. Math. xix
Sunt eunuchi qui facti ſunt ab hoibus vt
ſunt hypocrite qui ꝓpter hoies continẽt ꝛ
ſunt enuchi qui ſeipſos caſtrauerũt ꝓpter
regnum celoꝝ Conſequẽter ſcdõ ſecluſo
inimico et p diſciplinã deblitato. anime ar-
maturã ponit d. Induti lorica iuſticie in-
tranſitiua eſt conſtructio id eſt induti iuſti
cia que eſt lorica aie. Compatur aũt iuſti-
cia lorice ꝓpter duo. Primo quia ſicut lo
rica ex multis murenulis vl' malgis vel ro
tulis cõtexitur ita iuſticia multas virtutes
cõplectitur que ſunt in ſimul catenate. ſap.
v. Induet ꝓ thorace iuſticiaʒ. Secũdo q̃
ſicut lorica inter hoſtes nũquaʒ eſt depone
da ſic nec iuſticia. Pſal. Beati qui cuſto-
diũt iudi. et faciũt iuſti. in omni tempe. Ali
am armaturã ponit d. Et calciati pedes. i.
affectiões ꝛ deſideria habẽtes munitas vir
tutibus ꝛ ſanctoꝝ exemplis que ſm aug⁹.
ſunt pedes anime ne a ſpinis vicioꝝ ꝛ luto
immũdanoꝝ pungãtur ꝛ maculẽtur. Cañ. vij
Quã pulcri ſunt greſſus tui in calciamẽtis
filia principis. Et hoc eſt in ꝓparatiõe euã
gelij pacis ſup. adimplẽda id eſt vt ſitis pa
rati ad ꝓdicãdum euãgelium qd nũciat pa
cem inter deum et homines factam vel ad
complenda pcepta euangelij. Huiuſmodi
calciamẽta debet habere ꝓdicatores ne ter
renis deſiderijs terrena tangant vel ꝓpter
terrena ꝓdicent. Hac ſignificatõne mar. vi.
apoſtolos ſandalijs vel ſoleis calciari vtʒ
eiuſdem. vj. Debemus ergo parati eſſe ad
ꝓdicandum euãgelium pacis. Aliam arma
turam ponit di. In omnibus ſcʒ ꝓlijs ſpũ-
alibus ſumẽtes ſcutum fidei. intranſitiua
conſtructio eſt id eſt fidem que eſt ſcutum
quia ſicut ſcutum eſt vnũ et habet tres an
gulos ſic fides eſt de vna eſſentia diuina in
qua ſunt tres pſone. j. Iob. v. Tres ſunt
qui teſti. dant in ce. pater verbũ. ſpũſſcũs. ꝛ
hi tres vnum ſunt. Iteʒ ſicut ſubſtãtia ſcu
ti eſt cooperta corio animalis mortui. ita
fides eſt de ſubſtantia diuina veſtita carne
mortalitatis noſtre. Io. j. Ver. caro fa. eſt
Item ſicut ſcutũ ſuſpenditur ad guttur et
ſtat ſupra cor. ita fides debet eſſe in corde
et ꝓferri per os. Ro. x. Corde cre. ad iuſti.
ore aũt cõfeſ. fit ad ſa. In quo ſcuto fidei
dicit q᷒ poſſimus omnia tela ignea nequiſ
ſimi hoſtis noſtri extinguere Ipa em̃ fides
debet primo omniũ temptatõib⁹ ꝛ telis dy
aboli opponi. ne pueniãt ad loricã iuſticie.
Prudẽti⁹. Prima petit campũ dubia ſub
ſorte duelli pugnatura fides. Ignea aũt di
cit tela dyaboli q̃ ſuggeſtiõe dyaboli ignea
carnales ꝯcupiẽ igniũtur vt pl⁹ poſſint no
cere ſic tela materialia de igne. Eccĩ. ix. qua
ſi ignis cõcupiſcentia exardeſcit. Nequiſſi-
ma aũt dicit q̃ eius nequicia oibus ſupfer-
tur. Sicut em̃ ſcutũ defendit hoiem ꝛ oia
arma eius. q̃ doctus miles omẽs ictus re-
cipit in ſcutũ. ita fides defendit homiem et
oẽs virtutes q̃ omẽs ictus dyaboli in ſcu
to fidei recipiendi ſunt. Omnes eniʒ tem-
ptationes per veram fidem repellimus.
Quia ſi habemus veram fidem de gaudijs
paradiſi et penis inferni nec proſpera mun
di deſideramus. nec formidamus aduerſa.
de quibus omnis temptatio ſubinfertur.



habenti veram fidem niſi ſit temptatio de
ipſa fide que p fidem noſtram repellitur ſi
cut lumen expellit tenebras. Aliam arma-
turam ponit dicens. Et galeam id eſt ſpem
ſalutis eterne aſſumite ad caput mentis ꝓ
tegendum. Dicitur auteʒ ſpes galea ſalutis
Quia di ad ro. viij. Spe ſalui facti ſum⁹.
Yſa. lix. Galea ſalutis in capite eius. Si
auteʒ queratur quare nõ fecit mentionem
de caritate cum ſit melior ꝛ virtuoſior ar-
matura ſpũs q̃ omnes alie. Dicendum eſt
q᷒ ipſe fecit mentiõem de fide formata que
per dilectionem opatur in qua omnia tela
dyaboli extinguũtur. et p quã omnes tem
ptatiões. ſiue a carne ſiue a mũdo ſiue a dy
abolo ſupamus. Non em̃ p fidem mortuaʒ
et informẽ vincimus temptationes. Et ido
in ipſa fide intellexit caritatem omnia tela
dyaboli extinguẽtem. et omnes temptatio-
nes vincẽtem. quia fides in virtute carita-
tis opatur. cũ ſit forma fidei ꝛ omnis opa-
tio ſit a forma. Cõſequẽter tercio poſtq̃
poſuit arma ad defenſioneʒ. ponit arma ad
impugnãdum. d. Et aſſumite gladiuʒ ſpũs
qd eſt verbum dei Non em̃ debemus ſoluʒ
nos defendere a dyabolo ſed debemus ipm
impugnare. Inſtrumẽtum aũt ad dyabolũ
impugnãdum eſt ſolum verbum dei qd de-
bemus habere in ore ꝛ in manibus. in ore.
ꝓdicando et in manib⁹ adimplendo. Apoc
j. De ore eius gladius ex vtraqʒ pte acut⁹
exibat. Gladius ex vtraqʒ pte acutus egre
ditur de ore ꝓdicatoris. quãdo id qd ꝓdicat
ope implet. et tunc ex vtraqʒ pte dyaboluʒ
impugnat. Debemus ergo dyaboluʒ impu
gnare facto et verbo. Quidam vero impu
gnant ipſum ſolo verbo. verbum autem ta
lium eſt mortuũ et ideo nõ eſt gladi⁹ ſpũs
quia gladius ſpũs eſt verbum dei viuum.
Hebre. iiij. Viuus eſt ſermo dei ꝛ efficax
et penetrabilior omni gladio ancipiti et p-
tingens vſqʒ ad diuiſionem anime ꝛ ſpũs
compagum quoqʒ ꝛ medullaꝝ. Hunc gla
dium chriſtus venit mittere in terraʒ. Ma
thei. x. c. Non veni pa. mittere ſed gladiuʒ
Veni enim ſepare hominẽ aduerſus patrẽ
ſuum ꝛ filiam aduerſus matrem ſuam ꝛc̃
ſicut eniʒ gladius ſepat ꝛ diuidit. ſic verbũ
dei ſepat ꝛ diuidit hoiem a carnalib⁹ ꝛ ter
renis. Et q᷒ ſolus gladius verbi dei ſit ar-
matura ad dyabolum impugnãdum ſic ptʒ
Dyabolus enim pugnat cõtra peccatorem
D Primo ipſum oculis mentis exce-
cando. Sed verbum dei fugat tenebras mẽ
tis ꝛ illuminat eã quia lucerna eſt. ps. Lu
cerna pe. meis verbũ tuũ. Secũdo ipm vin
culis peccatoꝝ ligando ꝛ in ſeruituteʒ pec
cati redigendo. Ioh. viij. Qui facit pecca
tum ſeruus eſt pec. Sed verbum dei libe-
rat hoiem ab omni vinculo ꝛ ab omni ſer
uitute. Ioh. viij. Si manſeritis in ſermõe
meo cognoſcetis veritatem et veritas libe
rabit vos. Tercio ipſum mũdi proſpera et
vana gaudia ſup omnia querere faciendo.
Ioh. xij. Dilexerũt gloriaʒ hoīs magis q̃
dei. Sed verbum dei omnia ꝓſpera mundi
facit cõtemnere. Et apoſtoli ad verbuʒ xpi
omnia reliquerũt. Math. xix. Ecce nos re
liquimus omia. Ad phil. iij. Omnia arbi-
trãm vt ſter. vt xpm lu. Quarto ipm p mũ-
di aduerſa frangẽdo Sed verbum dei facit
hoiem fortem. ꝛ nihil aduerſi formidãtem
Unde apli poſtq̃ pfecte audierũt verbum
chriſti dicebant. j. coꝝ. iiij. Maledicimur ꝛ
benedicimus. pſecutionem patimur ꝛ ſuſti-
nemus. blaſpemamur ꝛ obſecram⁹. Quin-
to per voluptates corpis ipm diſſoluendo.
Sap. ij. Non ſit pratum qd non ptranſeat
luxu. no. Sed verbum dei conſtringit ad la
mẽtum penitẽtie. d. mathei. iij. Penitẽtiaʒ
agite appropin. em̃ reg. ce. Sexto ipſum in
infirmitatibus peccatoꝝ detinendo et eius
appetitum cõturbando ita q᷒ dulcia viden
tur ei amara et amara dulcia. Auguſtinus
Palato nõ ſano pena eſt panis qui ſano ẽ
ſuauis. Sed verbum dei ſanat hominẽ. ps.
Miſit ver. ſuũ ꝛ ſana. e. Et reddit ei appe-
titum rectũ vt ei dulcia ſapiant et amara
deſipiant. Et ideo ſic ſanatus dauid dicebat
Quã dulcia faucibus meis eloquia tua ſu
per mel ori meo. Septimo ipſum ad mor-
tem eternam ducendo. Sed verbum dei ab
omni morte liberat. Ioh. viij. Si quis ſer
mones meos ſer. mor. nõ guſta. in eternum

Et breuiter in omni temptatōne ꝗn̄ dyabolus ꝑcutit hominē verbum dei obſtat et repcutit eum. Unde verbum dei dr̄ inimicus ⁊ aduerſariꝰ peccatoris quia in omnibus cōtradicit ei que peccator inſtigatus a dyabolo cupit facere. Math. v. Eſto cōſentiens aduerſario tuo cito dum es in via cum eo. Qḋ exponens beatus augꝰ. dicit, ꝙ iſte aduerſarius cui conſentire debemus eſt ſermo dei quia in omibus que male cupimꝰ aduerſatur nobis ⁊ ꝓhibet Uis eniȝ rapere alienū ſermo dei dicit non furtū facies. Uis cōcubere cū vxore aliena ſermo dei dicit nō mechaberis Et ſic de omnibus alijs. Sic ergo pȝ ꝙ in pugna ſpūs primo debēmus ꝓditorem ſcȝ carnem ꝑ cōtinētiā et abſtinentiam reſtringere ⁊ religare que quidem religatio quedam dei armatura eſt Secūdo debemus animā virtutibus armare ſcȝ lorica iuſticie. ſcuto fidei. mūdicia deſideriorꝝ. vt pure p̄dicemꝰ ⁊ impleamꝰ euāgelium pacis. ꝑ quā mūdiciam ſunt pedes anime muniti et p̄parati. ⁊ galea eterne ſalutis. Tercio debemus accipere verbū dei. tanq̄ȝ gladium ad dyabolum impugnādum Et ſic patȝ tercium ⁊ cōſequēter totum.

Dn̄ica. xxij. de euāgelio ſmo. CXIIII.

Simile eſt regnūm celoꝝ hoi regi qui voluit ra. po. cum ſeruis ſuis. Math. xviij. Supra hoc euāgelium dn̄s immediate dixerat beato petro ꝙ ex parte dei fratri peccanti ⁊ veniam petenti nō ſolum deberet dimittere vſqȝ ſepties ſed vſqȝ ſeptuagies ſepties. id eſt qualiācūqȝ ⁊ quātumcūqȝ peccata cōmitteret. In quo oſtēditur maxima largitas ⁊ clementiā dei. Et quia deus eſt ita clemens ⁊ miſericors circa nos. vult ꝙ nos adinuicem miſericordes ſimus. alias ipſe a nobis ſuā miſericordiam reuocabit. Et hoc eſt ꝙ in hoc euangelio ſub quadam ſimilitudine demonſtrat In quo euāgelio tria principaliter continentur. Primo enim ſub quadam ſimilitudine inducitur exemplū diuine pietatis in debitoꝝ ⁊ debiti dimiſſione. In principio euāgelij. Secundo ponitur reatus humane malignitatis in ꝯſerui ſuffocatōe ibi. Egreſſus autem ſeruus ille inuenit vnū de cōſeruis ſuis ⁊c̄. Tercio concluditur intentū ꝓpoſite ſimilitudinis in geſtoꝝ adaptione ibi Sic ⁊ pater ce. fa. vo. In prima ergo parte inducimur ſub quadam ſimilitudine in exemplum ibi. Qui voluit ra. po. cū ſeruis ſuis. In qua quidem ꝑte quattuor facit. Primo ſub quadam ſimilitudine oſtendit diuinam potētiaȝ ibi. Simile eſt regnū celoꝝ homini regi. Secūdo diuinam ſapiētiam ibi. Qui voluit rōnem po. cum ſeruis ſuis. Tercio diuinam iuſticiam ibi. Et cū cepiſſet ratōnem ponere ob. eſt ei. vnus ⁊c̄. Quarto diuinam clemētiaȝ ibi. Procidēs autem ſeruus ille ro. e. ⁊c̄. In his em̄ quattuor oſtenditur regia dignitas atqȝ honeſtas que in hoc conſiſtit ſcȝ in potencia ad coercēdum. ſapiētia ad gubernādum. iuſticia ad puniēdum. clemētia ad miſerādum. Debet em̄ rex ꝑ potētiam aduerſarios coercere. ꝑ ſapiētiam ſibi ſubditos gubernare ꝑ iuſticiam delinquētes punire ⁊ vnicuiqȝ qḋ ſuū eſt reddere. et ꝑ clemētiam pauperū ꝑſonaꝝ ⁊ miſerabiliū miſereri. Dicit ergo Simile eſt regnum celoꝝ id eſt eccleſia militans homini regi id eſt filio dei qui factꝰ eſt homo et eſt rex omnis creature. id eſt ſimile eſt negocium eccleſie ad xp̄um regem et chriſti regis ad eccleſiā huic negocio qḋ fuit vel eſſe potuit inter quēdam regem et eius ſeruos. Dicitur autē eccleſia militās regnū celoꝝ ꝓpter quattuor vt patȝ ſupra In euāgelio dn̄ice. xx. Littera plana eſt ſm litteralem intelligētiam et ideo ſm ſenſum miſticum exponatur. Nam p̄ns euāgelium cōtinet quādam ſimilitudineȝ que negocio dei ⁊ eccleſie adaptari debet Rex ergo deus cōtinue cum ſeruis ſuis ponit rōnem et in vita ⁊ in morte. In vita ponit rōnem ꝑ cōſciētie illuminatōnem quādo ſcȝ homo cogitat multa bona que a deo recepit. ⁊ multa mala que cōmiſit. et tēpus qḋ amiſit ⁊ multa bona que omiſit. Ponit etiaȝ talem rōnem ꝑ ſcripturas. et p̄dicatores ⁊ confeſſores quādo predicator vel confeſſor oſtēdit homini ſupradicta. et ꝑ ſcripturas probat. Iſa. xxxviij. Recogitabo tibi om. an. me. in ama. a. m. Remigius. Chriſtus examinator meritoꝝ iam per ſcripturas cum ſeruis ſuis rōnem ponit. In morte autem talem ronem ꝑ cunctoꝝ ante oculos reductiōem Dan̄. vij. Iudiciū ſe. ⁊ li. ap. ſunt. id eſt cōſcientie ſinguloꝝ. Sunt em̄ demones tūc cōſtanter accuſantes eum. et omnia facta dicta cogitata. ⁊ omiſſa replicant ſuper eum Et hoc eſt qḋ hic dr̄. Et cū cepiſſet rōnem ponere id eſt facta ſinguloꝝ examinare. oblatus eſt ei vnus qui debebat decem milia talenta. Talentum ſm yſid. eſt qḋdam pondus apud pyſanos. Eſt autem triplex talentum. ſcȝ minus qḋ eſt quinquaginta libraꝝ medium qḋ eſt ſeptuaginta libraꝝ. ⁊ maximū qḋ eſt. cxx. libraꝝ. Per iſtum vnū qui tale debitum debebat ⁊ tātum tenebatur intelligitur quilibet peccator in peccato mortali exiſtens. ſicut ꝑ iſtum qui non habebat veſtem nuptialem. intelligitur quilibȝ nō habens caritatem. qui eſt obligatus deo in decem milibus talentis ꝓ decem maximis beneficijs que deus fecit homini q̄ ſunt. Beneficium creatōnis. beneficiū eruditionis. beneficium miniſtratōnis ⁊ gubernationis beneficiū nature noſtre aſſumptionis. beneficium redemptionis. beneficium lotionis. et veſtitionis. bn̄ficium ſanationis. bn̄ficiū adoptionis. bn̄ficium glorie p̄parationis. ⁊ bn̄ficium corpoꝝ reſurrectionis. Si vis de his beneficijs p̄dicare queras ea ſupra do. xviij. ſermone. c. ſub. R. Et ideo iſta talenta debent intelligi de auro cum nō determinetur de quo fuerint. quia ꝓ talibus ⁊ tantis bn̄ficijs homo tenetur deo in melioribꝰ et p̄cioſioribus que habet ⁊ habere poſſit et in ꝑſona ⁊ rebus. Bern̄. O ſi cognouiſſes aīa mea q̄ȝ multa ⁊ q̄ȝ multis debeas videbis qḋ nihil eſt qḋ facis. Primo em̄ debes xp̄o totam vitam tuā. quia ip̄e pro tua poſuit ſuam. Secūdo exigunt p̄terita peccata mea. totam vitaȝ meā vt faciā dignos fructus penitētie et recogitem tibi om. an. me. in ama. a. m. Quid ſi terciuȝ debitorem oſtendam qui eam vendicat ſibi totam. puto ꝙ deſideres gloriam quā oculus nō vidit nec auris audiuit nec in cor ho. aſcen. Pone ad hanc emendam totum te et quecūqȝ poteris dare oportebit ⁊ cū omia cōpleueris non ſunt cōdig. paſ. hu. t. ad fu. g. ⁊c̄. Quarto debitori debes quod es a quo totuȝ habes. qui te fecit ⁊ refecit ⁊ cuncta miniſtrat cui hoꝝ qḋ debes reddere ꝓponis. Eſt etiaȝ homo obligatus deo in deceȝ milibus talentis ꝑ tranſgreſſionem decem p̄ceptoꝝ. quia qui regis p̄ceptum tranſgreditur regi tenetur ad penam ſoluēdam. Et rex pōt exigere ⁊ reus tenetur ſoluere ſi ſit ei iuſte inflicta. Uel decem milia talenta debebat qui de innumeralibus peccatis erat rōnem redditurus vt di. remi. Innumerabilia eniȝ peccata ⁊ quaſi infinita cōmittit homo in peccato manēdo. Si autem queratur quare in tranſgreſſione p̄cepti tā magna pena debetur. quia decem milia talenta eſt aurum innumerabile. Dicēdum ꝙ in maleficio magis penſatur ꝑſona que offenditur q̄ ipſum maleficiū. et quia in tranſgreſſione p̄cepti offenditur deus qui eſt bonum infinitum. ideo ſic punitur. Aggrauatur etiaȝ pena ex ꝑte ꝑſone offendētis. propter multas circūſtantias quia offendit ſuum creatorem. ſuū eruditorem. ſuū redemptorem. Et centūmilia ſunt circūſtantie ꝓpter quas aggrauatur pena offendētis deū et tranſgrediētis eius mandatuȝ et ideo pena inſolubilis ei debetur. Et hoc eſt qḋ ſequitur. Cum auteȝ nō haberet vnde redderet. Glo. id eſt ꝓprijs viribus penā exoluere. Eſt em̄ peccator ſpūs vadens ⁊ nō rediens. p̄s. quia pōt incidere in penā ſed nō poteſt ꝓprijs viribus exoluere penam. Si autem aliquādo gratie dei reſtitutus exoluat penam hoc facit in virtute paſſionis xp̄i. cuius pena fuit ⁊ eſt ſufficiens ad omēȝ penam exoluēdaȝ. Io. xv. Sine me nihil po. fa. Peccator em̄ ꝓ pena exoluenda in omnibus et cum omnibus ſuis obligatur deo Et hoc eſt qḋ ſequitur. Quia iuſſit cū venūdari ⁊ vxorem ⁊ filios et omnia que habebat et reddi. Punit ergo in ſe ⁊ in ꝑſona

ſibi cõiuncta ſcꝫ in vxore ꝛ in perſona a ſe genita ſcꝫ filijs. et in ſubſtantia exteriori. Vel punitur quo ad ſe ꝛ ſuos ſcꝫ vxorem et filios ꝛ quo ad ſua. Vxor enim ſpẽalia obſequia debet viro ſuo. et ſilr filij patri. Priuatur em̃ ppterea omni obſequio qḋ ei vndecũqꝫ et quõcunqꝫ debetur. et ideo vxor ꝛ filij iubẽtur vendi id eſt om̃e como dum ꝛ om̃e obſequiũ ſibi auferri vndecũqꝫ ei debeatur. Vel punitur ipe quãtum ad animã et hoc in ſe et quãtum ad corpus. et hoc in vxore que eſt vnũ corpus cum viro et quãtum ad potẽtias anime. et hoc in filijs. que originantur ab anima ſicut filij a patre. ex coniũctione em̃ anime ad corpus potẽtie originãtur ab anima Et quãtuꝫ ad bona exteriora. Et ſic cum omnibus et in omnibus ſuis peccator punitur ꝛ obligat ad penam. Et merito in his peccator punitur. Punitur em̃ in aĩa quia animã ſponſam dei fecit cum dyabolo adulterari. Animam filiam regis eterni fecit ſeruam dyaboli. Animã dei imagine inſignitam maculis peccatoꝝ fedauit. Animã veritatis luce coruſcãtem erroꝝ tenebris excecauit. Punitur in corpe quia corpus deum ſuũ cõſtituit. iuxta illud phil. iij. Quoꝝ deus vẽter eſt. Corpus qḋ debuit famulari fecit dñm anime. Corpus qḋ non manet in domo in eternũ ſed pijcitur ad foueas a vermibus comedẽdum fecit heredem omniũ bonoꝝ. herede legitimo reprobato ſcꝫ anima. eccꝫ vj. Omnis labor hoĩs in ore eius Iob. xxiiij. Pauit em̃ ſterilem ſcꝫ carnem que nõ parturit et vidue ſcꝫ aĩe non bñfecit. Punitur in omnibus potẽtijs anime quia cuꝫ omnibus inique peccauit. vt cum voluntate falſa bona deſiderãdo. et cum intellectu errores ꝛ falſitates addiſcendo. et cum memoria maloꝝ ꝛ iniuriaꝝ recordãdo. ꝛ cum corde falſa. ꝛ laſciuia cogitando. et cũ oculis inhoneſta videndo. et cum auribus mala verba audiendo. et cum manibus praua operando. Et breuiter cum omnibus potentijs anime ꝛ cum omnibus mẽbris corpis inceſſanter peccauit. et ideo in omnibus et cum omnibus debet puniri. Punitur etiã in vxore q2 ipa ſicut equus abuſus eſt. non ſeruato ordine rõnis et peius q̃ꝫ equus nõ ſeruato ordine nature. Et ipam a vanitatibus nõ refrenauit imo vt ipam in vanitatibus cõſeruaret multa lucra iniuſta fecit. Ipſam iniuſte ꝛ ſine cauſa pluries moleſtauit ꝛ amarã vitam ei fecit qḋ phibet apoſtolus ad col. iij. d. Viri dili. vxo. veſ. et nolite amari eſſe ad illas. Notandum q quinqꝫ modis cognoſcit vir vxorem ſuam aut cauſa plis pcreande et tunc nulluꝫ eſt peccatum. xiij. q. ne tui. Aut cauſa reddẽdi debitum et tunc nõ ſolum nõ peccat ſed et meretur. xxxiij. q. v. ſi dicat Aut cauſa incõtinẽtie vitande ſcꝫ cauſa pueniẽte a voluptate. et tũc eſt veniale peccatuꝫ ſm quoſdã ego autem nullum credo eſſe peccatuꝫ propter autoritatem apſi. j. ad coꝝ. vij. Vnuſquiſqꝫ habeat ſuam vxorem ppter fornicatõnem ſcꝫ vitãdam. et vnaqueqꝫ habeat ſuũ viruꝫ. Aut cauſa explende libidinis vt cum vtitur calidis cibis aut incentiuis vt potentior ſit in actu. vel cum conatur facere licꝫ nõ multũ appetat. ꝛ tunc credo ipm mortaliter peccare. xxxij. q. iiij. origo. Aut cognoſcit vxorem ſuam cõtra naturam. et tunc mortaliſſime peccat. xxxij. q. vij. adulterij malum. Punitur etiaꝫ in filijs quia ipos non ad dei cultum ſed ad mũduꝫ ꝛ ad infernuꝫ nutriuit ipis mala ablata reliquit et ipſos pluſq̃ꝫ deum ꝛ aĩam ſuam dilexit. Punitur etiam in bonis tempalibus quia ipa iniuſte acquiſiuit. male expendit et imprudenter reliquit. Quia ergo ſic peccator debet omnibus bonis expoliari ꝛ ſic in omnibus puniri nihil reſtat ei niſi vt procidat in terram. d. Patiẽtiam habe in me id eſt concede mihi ſpacium penitendi et grẽ tue me reſtitue et omnia reddam tibi ſcꝫ aĩam et corpus et potẽtias anime vxorem ꝛ filios et bona tempalia quia om̃ia hec tuo deinceps obſequio mancipabo. Et ſi ſic peccator dicat et ſic facere pponat ſtatim de⁹ ad eum magna clemẽtia inclinatur et pl⁹ vult illi miſereri ꝛ facere q̃ꝫ petatur. quia ipe petit dilatõnem et deus dat plenã remiſſionẽ q2 eum dimittit liberꝫ qui erat in cathenis



dyaboli. et parcit ei totum debitum peccatoꝝ. Aug⁹. Erubeſcat humana miſeria pl⁹ vult illi deus miſereri q̃ꝫ nos a miſeria liberari. Chriſ. loquens de dño iubẽte ſeruũ vendi. Terrere vult vt pmptius in ſupplicatõnem dicat. Ex magna em̃ liberalitate pcedit q nos deus ſic vult punire vt nos miſericordiam petamus. Sic terruit dauid qui fecit adulteriũ ꝛ homicidiũ. et venit ad eũ ex pte dei nathã ppha ꝛ cõminatus ẽ ei multa mala. et dauid ait peccaui. et ſtatim deus tranſtulit peccatum eius vt patꝫ. ij. regum. xij. Vere ergo deus remittit peccatori q̃cunqꝫ reliq̃t ſi dicat peccaui Et hoc eſt qḋ ſubditur Miſertus autem dñs ſerui illius. Vbi tria oſtendũtur. Primo ex pte dei affectus miſericordie quia miſert⁹. Secundo remiſſio culpe quia dimiſit eũ. Tercio relaxatio pene quia debitum dimiſit ei Remigius. Peccator rogans accipit donum decẽmilium talentoꝝ id eſt veniã ſuorum cõmiſſoꝝ. De hoc autem habemus in multis exemplum. Nam petrus cum iuramento negauit xp̃um et fleuit poſteã ꝛ de⁹ pepercit ei et reſtituit eum in gradum priſtinum. Iob. xxj. Paſce oues m. Magdalena cum multis fornicata eſt ꝛ acceſſit verecũda ꝛ cum magna fide ad xp̃um et ſaluata eſt. Luce. vij. Fides tua te ſal. fecit. Paulus pſecutus eſt eccleſiam dei et ſtephanum lapidauit. et poſtea dixit. dñe quid me vis facere. actuũ. ix. ꝛ magnus ſanctus effectus eſt. Latro de cruce multa latrocinia ꝛ ſcelera cõmiſit. et poſtea dixit. Memento mei dñe. Et xp̃us pluſq̃ꝫ petierat vel ſperauerat fecit Hodie inquit mecum eris in paradiſo. luce. xxiij. Cariſſimi imitemur iſtos ſanctos et non ſimus ſicut iudas qui deſperauit et laqueo ſe ſuſpendit qḋ dñs in priori habuit q̃ꝫ pditionẽ quã ei fecit. Nõ etiam ſimus ſicut cayn qui ait. Maior eſt iniquitas mea q̃ꝫ vt veniã me. geñ. iiij. Dicamus ergo cũ filio pdigo qui dixit. Pater peccaui in celum ꝛ coram te et nõ ſum dignus voca. fi. ꝛc̃. luce. xv. Non em̃ curia miſericordie ſedet et cauſas audit ꝛ curia iuſticie facit ferias. In alia vero vita ec uerſo erit. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratie eius vt miſericordiam cõſequamur et grãm inueniamus in auxilio oportuno. hebre. iiij. Et ſic patꝫ primum ſcꝫ dei potẽtia. dei ſapiẽtia. dei iuſticia ꝛ dei clementia. ¶ Secũdo ponitur reatus humane malignitatis in conſerui ſuffocatõne. et hoc ſub ſimmilitudine ſerui ſuo conſeruo nolentis miſereri. Circa qḋ quattuor notãtur. Primum eſt ſerui abſoluti crudelitas ibi. Egreſſus autꝫ ſeruus ille ꝛc̃. Secũdũ eſt ſerui nequã a cõſeruiã apud dñm accuſatio ibi. Videntes autꝫ cõſerui eius que fie. Tercium eſt contra ſeruũ nequã a dño obiurgatio ibi. Tunc vocauit illũ dñs ſu⁹. Quartum eſt ipius ſerui nequã cõdemnatio ibi. Et iratus dñs eius tra. e. tor. Iſte. pceſſus p omnia fit in peccatore nõ penitente neqꝫ pcente. Primo eniꝫ ppetrat nequiciam coram deo ꝛ pximo. Secũdo accuſatur coram deo ab angelis qui nobiſcũ morãtur Tercio obiurgatur in extremo examine Math. xxv. Diſcedite a me maledicti in igneꝫ eternũ qui paratus eſt dyabolo ꝛ angelis eius ꝛc̃. Quarto condẽnatur in eternum. Dicit ergo. Egreſſus autꝫ ſeru⁹ ille ſcꝫ de carcere dyaboli ꝛ ſeruitute peccatoꝝ in libertatem filioꝝ dei inuenit vnũ de conſeruis ſuis qui debebat ei centũ denarios. Talis autꝫ inuentio non eſt intelligenda ſemp realis ſed aliquãdo imaginaria. Inuenit ergo homo debitorem ſuũ quãdo in anima p memoriam ꝛ imaginatõem recordatur iniurie ciuiũ ſuoꝝ aliquãdo ſibi illate. Contra qḋ dr̃ leui. Ne memor ſis iniurie ciuiũ tuoꝝ. Nec tale debitum debet intelligi pecuniale quia tale debitum põt repeti ſi adeſt debitoris facultas cum moderamine tñ nec creditor tenetur parcere. Sed debitum de offenſis. Remigius. Centũ denarioꝝ debitor erat quẽ de aliquibus cõmiſſis ſatiſfacere oportebat Hiero. Et vt manifeſtius fiat dicamus ſub exemplo. Si quis noſtꝝ cõmiſerit adulteriũ. homicidiũ ſacrilegium. cetera maiora crimina. decem milia talenta roganti dimittũtur. ſed ꝛ ipſe dimittit minora peccãtibus. Chriſ. Tãta

eſt differentia peccatoꝝ que cõmittitur in deum ꝛ que cõmittitur in hoĩem. quanta eſt differẽtia decẽmilium talentoꝝ ꝛ centũ denarioꝝ magis autem ꝛ multo plus. Sequitur. Et tenẽs ſuffocabat eum. Hic iſta tentio non ſemꝑ intelligenda eſt perſonalis ſed animalis vel animoſitatis. Quãdo eñ quis exardeſcit in ꝓximũ ꝛ vellet eum deſtruere vel occidere vel deſtrui vel occidi. tunc tenens ſuffocat eum. Remigius. Cõſeruũ ſuffocare eſt in fratrem ꝑ vindictam exardere. Contra qð ad ro.xij. Noli vin. a ma. ſed vin. in bo. ma. Et frequẽter peccator palliat odium ſuum ꝛ iram dicens. Ipſe iniuſte offendit me. et ideo iuſte iraſcor contra eum ꝛ vindictã expeto. Et hoc eſt qð ſequitur. Redde qð debẽs id eſt tu teneris ad emendam. et ideo volo eam a te expetere. j. Regũ. ij. Nunc dabis alioquin tollam vi. In quo oſtenditur ſimulata iuſticia peccatoris. Iuſticia eſſe videtur ſua repetere. Sed hoc eſt verum in pecunia vt frequẽter non autem in vindicãda iniuria. quia mihi vindictam et ego retribuam dicit dñs. ro. xij. Sequitur. Et ꝓcidens conſeruus ille ro. e. d. Patiẽtiam habe in me. et om. red. t. At ille noluit Ecce crudelitas iſtius. quia a ſeruo ſuppliciter rogatur vt non rẽmittat ſed ſolũ vt differat ꝛ noluit. Et miſit eum in carcerem donec redderet debitum vniuerſum. Multi ſunt hodie ſic crudeles qui ꝓ modico incarcerant hoĩes. Et ſic pꝫ crudelitas ſerui. Secũdo ponitur ſerui nequã apud dñm a cõſeruis accuſatõ. Et hoc eſt. Videntes autem cõſerui eius que fiebãt ſcꝫ angeli qui deo referũt geſta hoĩm. qui hoĩm conſerui ſunt. iuxta illud apo. xix. Conſeruus tuus ego ſum ꝛ fratrũ tuoꝝ dixit angelus iohãni. Vel iſti conſerui ſunt viri ſpũales. Remigius. Spũales qui omnia iudicant talia videntes cõtriſtantur et nũciant dño ad corrigẽdum implorantes auxilium. Tercio ponitur ſerui nequã a dño obiurgatio. Et hoc eſt. Tunc vocauit eũ dñs eius et ait illi. ſerue nequã id eſt inequalis nõ equus. quia miſericordiam a me accepiſti ꝛ tuo cõſeruo non feciſti et ſic fuit ingratus quo ad deũ qui cõdonauerat magna et miſericors quo ad ꝓximũ cui non dedit ſpacium ad reddẽdum minima. Et hoc eſt. Omne debitum dimiſi tibi. glo. i. omnes ꝑuaricatõnes qm̃ rogaſti me. Nõne ergo oportuit ꝛ te miſereri conſerui tui ſicut ꝛ ego tui miſertus ſum. q. d. ſic debuiſti ꝑcere et ei⁹ miſereri. Et nota ꝙ ꝓpter tres nequicias ſeruus nequã vocatur. Prima fuit odiũ cordis. magna eſt nequicia ꝛ mala odium tenere in corde ſuo. Aug⁹. Tenere odium in corde ſimile ẽ ſicut tenere gladium in ventre. ꝛ ignem in pectore. Vnde quãtum ad primũ ait ſcilicꝫ aug⁹. Qui alij nocere deſiderat ſimilis eſt illi qui gladio ſe tranſuerberat vt tunicam alteri ſcindat. Quãtum ad ſcdm̃ ait. Sic puta maliciam eſſe quomõ ignem ſi incendere vis aliquid. illud qð apponis prius igne ardet. niſi em̃ ardeat nõ incendit. Verbi gratia. Cum faculam apponis alicui igni prius facula ardet vt illud poſſit incendere. Ita ergo malicia tua ꝓcedit ex te ꝛ quid vaſtat anteqꝫ te. Malicia tua vt alteri nõ noceat fieri poteſt ꝙ autem tibi nõ noceat fieri non põt. Ille igitur qui odium tenet ſeipſum occidit ꝛ incendit. et ideo nequam appellatur. Secũda fuit crudelitas operis quia tenens ſuffocabat eum nõ rogauit eum nec monuit nec citauit ſed ſtatim cucurrit ad gurgulam eius. Tales ſunt multi furioſi qui ferũtur impetu ire ſue ſicut canes. Prouer. xxvij. Ira nõ habꝫ miſericordiam nec erumpens furor et impetum cõcitati ſpũs quis poterit ferre. In eodem. xv Os fatuoꝝ ebullit ſtulticiam. Et attende qꝫ pulcra compatio. ſicut em̃ olla bulliens nimis quattuor mala facit. ſic os fatui et irati Primo eſt quia olla nimis bulliẽs aquã frequẽter emittit et circũſtantia adurit. ſic os iracũdi ignita ꝛ cõtumelioſa verba ꝓijcit et audiẽtes inflãmat ꝛ ad ſcandalum ꝓuocat. Sic ꝓuocabat vxor iob ipm̃ dicens. Benedic deo ꝛ morere. Secũdum eſt quia ignem extinguit. ſic os irati ignem zeli iſtoꝝ qui ex caritate corrigerent eum extinguit. Nullus enim eum audet reprehẽ-



dere ex quo vident eum ita ad contumelias paratũ. Sic iudei irati dicẽtes cõtumelias miſtas apl'is extinxerũt in eis ignẽ correctõnis quãtum ad ſe. Et ideo dixerũt. Vobis oportebat primũ loqui verbum dei ſed qm̃ repellitis illud ecce cõuertimur ad gentes actuũ. xiij. Tercium eſt quia pinguedinem emittit. ſic os irati pinguedinem gratie ꝛ deuotionis emittit. et cum ira peccatum ſit mortale. tanta põt eſſe ira ꝙ emittit omnia interiora anime ſcꝫ dona ꝛ virtutes. Sic emiſit ſaul ſpm̃ſcm̃ et arripuit eum ſpũs nequã ꝓpter iram ꝛ odiũ qð hẽbat ad dauid vt pꝫ. j. re. xvj. Quartũ eſt quia niſi in olla ſit multum de aqua frequẽter ad magnũ ignem frangitur. ſic iratus niſi ſit valde plenus aqua gratie ad motum ire ita frangit vt vix ad tranquillitatẽ reintegretur. Sic fractus eſt abſolon cõtra amon frẽm ſuum quẽ occidi fecit. vt pꝫ. ij. re. iij. Tercia nequicia fuit ingratitudo beneficij recepti quia tãtum beneficiũ non cognouit. dũ em̃ ei omnia libere ſunt remiſſa. tamen cõſerui noluit miſereri qð eum facere oportebat. Et hoc eſt. Nõne oportuit ꝛ te miſereri cõſerui tui. F Vbi nota ꝙ ingratitudo valde magnũ peccatum eſt. et quinqꝫ mala facit. Primũ eſt quia peccata prius remiſſa reuocat. Aug⁹. Dicit tibi deus dimitte et dimittetur tibi. Sed ſi ego prius dimiſi. dimitte tu poſtea. Nam ſi nõ dimiſeris reuocabo te. et quicquid tibi dimiſeram replicabo tibi. Secũdum eſt quia omnia merita diſſipat. Bern. Ingratitudo inimica eſt anime. exinanitio meritoꝝ. virtutum diſperſio et bñficioꝝ perditio. Terciũ eſt qꝛ fontem diuine gratie exiccat. Bern. Ingratitudo eſt ventus vrens ſiccans ſibi fontẽ pietatis rorem miſericordie ꝛ fluenta gratie. Quartum eſt qꝛ viam gratie cladit ne ad animã intrare poſſit. Bern. Ingratitudo viam obſtruit gratie et vbi illa fuerit grã acceſſum nõ inuenit. Accipiẽdis igitur indignus eſt qui fuerit acceptis ingratus. Quintum eſt ꝙ pontem miſericordie frangit. Aug⁹. Ne feſtines aliũ punire ſi ipſe te leſit ſicut punire velles ab alio rogante illũ quẽ leſiſti noli ſubuertere pontem miſericordie quẽ tranſiſti. Quarto ponitur ipſius ſerui nequã cõdemnatõ. Et hoc eſt. Et iratus eſt dñs eius tradi. e. tor. i. demonibus. Ecc̃j. xxxiij. Seruo maliuolo tortura ꝛ cõpedes. Deus autem dr̃ iraſci cum vindicat mala ad modum irati. Quoaduſqꝫ redderet vniuerſum debitum. glo. id eſt in ꝑpetuũ Non em̃ reddet aliqñ. cui⁹ rõ eſt qꝛ homo damnatus cum ſit in termino vie nõ eſt in ſtatu merendi ſed ꝓ meritis recipiẽdi. ꝛ ſic a nulla culpa põt abſolui et nihil lucrari vt ſatiſſaciat debito. Sed nuquid peccata dimiſſa redeũt. Super hoc diuerſimode loquũtur multi. Nam ꝑpoſitiuus et quidam alij dicũt ꝙ peccata dimiſſa redeũt in quattuor caſibus. ſcꝫ ꝓpter odium fraternũ. ꝓpter apoſtaſiam a fide. ꝓpter cõtemptum cõfeſſionis. et ꝓpter dolorem de penitẽtia habita. Vnde verſus. Fratrem odit. apoſtata fit. ſpnitqꝫ fateri Penituiſſe piget priſtina culpa redit. G Sed tene ꝓ veritate ꝙ dupliciter dicũtur peccata redire. Primo nõ ꝙ redeant quãtum ad maculam vel reatum ſed quãtum ad ingratitudinẽ. Qui enim poſt acceptam remiſſionem ad peccatum redit. magis ſatis delinquit. qꝛ ingrat⁹ tanto beneficio exiſtit. et iſta ingratitudo peccatum recidiuãtis aggrauat ita ꝙ penã ꝑteritorum peccatoꝝ videtur ſecũ reducere Secũdo dicũtur redire quãtum ad penam ſubſtãtialem. ſicut em̃ in celo vnus eſt denarius. i. vna beatitudo ſubſtãtialis. licet vn⁹ magis altero percipiat. ſicut ſtella differt a ſtella in claritate. vt dicit apl'us. ſic ꝛ in inferno eſt vna pena ſubſtãtialis ꝑ modũ dãni ſcꝫ carentia viſionis diuine. alia ꝑ modũ ſenſus ſcꝫ ignis ꝛ vermis. et vtraqꝫ pena debetur ꝑ quolibet peccato mortali licet ſcdm̃ plus et minus. Dicũtur ergo peccata redire quia recidiuãti eadem pena debetur in genere que prius licet ſit maior. ſicut dicit beatus iaco. qui offen. inquit in v. fa. ẽ om. reus. H Sed nũquid iuſtum ẽ vt homo ꝓ vno peccato mortali qð in modico tempore egit tot ꝛ tãtas penas in ꝑpetuũ patiatur. Et dicẽdum ꝙ iuſtum eſt ꝓpter

tria. Primo ꝓpter ꝑſonam offenſam: que deus eſt qui eſt bonum infinitū vt dictum eſt. Pena autē penſanda eſt ex ꝑte ꝑſone offenſe. Aliter enī punitur occidens papā ꝙ̄ epiſcopū et regem ꝙ̄ comitem. Et q2 peccator offendit infinitum bonū. ideo infinitā pena debet puniri extenſiue et non intenſiue quia hoc ſuſtinere non poſſet. Secundo ꝓpter ꝑpetuitatem male volūtatis. Voluntas enī apud deum ꝓ facto reputatur. Et quia peccator cum volūtate ſemꝑ peccandi decedit et in eadem ſemper manet, dignum eſt vt nunq̄ careat ſupplicio qui nū quā volnit carere peccato vt dicit grego. Tercio ꝓpter ſtatum in quo peccator eſt. quia non eſt in ſtatu merendi. vt dictū eſt et ideo nihil poteſt de debito ſoluere manē te autē debito ipſe in carcere manere debet. Debitum aūt ſemꝑ manet et ideo ipſe ſemꝑ manebit ibi. Et ſic ꝑʒ ſcd̄m. Tercio cōcluditur intētum ꝓpoſite ſimilitudinis. in geſtoꝝ adaptatōne. Et hoc eſt. Sic et pater meus cele. fa. vo. ſi non remi. Ubi nota ꝙ quātum ad tria que hic tangūtur. ſimiliter faciet nobis. Primo quātum ad ſubtile examen iuſticie in debitoꝝ repetitione. ex quo multum timere debem9 Secūdo quātum ad largam indulgētiam ſi rogauerimus in peccatoꝝ remiſſione. ex quo nō deſperare debemus ſed multū cōfidere poſſumus. Tercio quātum ad dimiſſoꝝ repetitionē ſi nos ꝓximo nō remiſerimus ex quo omnibus indulgere debemus. Sic ergo ſiſr primo faciet nobis quo ad ſubtile examen iuſticie in debitoꝝ repetitiōe. Multa bona nobis deus cōmiſit ⁊ bona nature ⁊ fortune et gratie. et poſuit nos in nūdinis mūdi ad negociādum. Math. xxv. Homo quidē ꝑe. ꝑfi. vo. ſer ſu. et tra. il. bo. ſua. et vni de quin. ta. vſq3 ſcd̄m ꝓpriam virtutē. Et cui plus datur plus requiritur ab eo. Quidaʒ enī vero cum alētis dei bene lucrātur ⁊ duplicant. Quidam abſcondūt ⁊ nihil operantur in eis. Quidam cum ipſis impugnant deum dūm bonis ⁊ gratijs que receperunt a deo in vituꝑium dei ⁊ ad dānum ꝓximi vtūtur. Secūdo ſimiliter faciet nobis quātum ad largam indulgētiam in peccatorū dimiſſione ſi ſuppliciter rogauerimus. quotcūq3 enī mala fecerimus et quotcūq3 debita cōtraxerimus ſi eum cū lacrimis humiliter rogauerimus totū ꝑcet ⁊ bona tribuet vt dictum eſt ſupra Baſilius. Per orationes puriſſimas vtilia tribuūtur ⁊ noxia amouētur. Non ſimus ergo pigri remiſſiōeʒ petere quia ipſe ſemꝑ paratus remittere. Tercio ſimiliter faciet nobis quātum ad dimiſſoꝝ repetitiōem ſi alijs nō remiſermus quia ſicut deus nō ſanat habētem ferrū iracūdie in anima donec ꝓijciat ferrum. ſic redeūte ferro redit infirmitas. Poſita enim cauſa ponitur effectus. et remota remouet̄ Eccī. xxviij. Homo homini ſeruat iram ⁊ a deo querit medelam. q. d. Nihil prodeſt. Tota enī cauſa quare peccata nō dimittūtur eſt odium qd̓ homo habet vel ad deuʒ vel ad ꝓximū vel ad animā ſuaʒ qd̓ homo facit dum iniquitatem oꝑatur ⁊ diligit. ꝑs. Qui dili. iniqui. odit aīam ſuam. Sic tota cauſa remiſſionis peccatoꝝ eſt dilectio dei ⁊ ꝓximi. Prouer. x. Uniuerſa delicta oꝑit caritas. Luce. vij. Dimi. ei pec. mul. q. di. mul. Extrahamus ergo ferruʒ odij ab aīa alias recidiuabimus in peiores infirmitate ꝙ̄ prius Luce. xj. Et fiūt no. ho. il. pe. ꝑri. Et ſic ꝑʒ terciū et cōſequēter totum.

## De epiſtola ſermo. CIX

Confidimus in dn̄o ieſu quia qui cepit in vobis opus bonū ꝑficiet vſq3 in diem ieſu xp̄i. Phil. j. In ꝑſona apl̄i loquit̄ eccleſia omnibus fidelibus vt confidant in dn̄o ieſu quia ipſe qui īcepit opus bonū in eis ꝑducet ad bonū finē. Et ideo dicit cōfidimus cum in textu originali dicatur confidens hoc ip̄m. quia qui cepit in vo. op. bo. ⁊c̄ In hac enim ep̄la oſtē dit apl̄us ſuam caritatem ⁊ affectōnem ad phil. ſiue macedones ⁊ in ꝑſona apoſtoli eccleſia omnibus fidelibus. Gal. iiij. Filioli mei quos iteꝝ ꝑturio donec formetur xp̄s in vobis. Sic enī mater deſiderat in filios ſuos honeſte ambulare ita eccleſia fideles chriſti. In cuius ꝑſona dicit ioh. in canonica ſua tercia. Maiorem hoꝝ non habeo gratiā ꝙ̄ vt audiam filios meos in veritate ambulare. j. theſ. ij. Tanq̄ ſi nutrix foueat filios ſuos ita deſiderātes nos cupide volebamus tradere vobis non ſoluʒ exemplū xp̄i ſʒ ⁊ animas noſtras qm̄ cariſſimi facti eſtis nobis. Quattuor ergo facit apl̄us in hac ep̄la ſm̄ quattuor ꝑ que exprimit ſuaʒ caritatem ad illos. Primo enim exprimit confidētiam quā habet in xp̄o de profectu eoꝝ bone oꝑatōnis. In principio ep̄le. Secundo oñdit rōnem ſue cōfidentie ⁊ ſue dilectionis ibi. Sicut eſt mihi iuſtuʒ hoc ſentire ꝓ omnibus vobis. Tercio innuit modum ſue dilectionis ibi. Teſtis enim mihi eſt deus quō cupiam vos omnes. Quarto demonſtrat effectum ſue caritatis ⁊ affectionis ibi. Et hoc oro vt caritas vr̄a ma. ac. ma. a. Primo ergo ponitur confidētia quā apl̄us in eccleſia habet in dn̄o de ꝓfectu fideliū. Et hoc eſt. Cōfidimus in dn̄o. id eſt cōfidenter ſperamus. quia qui cepit in vobis opus bonū ꝑ gr̄am oꝑantem donando ſcʒ voluntatem bene oꝑandi. ꝑficiet coopando dando effectum operi. Aug9. Cooꝑando enī deus in nobis ꝑficit quod oꝑando incipit quia ipſe vt volumus oꝑatur incipiens qui volentibus cooꝑatur ꝑficiens. Ut ergo velimus oꝑatur. Cum aūt volumus et ſic volumus vt faciamus nobis cooꝑatur. Infra. ij. c. Qui oꝑatur in nobis ⁊ velle ⁊ ꝑficere ꝓ bona voluntate. Apoc̄. j. Ego ſum alpha ⁊ o principiū ⁊ finis. Principium ꝑ gr̄am oꝑantem. et finis ꝑ gratiam ꝑficiētem. Perficiet ergo vſq3 in diem ieſu xp̄i id eſt vſq3 in diem vite noſtre quādo videbitur xp̄us ieſus. Qui dies dr̄ dies glorie quē facit ieſus xp̄us. Joh. xvij. Hec eſt vita eterna vt cog. te ſo. ve. de. et quē mi. ie. xp̄um. Uel vſq3 in diem ieſu xp̄i id eſt vſq3 in diem iudicij qui dicitur dies ieſu. quia pater omne iudiciū dedit filio. Joh. v. Et ſic exponēdo reſpicit nō ſingulas ꝑſonas eoꝝ ſed totam vniuerſitatem ſicut illud math. xxviij. Ecce ego vob. ſum om. die. vſq3 ad cōſum. ſe. Et nota ꝙ dicit opus bonū id eſt opus fidei et virtutis.

